





DIOSCORIDIS




S.FERNAND.






pp 777-790
wanting

1550

95300

PEDANII DIOSCO-RIDIS ANAZARBEO de Medicinali materia, Librer sex, Ioanne Ruellio Suessionensi interprete.

Cuilibet capiti additæ Annotationes, aditæ & compendiariæ, è selectiori Me[...]corum promptuario.



LVGDVNI
Apud Balthazar[...]m Arno[...]etum.
M. D. [...] XXX.

Cum Priuilegio Regis [...]quinquennium.

permis à Balthazar Arn
Imprimeur de la
mer ou faire imprimer, expose
ioscoride trâslate de grec en
oys, auec les Annotatiõs adio
ce en vertu du Priuilege obt
, tant pour ledit Dioscoride
es liures mẽtionnez en icelluy
deffences à tous autres Libra
de n'imprimer ou faire imprimer, & expo
te ledit Liure cy dessus mentionné, Ius
q ans prochainement venans, à compter
datte de l'impression dudit Liure. Et ce
l'amende arbitraire, de confiscation des
s, & des dommages & interests dudit
, Et autrement: comme plus amplemẽt est
dict Priuilege, Donné à Fontainebleau
iour de Feburier. Lan mil cinq cens
euf. Par le Roy,

*uesque de Bayonne Maistre des Requestes ordi-
de son hostel present.*

Hurau

PRAESTANTISSIMO ET
peræqué eruditiſsimo uiro, D. Franciſco Sangelaſio, Engoliſmeæ eccleſiæ Decano.

H. B. P. Medicus. S. D.



VANDOQVIDEM Id actutum a me ſtatuerim, uir ornatiſsime, præ omnibus extendum, ut ablegata protenſis machinis ignauia, eo memet induſtriæ dedere, quatenus & genius & temporum ratio præbuerint, futurum ut admouenti manum, nonnuſquam θεὸς illud in ſubſidium accurrat: & perinde id iamdiu non uulgaribus indicijs conceperim ad iatricen probè natum & efficlum, nec ſecus decreui, uni me ſtudio & operæ permittere, quo & natura propellerer, & diutius ingenium exercuiſſem. Atenim quo mei amiciſsimis, huius rei nihil arte diſsimulans, quin & exerta & breui manu argumentum præberem, uiſum eſt rudiori initio in auras prorūpere, quo paulatim ad editiora ſubueherer. Nec ignoras quantum id ego hominū genus pro nihilo ducam, qui ſublata lampade, necdum permeante prætoriæ buccinæ ſonitu, uires ſuas omnes in arenam ipſumque diſcrimen proijciunt, cunque ſufferendo æſtui impares ſint, aut nondum præbito de ſe ſpecimine, aut non expectata præconia uoce, ſeſe è carceribus ingenti ſuo dedecore ſubducunt, ac tum deſperabundi doctorum diligentiā nullo delectu perſequūtur, & quod aperto marte non audent, id occulta obtrectatione & ſubdolis machinamētis quà poſſunt, ſubruūt, nō robuſtoquoſque, at delicatulos quoſque impetentes, donec per tēpus pereuerſitate propalata, unà & à propoſito & ab exiſtimatione

 concid

concidunt. Et sane ea mihi causa fuit sustinendæ æditionis scho-
liorum, quæ Angolissimæ in ædibus tuis in syluam congesserã.
Ea lugduni scholiasten in Dioscoridem agẽns, in cõpendiũ redi-
gi, depresso ex industria stylo, quo imperitiores, quibus hæc scri-
…im, & medicinam factitant, ad studiosè legendum Diosco-
…ccenderẽ, quo ab indiligentiæ quo summè premũtur ueter-
…citati, sciant dum hæc rudiora legunt, quæ simplicia cuiuis
…mpta, quæ ignota, aut alia quauis ratione non satis perspe-
…iæque, & quo loci perquirẽda. Porro hoc in negocio non
…orariũ dicastẽ egi, uerũ in exprimẽdis simpliciũ facultati-
…& forma, Galenũ secutus sum: in priuata uerò simpliciũ cẽ-
…ximiũ illũ & eruditione & perspecta diligẽtia Matthio
lũ reddidi, præcipuè cũ in cẽsendo Dioscoride hic & operã naua
rit singularẽ, atque adeò Colophonẽ addiderit. Verũ enimuero,
uir dotibus ingenij omnibus præcellẽtissime, cũ te ut totius philo
sophiæ, ita Medicinæ studiosum penitius persenserim, ac can-
doris tui memor, quo me, ὥσπερ ἥρως ἐν ἀσπίδι, exceperis, id o-
mnino committẽdũ duxi, ut hæc industriæ initia tibi dedicarem,
quo te mihi manũ porrigẽte, chordæ uice, uel sine cortice, in am-
plissimo hoc iatrices sinu, pernatem ἀκινδυνατὶ, ad ipsius por-
tus angustias. Iamiam enim Deo duce ad reddendos Latinitate
Arabes accingor, quos à barbarie & mendis queis scatent as
sertos, id appungam discerniculi quà cum Græcis uaria aut di-
uersa scripsere, totisque & uelis & remis enitar, ut doctis illo-
rum Lectio à Galenica & Hippocratica minimũ dissideat. Tu
interim præcellentiss. V. Hæc initia boni consule, ab eo nimirum
profecta, qui in literis per te supramodum promouisse testatur,
quãtum quantunque est hoc Dioscoridis scholion & tuere, &
lege. Vale Lugduni, sexto à Liberalibus die. 1550.

Et Horæ & genio.

INDEX OMNIVM QVAE in Dioſcoride continentur. Prior numeri librum, Poſterior caput indicat.

Ascyron

Cypa

Lac

Lyco

Mul

Oleum

Pha

Scoria

Tuber

Vua

FINIS.

Sirvo al D. Joseph Geronimo de Cassanova, y Cardona

Rerum quę in scolijs continentur, singnorum, Elenchus.

Andro

Ascy

Coni

Galio

Limo

Taxi

FINIS.

PEDANII DIOSCORIDIS ANAZARBEI, de medicinali materia Libri primi.

Præfatio IO. RVELLIO Suessionensi Interprete.

Huic præfationi & toto operi appositæ adnotationes & doctæ, & compendiosæ.



VANQVAM *amicißime Aree, complures non ueterum modò, sed recentiorum quoque de medicamentorum compositione, uiribus atq; probatione cõmentati sunt: nobis tamẽ nec uanum, nec à ratione abhorrẽtem impetum animi ad hoc opus inceßiße, tibi ostendere tentabimus: quòd eorum nonnulli absolutum nihil ædiderunt, alij quàm plurima, quæ auditu percunctando didicerant, scriptis tradiderunt. Siquidem Bithynus Iolas & Heraclides Tarẽtinus, omißa prorsus herbarum tractatione, rem sanè quàm paucis perstrinxerunt. Neq; uerò omnes illi de metallicis quicquam rebus aut odoramẽtis memoriæ prodiderunt. Crateuas autem herbarius, & Andreas medicus, qui cæteris diligentius hac in parte uersati uidentur, radices multas apprimè utileis, herbasq; haudquaquam adnotatas, reliquerunt. Veruntamen priscorum subscribere oportet sententijs: quos, etsi pauca ipsis referantur accepta, magnam tamẽ impendiße diligentiam constat. Iunioribus minus aßentiendum: è quibus Iulius Caßius, & Niceratus, & Petronius Niger, & Diodorus, Asclepiadæ omnes, medicinalem materiam uerna-*

culam cognitamq; uulgò, dignam censuerunt quæ ab ipsis literis exactè mandaretur: & ut medicamentorum uires probationesq; cursim complexi, sic nullo experimēto eorum effectus colligentes, inani uerò reddendarum causarum studio uerba fundentes, alia pro alijs scriptitando, rem in aceruum congeriemq; controuersiarum exulerunt. Siquidem qui inter eos egregius habetur Niger, euphorbium, nascentis in Italia chamelææ, succum esse contendit: androsæmonq; eandem herbam cum hyperico esse: quinetiam aloen in Iudæa foßilem nasci, & pleraq; his similia exponit, reclamante euidentia, quæ prorsus ueritati refragantur. Quibus coniectura colligi potest, ea nō oculata fide, sed narratione potius ab alijs accepisse. In ordine ijdem ipsi aberrarunt, partim eorum discrepantes, nullaq; cognatione cōiunctas uireis collidentes: partim per elementa literarum scripta in ordinem digerentes, quò facilius memoriæ mandarentur, genera & eorum effectus à sua cognitione disiungentes. Nos uerò ab ineunte, ut ita dicam, iuuenta, iugi desiderio cognoscendæ materiæ allecti, permultis regionibus peragratis (nec enim nescis nos militarem uitam exegisse) tuo hortatu commentationem in sex libros cōtulimus, quod opus tibi dicamus, Aree, animi gratitudine obsequentes, ob eum quo nos prosequeris affectum. Etenim natura cùm in omneis eruditione excultos, tū uerò in eos quibus cum tibi eiusdem artis neceßitudo intercedit, pronus ad amicitiam esse soles: in nos etiam aliquanto peculiarius. Enimuero non paruum præbet tuæ probitatis argumentum, optimi uiri Licinij Baßi singularis erga te amicitia: quam unà nobiscū degentes nouimus, cùm mutuam inter uos beneuolentiam æmulatione dignam intueremur. Admonitum autē te uelim, eosq; qui in hosce commentarios incident, ne in uerbis facultatem nostram æstimetis, sed potius adhibitam rebus cum peritia curam. Etenim plurima uisu ipsi exactißimè cognouimus: quædā etiam

ex ea

ex ea, de qua inter omnes conuenit, historia, percunctationeq́ rerum apud singulos uernacularum diligenter accepimus. Dabimus igitur operam, ut differenti ab alijs ordine tradito, genera medicinarum uiresq́ describantur. Quòd autem necessaria sit medicamentorum ratio, nemo est fermè qui ignoret, quod ea & toti coniuncta sit, uniuersisq́ eius partibus efficax administret auxilium. Quare per medicamentorum compositiones atq́ misturas, & facta in morbis pericula extendi, & incrementum capessere potest, quàm plurimum conferente singulorum medicaminum cognitione. Quinetiā uernaculam familiaremq́ materiam cōplectemur, ut perfecta sit, quæ à nobis relinquetur doctrina. Verum imprimis curam impendere oportet, ut suis temporibus singula & demetantur, & recondantur: certè pro horum ratione aut ualent uiribus, aut euanido nulloq́ munere funguntur. Serena igitur cœli constitutione demetenda sunt. Magni siquidem refert inter colligendum, si uel squalores uel imbres infesti sint: quemadmodum si loca, in quibus prodeūt, cliuosa, & uentis exposita sint & perflata, frigidaq́ & aquis carentia: in his enim locis uires eorum longè ualidiores intelligun tur. Contrà, quæ in campestribus, riguis, & opacis, cæterisq́ locis à uento silentibus enascuntur, plerunque degenerant, & minus uiribus ualent: multoq́ magis, si non suo tempore nec opportunè colligantur, aut si per imbecillitatem intabuerint. Neque ignorandum, sæpe pro peculiari loci natura, aut anni clemētia, maturius aut serius adolescere. Nonnulla propria ui, hyeme florent, & folia pariunt: quædā bis anno florifera. Quare cui in animo est horum peritiam assequi, necesse est eum prima germinatione solo emergentibus, adultis & senescentibus adesse. Nā qui pullulanti herbæ duntaxat adstiterit, adultam cognoscere non potest: neque qui adultam tantum inspexerit, nuper erumpentem noscet. Quo fit, ut propter mutatam foliorum faciē, cau

lium proceritates, florum seminisq́ magnitudinem, et id genus alias peculiares notas, nonnulli, qui olim has rerum uarietates non perspexerunt, magno in errore uersentur. Quæ causa etiã nonnullis scriptoribus imposuit, qui herbas quasdam, uerbi gratia, gramen, quinquefolium, & tußilaginem emittere florem, fructum, & caulem, negant. Ergo qui sæpius ad uisendas herbas & earum natales se contulerit, earum cognitionem maximè consequetur. Scire etiamnum cõuenit, sola ex herbaceis medicaminibus Veratri genera, nigrum, inquã, & candidũ multis edurare annis: reliqua à trimatu inutilia. Quæ uerò fruticosa sunt, sicut Stœchas, Trixago, Polium, Abrotonum, Seriphiũ, Absinthium, Hyssopum, & alia id genus semine prægnantia, demetantur. Flores quoque antea, quàm sponte sua decidãt: fructus autem, ut maturi decerpantur necesse est: & semina, ubi siccari cœperint, prius quàm defluant. Herbarum succus & foliorum elici debet, germinantibus tum primùm cauliculis. Lac & Lachrymæ excipiantur, inciso per summum adolescentiæ uigorem caule. Radices, & liquamenta, corticésue ut recondantur, eximere conuenit, cum herbæ suis folijs exuuntur. Siccantur etiam expurgatæ inibi, locis aspérginem non redolentibus: sed quæ luto aut puluere sunt obsitæ, aqua elui debent. Flores & omnia quæ iucundum odorem efflant, arculis tiliaceis, nullo situ obductis, reponantur. Nonnunquam charta aut folijs semina, ut perennent, aptè inuoluũtur. Liquidis medicaminibus densior materia, argentea, uitrea, aut cornea conuenit. Fictilis etiã, si modò rara non sit, accommodatur: & lignea, præsertim è buxo: sed ænea uasa ocularijs medicamentis liquidisq́, & omnibus ijs quæ aceto, pice liquida, aut cedria componuntur. Adipem autem & medullas stagneis uasis recondi conuenit.

Anno

ANNOTATIO IN PRAE-cedentem Dioſcoridis Præfationem.

ENimuero cùm ſummus ille, & in tractanda plantarum & medicinali materia omnium facilè princeps Dioſcorides, nil in hac præfatione prætereat eorum, quæ generatim in plantis conſideranda ſunt: hallucinari tamen (ſi Theophraſto aliter ſentiẽti credimus) videtur, qui dicat: Solæ ex herbacris medicaminibus veratri genera, nigrum & candidum, in multós perdurare annos, reliqua à trimatu inutilia. Longe alia eſt Theophraſti opinio, qui libro de Plantarum hiſtoria ix. in hanc ſcribit ſententiam. Helleborum in triginta annos vtilitatem producit: Ariſtolochia in quinque, vel ſex. Vernilago nigra in quadraginta. Centaurea minor in decem aut duodecim, quod denſa ſit & craſſa: Peucedanum in quinque aut ſex: Vitis ſylueſtris vno perdurat anno, modo non friabilis euadat, ac in vmbra ſeponatur, alias enim putrefiet, & in totum reddetur inutilis. Idem eodem loco Elaterium quo vetuſtius, eò melius eſſe ſcribit. Præterea ſe à fide digno accepiſſe, qui aſſeueraret ducentorum annorum Elaterium apud ſe habere, quod pretioſi vice monilis acceperat. Quin & efficaciæ fuiſſe ſingularis, cauſam affert: Ingentem quæ in ipſo eſt humoris copiam, atque ob id cum inciditur in cinerem immitti. Huius rei teſtimonium eſſe, quòd quinquaginta annorum, lucernæ admotum eam nulla mora extinguat. Hæc nec ignoraſſe Dioſcoridem dicemus, nefas enim: nec ab ipſo ſtatim limine voluiſſe à Theophraſto diſſentire, ſed quod veroſimilius violatum eſſe à librarijs volumen eius Græcum: res non infrequens etiam in probatiſſimis authoribus. Quòd ſi ita, vt vulgo legitur, ſcripſit, id ſanè cauit ne prodita à ſe multorum diuturnitate annorum, herbariorũ bona pars (qui vani ſunt & nugis vendundis geniti) impoſturæ anſam abriperet. Quod ab extruſis literis factitatum in Pharmacopolijs videmus, quæ nec nomina, nec medicamentorum compoſitiones, niſi mancas & mutilas, atque adeò conſpurcatas reddiderunt. Intantum in his expurgandis tot præclara ingenia deſudarunt.

IRIS. CAPVT I.

NOMENCLATVRA.

Græcè, Ἶρις. Latinè, Iris. Italicè, la Iride. Gallicè, Flambe. Germ. Himelschwertel.



* *Iris.*



RIS à cœlestis arcus similitudine nomen accepit. Folia fert gladioli, sed maiora, latiora, & pinguiora. Flores à caule æqualibus inter se spacijs distant incurui, uarij: siquidē candidi, pallentes, lutei, purpurei, aut cœrulei conspiciuntur, qua diuersi coloris specie, quædam cœlestis arcus imago repræsentari uidetur. Radices subiacēt geniculatæ, duræ, odoratæ, quæ frustatim dissectæ, in umbra siccantur, & traiectæ lino reconduntur. Melior est Illyrica & Macedonica: & inter has laudatißima, quæ pumila ferè & densa constat radice, frangenti contumax, subrufo colore, gustu amaro, odore perquàm syncero, ita ut nullum prorsus situm redoleat: quæ dum tunditur, sternutamenta mouet. Secundum locum habet Africana, candicans, gustuq; amara. Teredines in uetustate sentiunt, tunc tamen odoratiores reddi solent. Vis omnibus excalfactoria, extenuans, cōtra tußim efficax: hu

morum

morum qui ægrè reijciuntur craßitiem digerunt, bilem craßamque pituitam ex hydromelite drachmis septem epotæ, purgant, somnum conciliant, lachrymas ciunt, torminibus medentur. Eædem potæ ex aceto auxiliantur serpentium ictibus, lienosis, conuulsis, perfrictionibus, horroribus, & quibus genitura effluit, menses ex vino potæ pellunt. Decoctum earum fœminarum fotibus utiliter imponitur, ad emolliendos locos, laxandáque in eis uenarum spiracula: ischiadicis infunditur, fistulas ac sinus carne explet. Radices ex melle glandis modo subditæ, partus extrahunt: quin etiam coctæ & illitæ, strumas, ueteresq́ duritias emolliunt. Siccæ quoque vlcera replent, & cum melle purgant, nudata ossa corpore operiunt. Doloribus capitis, cũ aceto & rosaceo magna utilitate illinũtur. Admotæ cum albo ueratro & duabus mellis partibus, lentigines & uitia cutis in facie à sole contracta emaculant: peßis, malagmatis, & acopis inserũtur. In vniuersum, magni ad omnia usus.

INter Illyricas seu Sclauonicas Irides ea melior est, quæ flauescit, nam quæ in albedine Raphanũ refert, longe inferior est. Ea in Italia prouenit, & ex eius succo hydropicis remediũ paratur, quod non nisi sicca Iris eò afferatur. Venetijs quæ videtur Sclauonica Iris, spectaculo est, non parãdæ medicinæ. Veræ Iridis radix calida & sicca est in secũdi gradus fine, & tertij principio. Habet id dotis præter eas, quas ei aßignat Dioscorides, Cõmanducata oris graueolentiã aufert, & si ex eius decocto colluantur dentes, dolorem sedabit. Radix gargarizata fauciũ abscesßus discutit. Eadem & eius succus coleram soluunt, flegma, & aquæum, qui in corpore erit flaui habitus humorem. Si cum aceto bibatur, venenis omnibus aduersatur. Attractus naribus succus, flegma potenter elicit è cerebro. Stomacho nocet, eáque de causa cum spica offerenda, & hydromelite. Habet hoc Italia, vt nõ pluuioso vere, herbas producat, quæ non inferiores ijs sint, quæ è Candia afferantur. Quod in Iride nõ contingit. Nam inibi non nisi Sclauonica valens est. Quo magis nobis qui ad Septentrionem vergimus danda opera erit, vt è natiuo loco Iridem habeamus, siquidem eius facultates aptare medicinæ voluerimus. Profert Valerius Cordus homo in annotando Dioscoride di-

ligens, & acuti, & solertis in perpendendis plantis ingenij, Iridem Germanicam: hanc & odore & gratia inferiorem Illyrica facit, superiorem acrimonia, vt quæ grani Gnidij modo fauces exurat, atque ideò fieri vt gustu molesta sit. Sed quod ad odorem & saporem aromaticũ attinet, Illyricæ cædere, licet aluum vehementius, quàm illa subducat.

ACORVM CAP. II.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ακοϱου. La. Acorum. Ita. l'Acoro.
Gal. Grãde Galange. Ger. Acker Wurtzel.



* Acorum.

ACorum folia Iridis habet, angustiora tamen: radices non dißimiles, complicatas, non in rectum, sed obliquum actas, & summo cespite sparsas, geniculis interceptas, albicantes, gustu acres, odore non ingratas. Optimum est densum, cãdidum, plenum, carie non exesum, odoratum, cuiusmodi Colchidicum & Galaticum, quod Aspletion dicunt. Radici vis calfactoria. Decoctũ potu vrinam cit: prodest lateris doloribus. & iocinoris atque thoracis: itẽ torminibus, vulsis, ruptis: lienem absumit: urinæ stillicidio, & serpentum ictibus auxiliatur: insidentibus ad muliebres affectus iridis modo utiliter imponitur: oculorum caligines succo discutit: an

tis: antidotis radix magno usu commiscetur.

Dioscoridis Acorum non esse Gladiolũ vulgarem hinc patet. Quòd licet candicãs sit Gladioli radix, & quadãtenus Iridẽ represen tet, nullũ tamen acrẽ, atque adeo nec gratũ, aut ingratũ gustũ præse fert. Nec Galangã esse hinc claret. E Syria ad nos Galãga assertur, siccæ adeo & exucca, ut Acori necne folia habeat, dijudicare nõ possis. Nam de radice quam candicantem esse in Acoro scribit Dioscorides, aliam esse in Galanga, quam ruffam intus & foris non possis dicere. Adde his quòd gustum in Acoro acrem requirit Dioscorides, qui in Galanga acerrimus est. Deinde nullæ amaritudinis particeps Galanga est, quod Acori facultatis esse Galenus ostendit. Postremo si Serapionis hac in re authoritas non repudianda videatur, diversis & de Acoro & de Galanga capitibus tractauit. Quòd si omniũ longè in tractando Dioscoride acutissimo Matthiolo Senensi credimus, cui etiam subscribit Valerius Cordus, veram Acorũ id esse putabimus, quod Officinis Calamus Aromaticus nominatur. Merlus medicus qui multo tempore medicinã apud Lipruschum Lituaniæ factitauit, Matthiolo constanter asseuerauit, multam apud Lituaniam Acorum gigni, suisq; manibus è terra euulsisse, omnibus deprehensis dotibus, quas in Acoro desiderat Dioscorides. Nec aliter Dominicus Sennus, qua est fide & authoritate, referente Cordo, Acorum in Syria nasci vidit, natiuis præditum dotibus. Eò fit ut cum in Calamo aromatico veram Acorum habeamus, Calamus itidem aromaticus nobis barbarie temporum deperierit.

MEVM. CAP. III.

NONENCLATVRA.

Gr. Μηον Αθαμαντικόν. *La. Meum. Ita. Il Meo.*
Gal. & Off. Fœniculus tortuosus. Ger. Beerwurtz.

Meum, quod Athamanticum vocant, in Macedonia et Hispania plurimum gignitur, anetho folijs & caule simile, sed eo crassius, binum fermè cubitorum altitudine attollitur, sparsis in obliquum rectúmque radicibus, longis, tenuibus, odoratis, linguam excalfacientibus. Quæ feruefactæ ex aqua, uel tritæ citra coctionem, præclusorum renum, uesicæq; farctæ



* *Meum.*

uitia potu leniūt. Vrinæ difficultati medentur. Stomachi inflationes discutiūt. Torminibus, affectæ uuluæ, articulorū doloribus, atque fluxionibus pectoris, tritæ cum melle in eclegmate auxiliantur. Sanguinem per mēstrua pellunt, desessionibus feruefactæ. Infantibus autē illitæ imo uentri, urinas mouent. Quòd si plus, quàm deceat ex his bibatur, caput dolorē afficiunt.

MEum non esse radiculas illas cādidas quæ paßim p eo ostentantur, ipsa Dioscoridis descriptio abundè planum facit; nec alias itidem quæ huius nomine ignaris & medicis & spetiarijs à vulgo herbariorum obtruduntur, cum nec vires nec notæ consentiant. Rarum fuisse in Italia Meum suo tempore Plinius testatur; adeo vt medici serere cogerentur. Nec hodie prouenire in Italia præcellentißimus vir Matthiolus aßerit, proinde nec in Gallijs, nec in Germania. Mei loco Galeno autore, Myrobalano, quam etiam Nucem vnguentariam vocamus, & quæ nihil aliud planè est, quàm Ben vnguentariorum, vti possumus. Calidæ sunt Mei radices tertio ordine & siccæ secundo: si tamen plus iusto admoueātur, capitis dolorem excitant, quod cum in eis siccitas à caliditate vincatur, certam quampiam humidam cruditatem capiti subinfert, quæ vētosæ caliditati iuncta, nocumenti causa est.

CYPERVS. CAP. IIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κύπειρος. *Lat. & Offi. Cypirus, vel Cyperus.*

Ita

Ita. Angoloso odorato gionco.
Gal. Souchet. Germ. Wilde galgen.



Cyperus.

Cyperus, quem aliqui erysisceptrum, ut aspalathum appellant, folia fert porraceis proxima, sed longiora & exiliora: caulem odorati iunci, cubitalẽ aut maiorem, angulosum, in cuius acumine minuta folia cum semine exoriuntur: radices, quarum in medicina est usus, cohærẽtes inter se, oleis oblongis similes, aut rotundæ, nigro colore, suaui odore, amaro gustu. In lacunosis, palustribus & cultis enascitur. Optima est grauißima, densa, fractu cõtumax, plena & aspera, odoris cum quadam acrimonia iucundi, qualis est Cilicia, Syriaca, & quæ à Cycladibus insulis petitur. Huic calida uis inest. Venarum spiracula laxat, urinã ciet, ad calculos, aquamq; subtercutem utilißimè bibitur, aduersus scorpionum ictus remedio est: perfrictionibus uuluæ, & præclusionibus fotu prodest: pellit menses. Contra ulcera oris, etiam si depascant uorentq;, farina eius efficax est. Malagmatis calfacientibus, & unguentorum spissamentis bene adijci solet. Aliud Cyperi genus tradũt in India nasci, gingiberis effigie, quod manducatum croci uim reddit, gustu amaro sentitur, & illitum præsentem psilothri

uim

uim exhibet.

Valerius Cordus eò facit inter se dissidere Cyperidem & Cyperum, Eum iuncum angulosum Cyperidem vocat, cuius radices longæ sunt: Cyperum vero, qui similes Oliuæ habeat, ac sibi inuicem innexas. E Syria Cyperus affertur nostro longe odoratior: hic tamen si deficiat, nostrate vti possumus. Radix quæ sub nomine Curcuma ad nos ex India deportatur, Matthiolo putatur esse secūda illa Cyperi species, quam describit Dioscorides eodem è loco transportari, ac gingiberis speciem referre, & cōmādacatam croci odorem reddere cum amaro gustu. Quod verum sane est. Nam omnes respondēt notæ. Antiqua patrum barbaries Curcuma Chelidoniam esse putauit, falsi Serapionis superscriptione, qui capiti de Chelidonia titulum imposuerit Curcuma. Cyperi radices calefaciendi & desiccandi virtutem habēt. Vnde & vlceribus prosunt, quæ, quòd nimium humida sint, coire nō possunt. Prosunt & orificijs talium vlcerum quod astrictionis in se quippiam habeant. Nec tamen incisoria virtute carent.

CARDAMOMVM. CAP. V.

NOMENCLATVRA.

Gr. Καρδάμωμον. Lat. & Offi. Cardamomū.
Ita. Il Cardamomo.
Gal. Graine de Paradis. Ger. Cardamoemlin.

Cardamomum optimum est, quod ex Comagene, Armenia, Bosphoroq; deuehitur. In India quoque & Arabia prouenit. Eligi debet plenum, frangenti contumax, occlusum, farctumq; (quod enim huiusmodi non est, exoletum iudicatur) & gustu acre, subamarum, & odore caput tentans. Excalfactoriam vim habet, potumq; ex aqua facit ad comitiales, ischiadicos, tusses, neruorum resolutionem: item ad rupta, vulsa, tormina. latas ventris tineas excutit. Ex vino autem potum, renibus, difficultati vrinæ, à scorpione ictis, neque non omnibus venenum vibrantibus auxilio est. Cum cortice radicis lauri epota drachma calculos comminuit: [redacted]

tu ene

[illegible]: scabiem ex aceto illitum adimit: Et ad Vnguentorum spissamenta additur.

Hoc in loco duo sibi præstantes viri cõpugnant, quorũ vterque in adnotando Dioscoride egregiã nauauit operã. Matthiolus emũcto iudicio, Valerius Cordus nitida breuitate. Amborum ego opinionẽ recitabo, tum facile erit non obesæ naris hominibus, hac de re sententiã ferre. Valerius Cordus repudiata Manardi & Antonij Musæ sentẽtia, qui nos vero Cardamomo carere censuerunt, Dioscoridem ait & Serapionem, integros Cardamomi fructus suis confertos granis descripsisse. At nobis sola grana, quòd saporis & odoris eximij sint, in vsus seruari, cortices verò quòd lignosæ, nullóque sapore ac odore prædita sint, abijci. Porrò duo ad nos Cardamomi genera afferri, maius et minus. Maius fructum habere lignosum, iuglandis fere magnitudine, intus angulosis & aromaticis granis, mali punici modo plenũ & confertũ, & fractu contumacem. Minus vero fructum ferre, Auellana multo minorem, triquetrum, & minoribus granis repletum, eiusdémque saporis & odoris, sed quæ vehementius linguam penetrent. Maius ad nos hodie parcius adferri, propterea in eius locum quosdam grana Paradisi substituisse, & Cardamomum maius appellasse: impropriè tamen & malè. Nam sapore, quo piperi similia sunt, & odore plurimum à Cardamomo differre. Fructum vero figura aliquam habere cognationẽ, qui oui columbini magnitudine conspiciatur, & Cardamomi modo granis angulosis repletus sit. Grana etiam ipsa Melligette vocantur, quod à regno Melli aduehantur. Totaque errare via qui Nigellæ citrinæ semen Cardamomi nomine dignantur. Hæc pene ad verbum Valerius Cordus. Videamus quid dicat Matthiolus, quem è Thuscis in Latiũ proferam. Ignotum nostro tempore Cardamomum est, nec verum à mercatoribus qui simplicia alia ad nos aduehunt, defertur. Est apud eos Cardomomum maius, Nigellæ semen, & Meligette, quorum trium nullum est Cardamomum, vel Græcorum, vel Arabum. Aliud enim pro Cardamomo accipiunt Græci, aliud Arabes. Serapio qui Græcos omnes in simplicibus reddidit, Cardamomum, Cordumenum appellat: & alio itidem capiti quod ex mente Isaach facit, titulũ do Cardamomo imponit, quod sua lingua, Saccola maius et minus vocat, quod omnino differt à Græcorum Cardamomo, quod sub nomine Cordumeni descripserat, atque ab omnibus illis, quæ in officinis reperiuntur. Hæc vero non esse Dioscoridis semina huic apparet. Parum densa sunt, facile rumpuntur, nec commanducata in gustu amaritudinem quampiam relinquũt.

Indi

Iudicet æquus lector, ego in Matthioli sententiã accedere malim. Doctæ siquidẽ & longa hominis experientia probatam fidem assert.

NARDVM. CAP. VI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Νάρδος. Lat. & Off. Nardũ. Ita. Il Nardo. Gal. du Nard. Ger. Spicken nardi.



Nardum.

DVo nardi genera: unum Indicum, alterũ Syriacũ appellatur, nõ quòd in Syria proueniat, sed quòd mõtis, in quo oritur, pars una ad Syrios, pars altera ad Indos flectitur. Ex hoc Syriaci genere præcipuum est recens & leue, largam gerens comam, flauum colore, perquàm odoratum, ac Cyperũ redolens, breui spica, amaro sapore linguã siccante, quod diu in sua odoris gratia permaneat. Ex Indicis autem Nardum quoddam Gãgitis uocatur, à fluuio Gãge, apud quem enascitur, montem præterfluente. quod genus ob multam loci, in quo prodit, uliginem, uiribus infirmius est atque procerius adolescit, plures ferens spicas ab unica radice comosas, unáque conuolutas, ac grauiter olentes. Mõtanum autem odoratius, spica breui ac mutila, odore Cypero uicino cæteras habens Syriaci dotes. Est & genus quoddam cui Sampharitico nomen locus

indi

indidit, frutice breui, in magnas se spargens spicas, candidiore interim medio caule, hircorum uirus supra modū redolente, quod improbatur. Madefactum uendi solet: quod uitium ex eo deprehenditur, quòd candida sit spica, & squalida, nulloq́ puluere obsita. Adulteratur stibio cum aqua, aut palmeo uino, inspissationis ponderisq́ causa inspirato. Intueri autem oportet, si lutum radicibus insideat, & in cerniculo puluerem excutere, eluendis manibus utilem. Vim habent excalfactoriam & exiccantem. Vrinam mouent, aluum potu sistunt, uuluæ profluuia, saniemq́ apposita supprimunt. Nauseæ ex aqua frigida auxiliantur, & stomachi rosionibus, inflationi, iocinori, regio morbo, renum uitijs. Aquæ autem incoctæ fotu ad insessum, uuluæ inflammationibus medentur: Ad glabras oculorum genas ualent: siquidem eas ad densiorē pilum reducunt: perfusis humore corporibus insparguntur. Miscentur antidotis, & in fictili non picato ad ocularia medicamenta reconduntur, trita in farinam, & cum uino in pastillos coacta.

NArdus non Indica ad nos, sed Syriaca ex Alexandria assertur, quam odoratißimam se Venetijs vidisse Matthiolus scribit. Discant igitur mercatores delectum, ne temerè & suas profundant pecunias, & alijs illudant. Spica Nardi non summitas, sed ipsa eius radix est. Quod ei expeditißimè patebit, qui familiarē sibi Galenū effecerit.

Nardum Celticum. CAP. VII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κελτικὴ νάρδος. Lat. *Nardum Celticum.*
Ita. *Nardo Gallico.* Gal. Nard Gaulois.
Ger. Marien Magdalenen bleumlin.

CEltícum nardum nascitur in Liguriæ Alpibus, saliunca patrio nomine appellatum, prouenitq́ue in Istria. Exiguè fructificat, & cum radicibus in manuales fasciculos componitur. Folia habet oblonga, colore in flauum languido, florem luteum



Nardum Celticum.

teum. Cauliculorum & radicum duntaxat usus est, & odoris suauitas: unde pridie fasciculos aqua abluere expedit, & exempta terra, pauito solo atque humenti (subiecta charta) reponere, postridie repurgare: siquidem utile, cũ aceroso alienóque propter humoris uim, non excutitur. Adulteratur imposita herba simili, quæ hirculus uocatur, ab odoris grauitate: sed facilis cognitio: nanque herba candidior est, sine cauliculo, minoribus folijs, radice neque amara, neque odorata, uti uerum Nardum est. Itaque radices atque cauliculi, abiectis folijs triti secernuntur, uino excipiuntur, digeruntur q́ in pastillos, & ita fictili nouo diligenter operto asseruari debent. Laudatur maximè recens, iucundi odoris, radice numerosa cohærens, plenum, nec fragile. Ad eadẽ quæ Syriacum pollet, sed uehementius urinam cit, & stomacho utilius est. Inflammationibus iocinoris, & felle suffusis auxiliatur. Contra stomachi inflationes, cum absinthij decocto bibitur: item aduersus lienem, renum & uesicæ uitia, & uenenatos ictus, ex uino. Additur in malagmata, potiones, & calfacientia unguenta.

Celtica Nardus, quæ & Saliunca, ea planè est quæ Spica Romana Pharmacopolijs dicitur: Nascitur in Liguriæ Alpibus, in Istria, Carinthia, & Pannonia. Lauendulam seu maiorem, seu Maßiliẽsem, non esse Nardum Celticã hoc vno argumento patet. Solæ in Nardo Celtica radices & caules medicinã faciunt, nam flores & folia nullo vsui sunt.

sunt: In Lauendula, soli flores & folia medica vi pollent, cum interim radicum, & caulium nullus sit vsus. Celtica Nardus potentius vrinam ciet, quàm Indica aut Syriaca, cæteris in rebus inferior.

Montanum Nardum. CAP. VIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ὀρεινὴ νάρδος. *Lat. Nardum montanum. Ita. Nardo montano. Gallis & Offi. incognitum.*

Montanum Nardũ, quod ab aliquibus thylacitis & niris appellatur, in Cilicia & Syria nascitur, surculo & folijs eryngio similibus, minoribus, minimè tamen spinosis asperisq́. Radicibus binis nititur, aut pluribus, nigris, odoratis, ceu hastulæ regiæ, sed longè gracilioribus, & longè minoribus. Neque caulem, neque fructum, neque florẽ profert. Ad eadem ad quæ Celticum efficax.



Asarum.

Montana Nardus quæ olim è Cilicia coriaceis sacculis adferebatur non in medicinæ tantum vsum, sed quo etiam ob suaueolentiam ignibus inijceretur, hodie ad nos non affertur, nisi (quod casu & raro fit) cum alijs mercibus asportetur. In Cilicia abunde prouenit, vnde & Ouidio, Spica Cylissa vocatur. Montana Nardus nõ ea herba est, q̃ funiculi modo per terram serpit, vt quæ nullo nec sapore nec odore prædita sit.

ASARVM. CAP. IX.

NOMENCLAT.

Græ. Ἄσαρον. *Lat. & Offi. Asarũ. It. Asaro.*

Gal. du Cabaret. Ger. Haselwurtz.

ASarum, quod & ipsum aliqui syluestre Nardum appellãt, Hederæ folijs, minoribus multò, rotundioribusq́;, floribus cytino Hyoscyami similibus, purpureis, inter folia proximè radicem emicantibus, odoratis, in quibus semen acinosum radices numerosas, geniculatas, tenues, obliquas, Gramini non dißimiles, longè tamen graciliores, odoratas, excalfaciẽtes, & quæ linguam uehementer mordent. Excalfactoriam uim habet, urinam cit, hydropicis & uetusto coxendicum dolori prodest. Radices senis drachmis ex aqua mulsa potæ, menses trahunt, & Veratri albi modo purgant. In unguenta additur. Vmbrosis montibus prouenit, sed plurimum in Ponto, Phrygia, Illyrico, & Italiæ Iustiniensi agro.

DIuersa sunt Asarum, de quo hic scribit Dioscorides, & Baccharis de qua in tertio, maleq́; actũ ab eis est, qui Baccharis, in Asari caput retulerũt. Sed reuera Asarũ, Bacchar vulgare est, nõ illa Baccharis.

PHV. CAP. X.

NOMENCLATVRA.

Gr. Φοῦ. Lat. Phu, & Nardus syluestre. It. Phu.
Offi. Valeriana. Gal. La Valerienne.

PHu, quod & aliqui syluestre Nardum appellant, nascitur in Põto, folio Olusatri, aut Elaphobosci, caule cubitali, aut altiore, læui, cauo, molli, in purpuram uergente, geniculis intercepto, florib. Narcisso proximis, maioribus tenerioribus, & ex albicante purpureis: radice superius ad digiti minoris craßitudinẽ, ex obliquo uillosa in nigri Veratri aut Iunci odorati modũ: capillamentis inuicem contextis, flauescentibus, odoratis, cũ quadam odoris grauitate Nardum æmulantibus. Excalfacit, urinam mouet, si sicca potui detur. Decoctum eadem præstare potest, ad lateris, etiam dolorem efficax, menses cit, antidotis inseritur



* *Phu.*



Valeriana.

ritur. Adulteratur radice Rusci ammista: sed maleficium deprehenditur: quoniam hæc dura est, & frangenti contumax, sine ulla odoris gratia.

PHu Valeriana est, non illa quidem minor, sed maior: & quod ad Narcissi florem attinet, corruptus hic Ruellio & Matthiolo Dio-*scoridis est codex. Valeriana minor subtiles habet & intricatas radices quæ commendando odori scriniis induuntur.* Hanc non esse Phu non abs *recensuit* Cordus.

Malabathrum. CAP. XI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μαλάβαθρον. *Lat. & Off. Folium Indum, & folium Malabatri. Ita. folio Indico.* Gal. Fueille d'Inde. Ger. Negel blatter.

Malabathrum arbitrantur aliqui esse Indici Nardi folium, falsi quadam odoris cognatione: permulta enim Nardum olent, quemadmodum Phu, Asarum, Niris. secus autem res se habet. Nanque Malabathrum folium sui generis est, quod Indicæ gignunt paludes, lentis palustris modo innatans aquis, sine radice. Id collectum statim lino transsuitur, & siccatum reconditur. Tradunt siccatis æstiuo feruore aquis, humum aridis fruticibus uri: quod ubi non euenerit, ne amplius quidem renasci. Laudatur recens, ex candido nigricans, integrum, nec fragile, odore caput feriens: quod diu in suaui odore permaneat, & nardum sapore imitetur, nullo salis gustu. Infirmũ uerò & minutim contusum, præsertim si cariosum uirus olet, uitiosum est. Easdẽ Nardo sortitur uires, sed efficacius omnia præstat. Vrinam uehementius ciet, ac stomacho magis prodest Malabathri uis. Lippitudinibus inflammationibúsque tritum & in uino feruefactum commodè illinitur: subditum linguæ, oris halitum & suauitatem commendat. Vestium quoque odorem interpositum seruat, & ab erosione tuetur.

Malabathrum, quod antiquis Folium, *siquidem folium est, & nil præterea, paludibus innascens.* Hodie *ad nos non affertur.* Folia Casiæ *huius substituũtur loco, quæ profectò ignotæ arboris sunt.* Satius *erit, si* Galenum *secuti,* Malabathri *vice, nullo periculo* Casia *vtamur, aut* Syriaco *vel* Indico Nardo.

CASSIA CAP. XII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κασσία. *Lat. & Offi. Casßia.*

Ita. Casia. Gal. la Casse.

Casßia, cuius complura sunt genera, iuxta odoriferã Arabiam gignitur, craßi corticis sarmento, folijs piperis. Eligenda est fuluescens, pulchri coloris, coralli æmula, perquàm angusta, longa, crassa, & fistulosa, gustu mordens, & cum aliquan

quan

quanto feruore adstringens, aromatica, uinoso odore, cuiusmodi est, quæ ab incolis Achy, appellatur, ab Alexandriæ negociatoribus Daphnitis. Huic præfertur crassa, purpurea, et nigricans, Zigir cognomine, quæ rosam odore imitatur, præcipui in medicina usus. Secundum locum tenet antedicta. Tertia, cui Museletico blasto, id est, germini cognomen est. Reliquæ uiles, & quæ Aphemum dicitur, nigra, insuauis, cortice tenui, ac rimoso & quæ Darca, & Citto uocitatur barbaro nomine. Similior huic est Pseudocasia, quàm ut explicari possit, quæ gustu coarguitur, cùm nec acris, nec odorata sit, hærentemq; medullæ corticem habeat. Inuenitur etiam lata quædã fistula, mollis, leuis, surculosa, quæ antedictæ præfertur. Damnatur candicans, scabra, hircinum uirus redolẽs, & quæ tenui fistula & scabra cute sit. Vim obtinet calfaciendi, Vrinam ciendi, siccandi, & leuiter astringendi. Conuenit ad medicamenta oculorum, quæ præstandæ claritatis gratia concinnantur, & ad malagmata. Lentigines tollit cum melle illita, menses trahit, contra Viperarum ictus pota auxiliatur: aduersus intestinas inflammationes omneis, & renum uitia, pota proficit. Fœminis in solio desidẽtibus, aut suffimentis, prodest ad dilationem Vuluæ. Ea duplo pondere medicamẽtis mixta, Cinamomi uicem supplet, si ipsum desit: nã eosdem effectus præbet, ad plurima perquàm Vtilis.

Cinnamomum. CAP. XIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κίνναμομον. Lat. & Offic. Cinnamomũ.
Ital. Cinamomo. Gal. Cinnamome.

Cinnamomi genera plura, partium sibi nomen Vẽdicãtia. Præfertur tamen Mosyliticum, quòd Casiæ, cui Mosyliti nomen est, aliquam referat effigiem. Sed in eo genere recens, nigrum, ex Vinoso in cinereũ Vergens, læue, tenuibus ramulis,

ac frequentibus nodis cinctum, perquàm iucundè olens. Optimi ferè indicium, iucundi odoris proprietate cõstat. Inuenitur enim cum optimo, eoq; quod peculiare est, odor Rutæ aut Cardamo mo proximus. Insuper acre, mordens, & cum calfactione qua dantenus salsum, quod non citò confricanti asperum, aut frianti lanuginosum, leuibus tamen internodijs appareat. Si certior fieri voles, uellito ab radice surculum. facilis est huiuscemodi ꝓbatio: namq; fragmenta miscellanea quædã esse videntur. Quæ autem melius spirant, suo halitu cùm nares primùm consuluntur, olfactum explentia, deterioris dignotionem impediunt. Est etiamnum montanum, crassum: pumilum, fuluescẽs admodum. Tertium à Mosylitico, perquàm suauiter olet, nigrum, fruticosum, paucis intercedentibus geniculis. Quartum, fungosum, candicans, aspectu tuberosum, vile, ac friabile, magnam habens radicem, quæ Cassiã planè representat. Quintum genus, odore nares feriens subrufum, & cortice fuluæ Cassiæ simile, tangẽti firmum, minus neruosum, densa radice firmatum. Iis quæ Thuris, Cassiæ, Mirti, aut Amomi odorẽ spirãt, minus suauitatis inest. Deligito scabrum, album, rugosum: at læue, & lignosum circa radicem, vt inutile, reijcito. Est etiamnum simile aliud, cui Pseudocinnamomo cognomen est, vile, inualidi odoris, solutarumq; virium. Vocatur etiam Zingiber, cùm tamen sit Xylocinnamomum, præbens quadam Cinnamomi faciem. Est autẽ lignosum Cinnamomũ, sarmenta longa robustaq; ferens, odore lõgè Cinnamomo inferiore. Sũt qui Xylocinnamomũ, à Cinnamomo genere differre dicant, quòd à natura eius abhorreat. Cinnamomum omne excalfacit, emollit, & concoquit, vrinam ciet, tam mẽses quàm partus potũ aut ex myrrha impositũ pellit cõtra bestias quæ virus eiaculantur, venenaq; conuenit: caliginem pupillis oculorum obuersantem discutit, crassitiem extenuat, lentigines & vitia cutis in facie ex melle illitum detergit: cõtra tusses,

defflu

defluxiones aquam subtercutem fusam, renum vitia, & vrinæ difficultatem efficax est: vnguentis preciosis inseri solet: & in summa, magni ad omnia vsus. Tritum vino excipitur, umbraq; siccatum, quòd diutius eduret, reconditur. Est & quoddam Cinnamomum, quod aliqui Pseudocinnamomũ appellant, perquàm denso atq; crasso sarmento, longè tamen inualidius Cinnamomo, & odore & gustu.

Annotatio in Cap. XII. & XIII.
De Cassia & Cinnamomo.

Cognatæ adeo plãtæ sunt Cassia & Cinnamomũ, vt perfectè Cassiæ ramos in totũ Cinnamomo similes Galenus viderit, nec secus Cinnamomi ramos Cassiã pro maxima parte referre. At si quis Canellã vulgo vocatam diligẽtius expenderit, ac Officinarum qui illam cõtinẽt saccos euoluerit, omnes reperiet Cassiæ descriptas à Dioscoride species. Ea enim mercatorum natura est, vt bonas merces sibi putere velint, quo peiores diuẽdant. Cassia dum cortice vestitur, Xylocassia: nudata cortice, Cassia Syrinx, quod fistulam representet dicitur. huius vice cortex longo tempore deportata ad nos radicis, quæ amarum, nõ aromaticum saporẽ haberet. Nũc sed raro aliqua eius species affertur. Arabum Cassia fistula quam solutiuam vacant, omnino alia est à Græcorum Cassia fistula. Siquidẽ fructus est proceræ arboris qui in India & Egipto nascitur quæ & Faba Egyptia dicitur. Cinnamomi multam fuisse penuriã Galeni tempore constat. Quòd si imperatoribus ipsis quibus tum omnia parebant cara hac planta erat, intantum vt pro thesauro asseruarent, nihil mirum si nostro sæculo incognita sit & rarissima.

Amomum. CAP. XIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἄμωμον. *Lat. & Offic. Amomum.*

Ital. Amomo. Gal. incognitum.

Amomum exiguè frutificat, ex ligno se conuoluens in racemi modum, flore, ceu candidæ Violæ paruo: folijs vitis albæ similibus. Laudatur quàmmaximè Armeniacum, fuluo auri colore, ligno subrufo, valde odorato. Medicum, quoniam in campestribus & aquosis enascitur, infirmius esse constat. Est

autem magnum, subuiride, tactu tenerum, frutice venoso, odore origani. Ponticum verò subrufum, paruum, fragile, racemosum fructu turgens, & odore nares feriens. Deligito recens, candidũ vel subrubrum, quod nec astrictum cohæreat, nec conuoluatur, sed solutum diffundatur, seminis plenum, uuis paruis simile, graue, odoratum, modò cariem non contraxerit, acre, gustu mordens, simplici colore non euariante. Vim habet calfaciẽdi, astringendi, exiccandi. Somnum allicit, & illitum fronti, doloris sensum aufert, inflammationes & meliceridas cõcoquit, discutitq́: iuuat quos scorpius percußit, ex Ocimo illitum, & podagricis cõfert, inflammationes oculorum viscerumq́ lenit ex vua passa: ad vuluarum vitia in peßis, aut inseßionibus vtile est, decoctũ iecinori, renibus, podagræ, potu conuenit. Antidotis immiscetur & preciosißimis vnguentis. Adulteratur herba Amomo simili, quæ Amomis vocatur, sed sine odore, sine fructu. Nascitur in Armenia, flore Origani. Quare in huiusmodi probationibus fragmenta fugienda sunt: eligẽda autem, quæ ab una radice integros surculos emittunt.

AMomum cum in Italia, diligẽtißimo Matthiolo authore nõ nascatur, nec sit ea planta, quam Rosam S. Mariæ Italicæ matronæ vocant, his rationinibus (Similes Bryoniæ frondes non habet, nullum Origani odorẽ refert, acrimonia nares non percellit, quin potius nullius est odoris) tantisper dum vero Amomo carebimus (nam Portugalli nõ ita pridem verum ex India aduehere cœperunt) authore Galeno eius vice Acoro vtemur.

COSTVS. CAP. XV.


NOMENCLATVRA.

Græ. Κόςος. Lat. Costus. Ital. Costo.
Gal. & Offic. Incognitus.

PRæcellit Arabicus, candidus, leuis, eximia odoris suauitate. Secundum locum sibi vendicat Indicus, leuis, uber, ut

fern

ferula niger. Tertius est Syriacus, grauis, colore buxeus, & odore feriens. Optimus est recens, albus, abundè plenus, densus, aridus, à teredinibus non erosus, sine graueolentia, gustu calidus ac mordens. Vis ei excalfactoria, urinam ciet menses pellit, vitijs quæ uuluam malè habent, tam impositu, quàm fotu & suffitu auxiliatur. Cõtra uiperarum morsus sextãtem bibere prodest: item aduersus pectoris dolores, cõuulsa, inflationesq́, ex uino & Absinthio, uenerem ex mulso stimulat, latas ventris tineas ex aqua pellit, horroribus ex oleo, ante febrium accessiones, & neruorum resolutionibus oblinitur: vitia cutis in facie, cum aqua uel melle illitus emẽdat. Additur in antidota et malagmata. Sunt qui admistis Helenij Comageni præduris radicibus, adulterẽt, quod deprehensu facile est, siquidem neq; gustu feruet Helenium, neq; ualidum odorem uibrat, ut caput tentare posit.



Costus.

COstum vt plurimùm Officinæ habent, amarum, & dulce. Sed de his non loquitur Plinius, aut Dioscorides, at de albo tantũ. Paucis ab hinc annis verus Venetijs affertur. Inde sibi comparent pharmacopolæ, nec diutius in antiquo errore inueterascant.

Odoratus iuncus. CAP. XVI.

NOMENCIATVRA.

Gr. Χῖνος. Lat. Iuncus odoratus & rotundus.

Ital. Gionco odorato. Gal. Pasture à chameaux.
Offic. Squinanthum.

ODoratus iuncus, in Africa, & Arabia naſcitur. Laudatiſsimus ex Nabathæa: proximus Arabicus, quem aliqui Babylonium cognominant, alij Teuchitin: peſsimus ex Afriqua. Eligendus eſt rufus, recens, floribus refertus, tenuis, rubentibus fragmentis, qui manibus confricando roſæ odorem emittit, igneæ mordacitatis ad linguam. Floris, culmorum radicisq́; eſt vſus. Vim vrinæ ciendæ habet, menſes pellit, diſcutit inflationes, caput agrauat, modicè aſtringit, comminuit, excoquit, ac venarum ſpiracula laxat. Flos eius in potu vtilis ſanguinem reijcientibus, doloribus ſtomachi, pulmonis, iecinoris, & renum, miſcetur antidotis. Radis aſtringentior eſt, ideo faſtidijs ſtomachi, hydropicis, conuulſis, drachma vna cum pari pōdere piperis, per dies aliquot datur. Decoctum vuluæ inflammationibus, ad deſidentium fotus utile eſt.

IVncus odoratus, Squināthum Officinis vocatur, voce corrupta à Σχοινοῦ ἄνθος, vnde vox integra prodit Σχοινάνθος, quæ Sqináthū quaſi velint dicere, Flos Iunci odorati. hic ad nos hodie non affertur, ſed ſtipites tantum, & folia, & radices. Iuncus odoratus ſeligendus eſt recens, nam à vetere odor omnis & ſapor abeunt.

Calamus odoratus. CAP. XVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. κάλαμος ἀρωματικός. *Lat.* Calamus odoratus.
Ital. Calamo odorato. Ga. & Offi. Calamus aromaticus.

CAlamus odoratus in India naſcitur: melior eſt fuluus denſè geniculatus, & qui aſſuloſè frangitur, plena araneorū fiſtula, albicans, lentus in mandendo, & aſtringens, ac cum aliquanta acrimonia amarus. Vrinam potu ciet, quare cum graminis aut apij ſemine coctus, in aquæ ſubtercutem fuſæ morbo, re-

num

rium uitijs, stillicidio urinæ, ruptisq́, cōmodè bibitur, menses & potu & appositu pellit, tußi suffitu medetur per se, aut ex resina terebinthina, hausto per arundinem fumo, ad muliebres insessus decoquitur, & clysteribus imponitur. Suffitionibus, malagmatisq́ odoris gratia commiscetur.

CAlamus Aromaticus, canna odoratißima, quæ quibusdam maioris Asiæ Lacubus (dum siccantur) enascitur, ad nos hodie non affertur, sed huius loco acori radix, quæ sola ex Acoro medicinam facit cū in Calamo odorato vsui sit arundo, non radix.

Balsamum. CAP. XVIII.

NOMENCLATVA.

Gr. Βαλσαμον. *Lat. & Offic. Balsamum.*

Gal. Bausme.

BAlsamū, arbor albæ Violæ, Lycij, siue Pyracanthæ magnitudine conspicitur. Folium rutæ proximum, longè candidius, perpetuò uirens. In Iudæa solum quadam ualle & Aegypto nascens. his differens modis, scabritia, proceritate, gracilitate. Quod igitur tenui & capillacea coma est, Theristum uocant, quasi demeßile: fortaßis quoniam ob gracilitatem facilè demetatur. Aestiuis sub ortu Canis ardoribus, arbos unguibus ferreis inciditur, manatq́ è plaga succus, quem Opobalsamum uocant: sed tam exiguo stillatu, ut annis singulis, ne plures quidē quàm se ni septéniue cogij cogantur, inibiq́ pondus duplo rependitur argento. Succi probatio est, ut sit recens, ualidi odoris, syncerus, non ad acorem uergens, dilui facilis, læuis, astringens, ac modicè mordens gustu. Sed uariè uitiatur, misto ab aliquibus Terebinthi, Cypri, Lentisci, Balani unguento: itē susino, metopio melle, aut Cypria cera liquida, quod maleficium facilè deprehēditur. Namq; merus in laneam uestem fusus, neq; maculam facit,

cit, neq; si eluatur, notam reliquit: uitiatus autē inhæret: & lac instillatus coagulat, quod adulteratus nō efficit. Quinetiam syncerus in aqua aut lacte celerrimè liquatur, coloreq; lactescit: uitiatus uerò olei modo innatat, se conuoluens, aut in stellæ modū diffundēs. Syncerus senescens crassescit, deteriorq; redditur. Hallucinantur, qui aqua concretum pessum ire, & ad ima sidere arbitrantur, postea dißipatum supernatare. E ligni genere, quod Xylobalsamum uocant, probatur recens, sermento tenui, fuluū, odoratum, quadam tenus Opobalsamum spirans. Necessarius etiam seminis erumpit usus, quare eligatur flauum, plenum, grande, ponderosum, mordens gustu, feruens in ore, modicè Opobalsamum olens. Adulteratur semine hyperico simili, quod à Petra oppido defertur. Sed coarguitur magnitudine, inanitate, uirium ignauia, sapore Piperis. Efficacißima uis inest succo, & quam maximè calfaciens, abstergit quæ tenebras oculorum pupillis effundunt, medetur perfrictionibus uuluæ, cum rosaceo cerato appositus, menses quoq; secundas, & partus extrahit, horrores illitu discutit, ulcera sordida expurgat, & cruda concoquit, urinam potu ciet, ægrè spirantibus prodest: datur in lactè contra Aconitum haustum, aut serpētium ictus, miscetur acopis malagmatis, & antidotis. In summa, præcipua authoritas succo, secunda semini, minima ligno. Semen commodè potui datur doloribus lateris: pulmonum uitijs, tußi, ischiadicis, comitialibus uertiginosis, orthopnoicis, urinæ difficultati, torminibus ac serpentum morsibus, ad muliebres suffitus perquàm utile est: uuluam aperit in desesßionibus balnearum decoctum, & humorem euocat. Lignum easdem habet uires, aliquātò minores. Ex aqua potum cruditatibus, torminosis, uulsis, uenenatorum ictibus opitulatur, urinam cit, ad capitis uulnera cum sicca Iri conuenit, squammas oßium extrahit, & ad unguentorum spissamenta additur.

Bal

BAlsamum Syriaca arbuscula, in Egypto non secus ac olim nascitur, sed sincerus eius liquor ad nos non affertur. Carpobalsamum, Balsami fructus: Xilobalsamum, Balsami est lignum. Hæc adulterata in Pharmacopolijs venduntur. Hæc diluunt incolæ ad medicinam & vnguenta, tũ viribus destitutã lignosam substãtiam nobis obtrudunt. Balsami vice, Stacte vti licebit, qui liquoris è Myrrha eliciti flos est. Loco Xilobalsami violarum radice, quas Cheiri officinæ vocant.

Aspalathus. CAP. XIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἀσπάλατος. Lat. Aspalatus. Ita. Aspalato. Gall. & Offic. nomen Latinum vsurpant.

ASpalatus, alijs Erysisceptron, frutex est surculosus, multis spinis horrens, nascitur in Istro, Nisyro, Syria, & Rhodiorum insula, quo ad unguentorum spissamenta pigmentarij utuntur. Optimus est grauis, detracto cortice rubens, aut in purpuram uergens, densus, odoratus, gustatu amarus. Est & alterum genus candidum, lignosum, sine odore, quod deterius habetur. Vim calfaciendi cum astrictione obtinet: unde decoctũ eum uino ad tetra oris ulcera colluenda conuenit, ad nomas genitalium, & sordida ulcera infunditur: subiectum in pesso, partum extrahit: alium sistit eius decoctum, & sanguinis reiectionem potu cohibet, urinæ difficultatem inflationesq; discutit.

ASpalatus non illa arbuscula est, quæ Rhodi nascitur Oliuastro similis, patrum memoria pro Agallocho vsurpata, & è qua precarij orbiculi fiunt, nigri aut flaui sub cortice coloris, non rubri aut purpurascentis, quod requirit Dioscorides. Adde his, in re medica Asphalato radicis cortice tantum vtimur, in Rhodio ligno, ipsum lignum medicamentarim vim & odorem habet.

MVSCVS. CAP. XX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Βρυον. Lat. Muſcus. Ital. Moſco.
Gal. Mouſſe. Offic. Vſnea.

BRyon, id eſt, Muſcus, à quibuſdam Splechnon appellatur: in Cedro arbore: Populo alba & Quercu inuenitur. Optimum eſt cedrinum: proximum populeum: in quo genere candidum & odoratius præſtat, nigricans improbatur. Aſtringendi uim habet. Decoctum inſidentium uuluis utile: unguento balanino, oleisq; inſpiſſandi gratia inſeritur: thymiamatum, acoporumq; compoſitionibus conueniens.

MVſcus ſeu villoſa illa arborum canities, non pro eo hic accipitur, qui in quauis arbore naſcatur, ſed tantum qui in cedro, Populo alba, Picea, Quercu, Larice, Abiete proueniat ac ſit odoratus. Muſcus vulgaris, Indici animalis pus eſt. Qui diligentiores ſunt, quo hac clarius diſtinguant, illum muſcum, moſchum hunc appellant.

Agallochum. CAP: XXI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Αγάλλοχον. Lat. & Offi. Agallochum. Ita. Agollocho. Gal. nomen non indiderunt.

AGallochum, lignum eſt quod ex India atq; Arabia deportatur, Thueiæ ligno ſimile, maculatũ, odoratum, guſtu aſtringens, cum quadam amaritudine, cute uerius, quàm cortice ueſtitur, aliquantulum uerſicolore. Manditur, aut decocto os colluitur, commendandi halitus gratia. Sudores arcet toto corpori inſparſum: pro thure ad ſuffimenta ſubſtituitur: radix epota drachmæ unius pondere, humida ſtomachi uitia & imbecillitatem, feruoremq; mulcet: ſi lateris, iecinoriſue dolor excruciat, ſi dyſenteriæ, aut tormina infeſtant, ex aqua bibere prodeſt.

Agallochum, Xiloaloes, seu lignum aloes, referentibus Portugallis in insula Taprobana nascitur, suauissimi odoris etiam si non vratur. Venetijs affertur quod probatissimum est. Agallochum calidum & siccum est in secundo gradu.

Narcaphthum. CAP. XXII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ναρκαφθον. Lat. Gal. Offic. Narcaphthum. Ital. Nercaphtho.

Narcaphthum ex India defertur corticosum, simile Sycomori libro, quod iucundi odoris gratia suffìcitur. Miscetur thymiamatis compositis: constrictionibus uuluæ suffitu prodest.

Narcapthũ aut hodie ignotum, aut Storax est sicca, aut Corzumbrum, aut potius Tignamę, quod plane nil aliud est, quàm Thymama.

Cancamum. CAP. XXIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κανκαμον. Lat. Cancamum. Ital. Cancamo. Offic. Lacca. nec aliud nomen habet.

Cancamum Arabici ligni lachrima est, myrrhæ quodãmodo similis, uirosi gustus, quam ad suffimenta usurpant. Vestes eo, Styrace & Myrrha additis suffiuntur. Vim proditur obtinere extenuandi obesos, si ternum obolorum pondere ex aqua, aut mulso aceto plusculos dies ebibatur: lienosis datur, comitialibus & suspiriosis: menses cum aqua mulsa pellit, oculorum cicatrices confestim emendat: uino madefactum medetur eorundem hebetudinibus, aduersus gingiuas humore prægnanteis: doloresq́ dentium, non aliud efficacius.

Cancamum ex Arabia ad nos hodie, nec aliјs locis affertur. Nec est gummi illud spissum & transparens, quod Laccam vocat, nempe nullum gustu, suffitúve odorē præ se fert, quod in Cancamo reperiri scribit Dioscorides. Atenim in cap. de Cancamo seipsum confundit Serapio, qui dicat: Laccam è cœlo super arbores Mannæ in modum decidere, & ex eius fæce Carmesinum in tinctorijs fieri. Cauēdum proinde ne pro Cācamo aut Laccam, & minus Dialaccam accipiamus. Astringit enim Dialacca: Laxat & aperit Cancamum.

CIPHI. CAP. XXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κῦφι. Lat. Cyphi. Ital. Ciphi.
Gal. & Offic. Cypheos.

Cyphi thimiamatis compositio est dicata dijs, qua abundè Aegyptij sacerdotes utuntur. In antidota misceri solet suspiriosis datur in potu. Permultæ componendi rationes, quarum una hæc est: Sumito cyperi dimidium sextarium, cum pari baccarum Iuniperi adultæ modo: unæ passæ pinguis, exemptis uinaceis, minas duodecim: resinæ repurgatæ minas quinq; Calami & Iunci odoratorū. & Aspalathis singulorum minam: Myrrhæ duodecim: uini ueteris sextarios nouem, cum duabus mellis minis: uuā passam detractis uinaceis tusam, cum uino & Myrrha subigito: cætera tusa & cribrata adijcito: die uno humorem combibere sinito: dein mel coquito, dum sibi glutinis asciscat craßitudinem: eliquatam resinam accuratè permisceto cum reliquis diligenter contritis, & in fictile uas recondito.

Adiectitiū quibusdam hoc esse caput Dioscoridis videtur, quòd in antiquis exemplaribus non repperiatur. At cum Cyphi amplam Aetius mentionem fecerit, id certò statuere non audeo.

Crocum. CAP. XXV.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κρόκος. Lat. & Offic. Crocum. Ital. Zaffarano.
Gal. Saffran. Ger. Saffran zimment.

Cro


Crocum.

Crocum, optimũ in medendi usu Coryceum, recens & boni coloris, paulum candidi gerẽs in capreolo, oblongum, omnibus suis partibus constans, non fragile, plenum, à quo detractum est nihil, quod madefactum manus inficit, nec situm redolet, aut cariẽ sentit, subacre: sin huius generis non est, aut uetus, aut humore perfusum creditur. Secundus locus datur Coryceo, è tractu Lyciæ contermino. Tertius Licio è monte Olympo. dein ex Aegibus Aetoliæ. Cyrenaicum & Centuripinũ inter Sicilica omnia uiribus infirmius est. Omnium natura oleacea. Itali tamen ob succi copiam, & coloris uenustatem, tingendis mortarijs dicauerũt: quibus de causis magno uenditur. Vtilissimum in medicina quod antè descripsimus. Adulteratur immisto Crocomagmate tuso, atq; etiam sapæ sublitu: contrita, quò pondus adijciatur, simul argenti spuma, aut plumbagine. sed maleficium declarat insidens puluis, præsertim si defrutum in odorando subolet. Thessalus ipsum tantùm odoratum esse uoluit. Alij exitiosum, tribus drachmis ex aqua potis. Proculdubio uim coquendi, emolliendi, atq; substringendi habet: urinam cit, elegantem colorem præstat: qui ex passò biberint crapulam non sentient: oculorum fluxiones illitum cum humano lacte, cohibet: additur in potiones, quæ interaneorum causa temperãtur: ad uuluæ etiam sedisq; cataplasmata utiliter inditur

uenerem ſtimulat, uergentes ad ignem ſacrum inſtammationes mulcet, auricularijs collectionibus utile. Quò facilius conteratur in calido fictili ſole ſiccari oportet, celeriterq́; uerſari. Vrinam mouet radix ex paſſo pota. Fit etiam expreſsis unguenti crocini odoramentis, & in formas digeſtis, quod Crocomagma uocãt. Optimum eſt odoratum. modice Myrrham olens, graue nigrũ, ligni expers, læue, ſubamarũ, quod madefactum Croci colorẽ reddit, guſtatumq́; uehementer dentes ac linguam inficit, multis durans annis, quale eſt, quod à Syria defertur. Habet ſuas uires ad delenda quæ caliginem oculis obuerſant: urinam cit calfacit, coquit, & emollit. Vires Croci proportione quadantenus repræſentat, quandoquidem plurimam Croci partem ſibi Crocomagma uendicat.

CRocum quod certis olim in prouinciis naſcebatur, nunc & in Gallia excellentiſsimũ, et in ipſa adeò Germania prouenit in Auſtria maximè & Vienna territorio. Abũdè quid ſit Crocomagma et deducet Dioſcorides. Tota Croci ſubſtantia procedit in ſecundum caliditatis gradum & ſiccitatis primum, eaq́; de cauſa vim habet maturandi, cui ſubſidiaria eſt aſtrictoria qua participat virtus.

Helenium. CAP. XXVI.

NOMENCLATVRA.

Gre. Ἑλένιον. *Lat. Helenium. Ital. Euola.*
Gal. & Offic Enula Campana.
Ger. Alantwurtzel.

HEleniũ folia habet Verbaſci anguſtioris folij, aſperiora, oblõga: caulẽ quibuſdã in locis non emittit: radicem ſub

albi



Helenium.

albidã, interdum subrufam, odoratã, subacrẽ, uegetam, magnã, ex qua agnatæ ꝓpagines liliorũ aut ari modo serũtur. Motibus in umbrosis, siccoq́; solo prouenit. Foditur æstate radix, particulatimq́; dissecta siccatur. Potũ radicis decoctum menses & urinas ciet, ipsaq́; in eclegmate ex melle ꝓdest tußi, orthopnœæ ruptis, cõuulsis, inflationibus & serpentium morsibus. In summa excalfaciens. Folia ex uino cocta utiliter ischiadicis illinuntur. Helenium stomacho utile in passo conditũ: siquidem salgamarij paululum siccatam radicem, mox decoctam, & frigida aqua madefactam, in sapam conijciunt, & ad usus recondunt. Trita potaq́; ad cruentas execrationes efficax est. Alterum Helenij genus in Aegypto gigni Crateuas tradit. Herba est cubitalibus ramulis, Serpylli modo per humum repentibus, folijs Lenticulæ circa ramos, sed longioribus crebrisq́;, radice pallida, digiti minoris craßitudine, per ima tenui, supernè crassa, cortice nigro. Nascitur in maritimis, collibusq́;. Radix una in uino epota, contra serpentium ictus auxiliatur.

INula seu Helenium, ex Helenæ lacrymis nata, dum Canopi gubernatoris mortem deflet, duplex. Nostras, nulli non cognita, Aegyptia, quæ humilis & coronaria est. Nostratis radix, non statim à gustu

excalfacit, vt piper nigrum, & album: superfluè enim humida est. Iure igitur electuarijs inseritur, quæ fiunt ad crassos et viscosos humores è pectore & pulmone educendos.

Omphacinũ, oleũq́. CAP. XXVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ελαιον ὠμότριβες, καὶ Ελαιον κοίνον.

Lat. Omphacinum *oleum, & oleum commune.*

Ital. Olio Omphacino *è uolgare.* Gal. Huyle d'Oliue. *Offic. Latino utuntur nomine.*

Ger. Baumol.



Omphacinum.

Oleum quod ex immaturis oliuis exprimitur, ad multos usus rectè ualentibus accomodatissimũ Omphacinum id appellatur. Præstat recens, odoratum, quod non mordeat. Tale unguentorum compositionibus idoneum intelligitur. Stomacho utile est, quòd astringat: gingiuas contrahit, dentes firmat: si contineatur in ore, sudores cohibet. Et quò uetustius ac pinguius, eò ad medicamenta aptius est. Et, ut reliqua in commune dicantur, omne oleum calfacit, emollit uentrem, à perfrictionibus corpus tuetur, ipsumq́ pro

promptius ad obeunda munera reddit, aluum emollit: ulcerātium uenerorum uires permiſtum hebetat: contra uenena datur, aßiduè potum redditumq; uomitionibus, ſoluit aluum heminæ menſura cum pari ptiſanæ ſucco aut aqua potum: ad tormina calidum ſimul decocta ruta tribus ſextarijs in potu datur: uentris animalia pellit, idem maximè ilei inteſtini morbo laborantibus infunditur, uetus magis calfacit & uehementius diſcutit, oculorum claritati ſublitum confert. Si uetuſti non ſit occaſio, in uaſe decoquitur ad mellis craßitudinem, ut uetuſtatem repræſentet.

Oleum ſylueſtris oliuę.
CAP. XXVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας ἔλαιον. Lat. Oleum ſylueſtris oliuæ. Ital. l'Olio che ſi fa delle oliue ſaluatiche. Gal. & Offic. commune nomē non mutant.

OLeum quod ſylueſtres oliuæ fundunt, uehementer adſtringit, & ad ſanorum uſus ſecundum ſibi locum uendicat. In doloribus capitis utiliter pro Roſaceo ſubſtituitur, ſudores arcet, defluentes capillos inhibet, furfures, ulcera capiti; manantia, ſcabiem, lepraſq; abſtergit, tardius canitiem ſentiūt, qui eo quotidie perunguntur. Candidum oleum fit hoc modo: Album colore, nec anniculo uetuſtius, in nouum fictile oris patuli funditur, centum heminarū mēſura, & ſub ſolem media quaq; die concha refunditur, ex altoq; demittitur, ut aßidua deuolutione, ictuq; agitatum reſpumet: octaua die fœnum græcum mundum quinquaginta denariorum pondere, calida aqua madefactum donec emolleſcat, in ſupradictum oleum deijcitur, ita ne

extillet aqua. Postea tedæ præpinguis piceæ assulatim cæsæ æquale pondus adijcitur, & transanctis octo diebus, oleum concha mouetur. Vbi candorē contraxerit, in uas nouū uetere uino affusum recondi debet, substratis sertulæ Cāpanæ corollis drachmas undecim pendentibus, cum pari Iridis pondere: sin minus rursus soli mandandum, & idem munus obeundum, usq; dum inalbescat.

Annotatio in Cap. xxvij. xxviij.

OLeum cum simpliciter dicimus, illud intelligimus, quod ex satiuis oleis: Omphacinum, quod ex immaturis Oleis exprimitur. Candidi Olei conficiendi rationem docet Dioscorides. Candidum Oleum in Portugalliæ Vlisbona conficitur.

Sicyonium. CAP. XXIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Σικιώνιου. Lat. Sicyonium. Ital. Sicionio. Eo Galli & Officinæ carent.

SIcyonij componendi ratio hæc est: In lebetem oris lati stanno inductum, funditur olei albi quod crudæ oliuæ reddiderunt, cōgius unus: aquæ semicōgius. Leui id igne coquitur, leniter mouendo: at ubi bis efferbuit, & subtracto igne refrixit, innatans oleum concha decapulatur, & adiecta noua aqua conferuescit, & reliquis ut diximus peractis, reponitur. In Sicyonia maximè fieri consueuit, Sicyonij inde accepto cognomine. Calfactoriam adquendam usq; modum uim habet. Febri ac neruorum uitijs prodest: fœminæ ad commendandum faciei nitorem eo utuntur.

IN Sicyone Peloponensi vrbe è candido oleo, præparabatur oleum eo quo scribit Dioscorides modo. Hodie fieri desiit.

Stri

Strigmẽta balnearum. CAP. XXX.

NOMENCLATVRA.

Gr. ῥύπος βαλανείων, καὶ ῥύπος ἐκ τῆς παλαίστρας. *Lat. Strigmenta balnearum Strigmenta palestrica. Ital. Le rasure de i bagni. Le rasure della palestra. Hæc antiquorum, non nostratis usus.*

STrigmenta à balneis calfaciunt, molliunt, discutiunt: ad sedis rimas, & condylomata illinuntur. Illa uerò quæ ex palestris puluerem sibi asciuerunt, in sordis speciem redacta, articulorum nodos imposita adiuuant: ischiadicis in fotus aut malagmatis locum, calida commodè sufficiuntur. Derasæ gymnasiorum parietibus simulacrisq́ sordes calfaciunt, tubercula, quæ ægrè ad coctionem perducuntur, dissipant, desquammatis & ulceribus senum prosunt.

ANtiquitus Oleo corporibus in balneo perunctis, sudorem Oleo mixtum serui vel publici vel priuati strigilibus eradebant. Id strigmentũ vocatum est. Luctaturi itidem iuuenes Oleo perungebantur. In palestra, dein puluere oblinebant sese. Cœnosa illa crassities quæ eis à ludo eradebatur in balneis, in vsus medicinæ cedebat.

Elæomeli. CAP. XXXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἐλαιόμελι. *Lat. Elæomeli. Ital. Eleomele. Res nostris incognita & Officinis.*

IN Palmyris Syriæ, quod Elæomeli uocãt, ex quodam caudice manat oleũ, melle crassius, sapore dulci. Bilẽ, cruditatesq́ detrahit, sextario cũ una aquæ hemina dato, sed q sumpsere, tor

pescunt, & uiribus deficiuntur: quod minimè uereri oportet, ue rùm crebrò excitare, ne ueterno preßi somnos captent. Fit & oleum è pinguitudine surculorum Oleæ: optimum uetus, crassum pingue, non turbidum. Calfacit, priuatimque caliginibus oculorum illitur: lepras, neruorumque dolores illitum emendat.

ELæomeli ad nos hodie non affertur. Quod è Quercuum & Betularum uetustis truncis fluit, saporē habet mellis, pinguitudinem olei, proritat ad nauseam & uomitum Eleomeli, & laxat aluum.

Cicinum oleum. CAP. XXXII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κικινου ἐλαιου. *Lat.* Cicinum oleum. *Ital.* l'Olio Ricino. *hoc Offic. nō parant: proinde nec apud* Gallos nomen habet.

CIcinum oleum hoc modo temperatur: Maturi Ricini, qua uoles quantitate, torrido sole flaccescunt, & ouarum more instrati tantisper insolantur, dum uestiens cortex fractus decidat: caro colligitur, & coniecta in pilam diligenter tunditur: postea in lebetem stanno illitum, qui aquam habeat, demittitur, subiectoque igni feruescunt: & ubi insitum prorsus humorem reddiderunt, sublato ab igni uase, innatans oleum concha tollitur, & reconditur. Sed in Aegypto, ubi largior increbuit usus, longè secus fieri solet Nam repurgatos Ricinos molæ mandant & accurratè molitos per sportulam torculo exprimunt. Tum quidem ematuruerunt Ricini, cùm continentibus orbiculis exuuntur. Ad psoras, & ulcera capitis manantia ualet, prodest sedis inflammationibus, uuluis conuersis atque præclusis: item indecoris cicatribus, & aurium doloribus emplastra efficaciora reddit additum: potu aquam aluo extrahit, uentris animalia pellit.

HOc oleum hodie fit sub nomine Olei de Kerua, seu Catapuciæ maioris Arabum.

Amygdalinum. CAP. XXXIII.

NOMENCLATVRA.

Gre. Αμυγδάλινου ἐλαίου. *Lat.* *Oleum Amygdalinum.* *Ita.* *l'Olio delle Mandole.* Gal. Huyle d'Amendes. *Off.* *Oleum amygdalarum.*

A *Mygdalinum oleum, quod aliqui Metopium uocant, hoc fit modo: Semodius ex amaris nucibus repurgatis siccatisq́, in pila ligneo pistillo leniter tunditur in offas, aquæ quæ ferbuerit sextarius adijcitur, & ubi dimidia hora humorem hauserit, uehementius quàm antea tunditur, mox tabellis premitur, & quod digittis hæsit, concha excipitur. Pressis nucibus rursum hemina aquæ inspergitur, & postquàm ebiberint, idē opus prosequendum. Singulas heminas reddunt singuli modij. Contra uuluarum dolores, strangulatus, conuersiones, & eorundem locorum inflammationes efficax est: uitijs renum, calculosis, difficili urinæ, suspiriosis, lienosisq́ proficit: dolores capitis, grauitatem auditus, sonos incertos, tinnitusq́ discutit: maculas & uitia cutis tollit è facie, & eam erugat cum melle, radice Lilij, & Cypria cera, aut rosaceo cerato: & oculorum hebetudines emendat, ulcera capitis manantia, & furfures cum uino abstergit.*

E *Tsi hodiè ex Amygdalis dulcibus & amaris oleum exprimatur. Satius tamen aget, qui hoc in negocio Mesue præscriptionem sequetur.*

Balaninum. CAP. XXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Βαλάνινου ἐλαίου. *Lat.* *Oleum Balaninum.*

Ita. l'Olio di Ben. Gal. Huyle de Ben. *Off. Oleum de Ben.*

Simili modo fit Balaninum Oleum, quod repurgat maculas, lentigines, uaros, & cicatrices nigras: aluum soluit, stomacho aduersatur, contra aurium dolorem, sonos, & tinnitus auxilio est, cum anserino adipe instillatum. Similis sesamini ratio. Fit etiam è nuce iuglande oleum, quod caryinum uocant. Eandē uim habet quam balaninum.

Oleum Balaninum, quod è Glande vnguentaria fit, & Oleum è Ben dicitur, apud Italos vulgare, nobis penè incognitum quod ad bonitatem attinet.

Hyoſcyaminum. CAP. XXXV.

NOMENCLATVRA.

υοσκυάμινον, κνιδέλαιον, Κνίκινον, ῥαφανέλαιον.
Lat. Hyoſciaminum, Gnidicum oleū, Cnicinum oleum, Oleum Raphaninum. Ita. l'Olio dell' Iusquiamo, del Grano Gnidio, del Cartamo, del Rafano. Officinis, si prępararentur, nomina latina habent.

Hyoſcyaminum sic fit: Semen candidum, recens ac siccum tunditur, & calida aspergitur aqua, ut in amygdalino diximus: dumq; insolatur, siccatæ, quæ sub manu sunt, partes cū reliqua massa permisceantur: hoc autem fieri oportet dum nigrescat, & grauiter oleat: mox pressum atque excolatum reconditur. Ad auriū dolores efficax est, pessis miscetur, ad emolliendum utile. Fit & è Grano gnidio purgato & tuso. Vis ei aluum soluere potu. Non secus Cnicinū oleum temperatur, cui facultas eadem est quæ facto è Gnidio grano, uerùm inualidior. Rhaphaninum è Rhaphani semine fieri solet, cæterorū more. Phthiriases mala ualetudine contractas tollit. Scabrities

cutis

cutis in facie emendat. Ad obsonia utuntur Aegyptij. Melanthinum idem quod Rhaphaninum potest. Tritum Sinapis semẽ, & calida aqua madefactum, adiecto postea oleo exprimitur. Id ad diuturnos dolores efficax est, transfert humores qui in aliqua parte concreuerunt.

Commodius nostro tempore tritum & calefactum Hyoscyami semen cogitur oleum reddere, quã olim malefactum aqua. Idem fit in Rhaphanino & Sinapino, & vetustus mos desijt. E Grano Gnidio oleum exprimitur, quo rustici Itali ad se purgandos vtuntur. Olei è Carthamo & Nigella rarus aut nullus est vsus.

Myrteum. CAP. XXXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μυρσινέλαιον. *Lat. Myrteum. Ita.* l'Olio *Mirthino.* Gal. Huyle de Murte. *Off. Oleum Myrtinum.*

Myrtei faciẽdi ratio hæc est: E Myrto nigra syluestri, aut satiua, foliorum mollißima quæq; tusa premuntur. succo pares omphacini olei portiones adijciuntur, subiectisq; carbonibus inferuescunt donec concoquantur, innatans oleum deraditur. Sed longè facilior hæc compositio: Tenera folia contusa coquuntur in oleo & aqua, & quod innatat eximitur. Priuatim alij deiecta in oleum folia in sole macerant: alij prius oleum inspißant Malicorio, Cupresso, Cypero, et Iunco odorato. Efficacius est amarum gustu, & oleosum, uiride, translucẽs, & olens Myrtũ. Astringit & indurat: ideò medicamentis miscetur, quæ cicatricẽ obducunt, prodest ulceribus in capite manantibus, ambustis igni: & papularum eruptionibus. Facit ad attrita & furfures, sedis rimas, cõdylomata, articulos laxatos, corporis sudores cõpescit, et omnia quæ adstrictionẽ inspißationẽq; desiderãt.

Alia ratione parant seplasiæ Myrtinum oleum quam Dioscorides aut Mesue præscripserint. Et sanè melius cæderet, si paratur in balneo Mariæ, & cum olio Omphacino.

Lau-

Laurinum. CAP. XXXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Δαφνέλαιον. *La. Laurinum. Ita. l'Olio Laurino.* Gal. Huyle de Laurier. *Off. nomen latinum in usu.*

LAurinum fit hoc modo: Lauri baccæ cùm maturæ sunt, in aqua coquuntur: siquidem ex obducto cortice quandã pinguitudinem reddunt, quæ manibus subacta, concha excipitur. Alij omphacinum prius oleum Cypero, Iunco odorato, & Calamo inspissant, deinde tenera Lauri folia concoquunt: alij etiam baccas, donec oleum odorem contraxerit alij Styracẽ & Myrtum addunt. Optima Laurus ad id latifolia & montana. Oleum Laurinum utilius quò recentius, quoq; uiridius colore, amarißimum, & acre. Vis ei excalfactoria, emolliens, uenarũ spiracula aperit, laßitudines discutit, omnibus neruorum uitijs, algoribus, destillationibus, aurium doloribus, malis renum frigore contractis, illitum, non aliud iuuantius, attamen potum nauseam parit.

OLeum Laurinũ aliter à Mesue paratur, aliter à Dioscoride, aliter ab Officinis. In quibus qui eruginẽ admiscent, malè agũt. Eneruat enim erugo olei temperamentum. Probe præparatum præter uires quas ei tribuit Dioscorides, ualet dolori Hepatis, Hemicraneæ proueniẽtis à causa frigida, dolori stomachi, dolori colico, matricis, & splenis.

Lentiscinum. CAP. XXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Σχινέλαιον. *Lat. Lentiscinum. Ita. l'Olio del Lentisco.* Gal. Huyle de Lentisque. *Officinæ Galliarum rarum aut nullum Lentiscinum habent.*

SImilis Lentiscini ratio. Nam è maturo fructu temperatur, fractis prius spissamentis, ut in Laurino diximus: hoc scabiẽ iumen-

iumentorum canumq́ sanat, utilissimum pessis, acopis, & leprarum medicamentis, sudores cohibet. Nec secus Terebinthinum fieri solet. quod refrigerat & astringit.

OLeum Lentiscinum in pluribus hodiè Thusciæ partibus paratur, & in comitatu Senensi, præcipuè in insulis Helba & Giglio, fit eo pacto: Sumuntur fructus Lentisci, aliquot ante diebus ex arbore decerpti, numero & pondere qui satis esse videtur, immittuntur in aquam, bulliunt lento igni, & cum crepare incipiunt, tum torculari immittuntur, & non addito altero oleo, ex eis oleum exprimitur, nam satissuperq; ex sese reddunt. Rustici qui eo vtuntur in cibo, laudant vt valens remedium ad acuendum visum. Oleum quod è Terebintho fit ad nos nõ affertur, proindè nec in vsu est.

Mastichinum. CAP. XXXIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Μαστιχέλαιον. *Lat. Mastichinum. Ita. l'Olio di Mastice.* Gal. Huyle de Mastic. *Off. Oleum de Mastice.*

MAstichinum è trita fit Mastiche, quod contra omnia uuluæ mala efficax est, mediocriter calfacit, astringit, et mollit. Aduersus prominentes stomachi duritias, cœliacorum, dysentericorumq́ cruciatus utile: faciem emaculat, & colorem nitidum facit. Optimum in Chio insula componitur.

RAtio parandi olei Mastichini, quod fit ex Mastiche quæ Lẽtisci resina est, rectius doctorũ hominũ iudicio cũ alãbico vitreo pareretur.

Vnguentorum compositio. CAP. XL.

NOMENCLATVRA.

Gr. Σύνθεσις μυρων. *Lat. Vnguentorum compositio. Ita. la compositione de gli unguenti.* Galli & Officinæ, hæc si præparant, nomina vt lubuit imponunt.

DE ratione Vnguentorum consequenter tractandũ existimauimus, quandoquidem ea in nonnullis corporũ uitijs,

aut

aut medicamentis mista, aut corpori perfusa, aut naribus obiecta, plurimùm prosunt. In quorum probationibus consulere nares oportet, an ea oleant, ex quibus temperantur. Optimum huiuscemodi iudicium: quod in quibusdam planè obseruari non potest, propter ea, quæ admiscentur, odore cæteris præualentia: ut in Amaracino & Crocino, Telino, & plerisque alijs, quæ crebra circa hæc meditatione experiri conueniet.

Dioscorides ab hoc capite xl. ad lxvij. de Vnguentis tractat, non illis plagiarijs, sed odoratis, quæ planè nihil aliud sunt quã olea, materiæ cuipiam aromaticæ permixta: Olea vero simpliciter cum dicit, Oleum è fructibus & seminibus arborum expressum intelligit, sine alterius mistione olei.

Rosaceum. CAP. XLI.

NOMENCLATVRA.

Gr. ῥόδινον. Lat. Rosaceum. Ita. l'Vnguento Rosado.

Rosaceum sic fit: Iunci odorati quinque libras & bessem tundito, & subactas aqua in uiginti olei libris & quincunce subinde mouenda, coquito: dumq; percolaueris, in olei libras uiginti, & quincuncem, adijcito Rosas non madefactas numero mille, & manibus melle perunctis identidem moueto: interdiu premens, sinito nocte tota macerari, postea exprimito: et ubi recrementũ pessum ierit, mutato uase, in craterem melle illitum recondito. Cæterùm Rosas quæ antea pressæ fuerũt, in labellum demittito, & affusis octo libris & quadrante spissati olei, iterum premito, eritq; secundarium oleum. Quòd si tertias usq; quartasue perfusiones infundens exprimere uoles, secundarium fiet, tertiarium, & quartarium unguentum. Sed quoties id feceris, uasa melle oblini debent. Si uerò secundam infusionem instituere libet, in expressum oleum, numero pari recentes Rosas, nullo humore imbutas inijcito: manibus melle præmadefactis,

agi-

egitans premito: & iterum, tertio & quarto, similí modo exprimens facito, totiesq́; recenteis Rosas detractis unguibus immittito: fiet enim ita oleum multò ualidius: nam septies oleum rosarum infusionem admittit, nec amplius. Prælum melle perungatur, oleum à succo diligenter secerni oportet, nam si minimũ quid relinquatur, unguentum corrumpet. Alij autem detractis unguibus, Rosas tantum oleo macerant in sole, hoc modo: Rosæ quæ selibram pondere æquant, in sextario olei diebus octo madescunt, & usque tertiam perfusionem quadraginta diebus insolantur, & sic oleũ reconditur. Alij Calamo, aut Aspalatho prius olei spissamenta faciunt. Alij coloris causa Anchusam admiscent, & salem, quo minus oleat. Vim astringendi & refrigerandi obtinet, fomentis & cataplasmatibus utile. Potum soluit aluum, stomachi ardorem restringit, ulcera caua replet, & mulcet, quæ cacoëthe uocantur: ulceribus in capite manantibus, atque feruidis eruptionibus illinitur: caput dolens eo perfunditur: dentes inter initia doloris collui prodest, ad genarum duritias illitum efficax est, ad laceßita interanea & concitatas uuluas utilißime subijcitur.

V*Nguentum* Ro*satum si probè fiat è præscriptione* Me*sue, nihilum cedet illi, quem* Dio*scorides ostendit.* No*stras è* Me*sue, inflammationes sistit, congregat, confortat, spissat, & prohibet cursum materiæ ad male affectos locos.* P*otum valet in dysenteriam.* V*ulneribus capitis prodest: mirum enim in modum caput firmat, & inflammationem inhibet.*

Elatinum. CAP. XLII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἐλάτινον. *Lat. Elatinum. Ita. l'Vnguento Elatino.*

Fracta

Fracta Elate tusa & scarificata, in labellum deijcitur: omphacinum oleum triduo infunditur, mox par sportulam exprimitur: uerum pares esse debent utriusque portiones, dein mundo uase ad usus reconditur. Viribus Rosaceo proportione respondet, aluum tamen non mollit.

Elatinum vnguentum antiquitus fiebat è carnoso dactylorum cortice, qui Elate Græcis dicitur. Quæ dictio quoniam etiam Abietem sonat, quidam etiam ex Abiete parant Elatinum oleum, sed malè.

Melinum. CAP. XLIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Μήλινον. Lat. Melinum. Ita. l'Vnguēto Melino.

Melinum hoc modo temperatur: Olei congius, decem aquæ sextarijs admiscetur. Adijcitur elatæ palmarum fractæ quadrans, & Iunci odorati uncia, quæ die uno macerata coquuntur, mox in uas oris patuli oleum excolatur, & indita arundinacea crate, aut uetusta tegete, Cotonea mala superponuntur, & uestimentis operta tātisper inibi resident, dum malorum uires ad se oleum alliciat. Aliqui Cotonea, decem dierum spacio operimentis inuoluunt, ut contineatur odoris suauitas, nec euanescat: postea biduo macerata oleo exprimuntur, oleumq; reconditur. Id uim refrigeratoriam & astringentem habet. Contra scabiosa ulcera & quæ serpunt, ac furfures, perniunculosq; effectum præbet, exulceratis uuluis infunditur, citatam urinam sistit infusum, sudores cohibet: contra cantharidas, buprestim, pinorum erucas, bibitur. Laudatur maximè quòd Cotonea mala olet.

Melinum vnguentum fit cum Cotoneorum fructu probè maturo, in particulas conciso, tum in oleum omphacinum immisso, ac insolato cum bona succi portione, postremò in balneum Mariæ infuso, iterata vt docti sciunt, infusione.

Oenanthini compositio. CAP. XLIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. οἰνανθίνου. *Lat. Oenanthinum. Ita. l'Vnguento Enanthino.*

OEnanthe è Labrusca, optimè olens postquam emarcuit, deiecta in Omphacinum oleũ mouetur, uoluiturq́, & cùm biduo manserit, exprimitur, & reconditur. Astringit, proximum rosaceo effectũ præbens: sed aluũ non resoluit, aut mollit. Probatißimum est quod odore Oenanthen refert.

ID *quamuis non paretur, ipsa tamen verba satis ostendunt, qua è re, parari debeat.* Nam *vires non desunt.*

Telini cõponẽdi ratio. CAP. XLV.

NOMENCLATVRA.

Gr. τήλινου. *Lat. Telinum. Ital. l'Vnguento Telino.*

FOenigræci libræ quinq;, calami libra una, cypiri libræ duæ olei libris nouem, septenis diebus macerantur, quotidie ter mouentur, postea præmuntur, & reponuntur. Aliqui prò Calamo Cardamomũ substituunt, & Cypiri loco Xylobalsamũ macerant. Alij oleo antea his odoribus spissato, Fœnumgræcũ macerantes exprimunt. Hoc Telinum abscessus emollit, & concoquit, omnibus uuluarum duritijs magnoperè conuenit, fœminis difficilè parientibus subijcitur, ubi præ excretis humoribus loci siccitatem contraxerunt, sedis inflammationes lenit, tenes-

mo ſubditum prodeſt, ulcera capitis manantia furfuresq́ expurgat, ambuſtis & pernionibus addita cera proficit, uitia cutis in facie emendat, pigmentis ad conciliandum faciei nitorem inſeritur. Eligi oportet recens, quod non uehementer Fœnigræci odorem præ ſe ferat, & manus abſtergat, ſapore ex dulci in amarum inclinato: tale enim optimum iudicatur.

TElinum ſeu Fenugræcinum vnguētum vulgò è Fenigræci ſemine Oleo incocto, vel ad ſolem macerato, paratur. Qui fit vt vires cū Dioſcoridis Telino non reſpondeant, Nam aromatum vt in horum pleriſq; omnibus ſpretus eſt vſus.

Sampſuchini compoſitio.

CAP. XLVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Σαμψύχινον. *Lat. Sampſuchinum.*
Ital. l'Vnguento del Sanſucco.

SErpylli, Caſiæ, Abrotani, florũ Siſymbrij, frondium Myrti, Sampſuchi, ſingulæ portiones quadã pro uiribus ipſorum coniectatione, unà tunduntur, atque is omphacini olei modus adijcitur, qui madentium uires non euincat. hæc poſt quadriduũ exprimuntur: denuò noua alia, ſimili menſura & æquali tempore macerata premuntur, ita enim ualidius reddi ſolet. Eligi oportet Sampſuchum colore ex atro uiridi, plurimum redolens, mediocriter acre. Vim habet acrem, calefactoriam, extenuantē. Aduerſus uuluæ præcluſiones, conuerſionesq́ efficax eſt, menſes & ſecundas & partus extrahit, uuluæ ſtrangulatus recreat lumborum inguinumq́ dolores lenit, ſed cum melle uti eo præſtat, quandoquidem uehementi aſtrictionē locos indurat: laſsitudines illitum diſcutit: in opiſthotonicorum, uulſorumq́ catoplaſmata utiliſsimè additur.

AMaracus Galeno, & Paulo, non ille est Amaracus, quem Theophrastus, Dioscorides & Plinius Sampsuchum vocant, sed Marũ. Quod vero diuersis Dioscorides tractauit capitulis de vnguento Sampsuchino, & de vnguento Amaracino, id duabus rationibus motus effecit. Prima fuit. Si Amaracini & Sampsuchini compositiones conferas, longè pretiosiorẽ & odoratiorem iudicabis Amaracinum: & idcircò vt eius excellentiam separatim notam faceret, separatum etiam assignauit caput, & Amaracinum vocauit. Secunda, Sampsuchum (vt patet è proprio in tertio libro capite) Amaracum dicitur Cizici, vnde electissimum hoc vngentum exportatur, & quòd optime Ciziciní id suum componant Amaracinum, nomẽ Dioscorides mutare noluit, quod è Cizico retulerat.

Ocimini compositio. CAP. XLVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ὀκίμινου. Lat. Ocimum. Ital. l'Vnguento del Basilico.

OCiminum oleum fit ut Cyprinum. Ocimi folia decerpta librarum undecim & bessis pondo, die noctuq; uiginti olei libris macerato, premito, colato: cumque exhauseris quallum, rursus parem olei modum fundito, & exprimito. Vocatur autem id secundarium, nam tertiæ perfusionis nõ est capax. Deinde recens Ocimum æquali pondere, ut in rosaceo diximus, rursus maceratur, & cùm tanto temporis spacio maduerit, exprimitur, & oleum reconditur. Quod si in animo fuerit ter aut quater madefacere, semper Ocimum recens addes. Potest ex omphacino confici, sed illo modo melius, Idem quod Sampsuchinum potest, sed inefficacius.

Abrotonini compositio. CAP. XLVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἀβροτονίνου. Lat. Abrotoninum. Ital. l'Vnguento dell' Abrotano,

Olei Cyprini odoribus imbuti libris nouē & quincunce, foliorum Abrotoni libras octo die noctuq; madefactas, premito. Quòd si in longum tempus oleum uelis asseruari, eiectis prioribus folijs, noua appones, & macerata exprimes. Calfacit, ad uluæ duritias præclusionesq; efficax est, menstrua & secundas pellit.

Anethi compositio.

CAP. XLIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ανηθινου. *Lat. Anethinum. Ita.*

Vnguento dell' Anetho.

Olei libris octo & dodrante, florum Anethi libras undecim & bessem, maceratas in oleo die una, manibus premito, & recondito: quod si iterum perfundere uelis, recentes Anethi flores cōsimiliter madefacito. Vuluarum duritias emollit, uenarum spiracula laxat, contra horrores febriū circuitu redeuntes auxiliatur. Calfacit enim, & laßitudines discutit, prodest articulorum doloribus.

Susinum. CAP. L.

NOMENCLATVA.

Gr. Σούσινου. *Lat. Susinum. Ital.*

l'Vnguento de i Gigli.

Susinum, quod alij Lilinum appellant, sic temperatur: Olei libræ nouem cum quincunce, Calami libræ quinq; & quadrans, Myrrhæ unciæ quinq;, permixto odorifero uino decoquūtur, & colato oleo, cardamomi tusi & cœlesti aqua madefacti libræ tres & semis macerantur: premunturq;, tres libræ cum semisse spissati olei: assumūtur mille Lilia decerptis folijs in latū nō

tamen

tamē ꝓfundūt, labellū demittuntur: iniectū oleū, manibus melle perunctis agitatur: die noctuq; cōquiescunt, & in pyxidem matutinis exprimuntur, quod defluet oleum, protinus ab aqua, quæ simul expressa fuerat, colo incerni oportet (non enim, ut rosaceū moram tolerat, nam concalfactum feruet & computrescit: quare sæpius decapulandum) uasa melle illinenda, tenuis sal inspargendus, & si qua sordes uasis faucibus hæsit, eximenda. Odoramentis iam expreßis ex quasilo in labellum transfusis, rursum oleis prius odoribus imbuendi, quod primum pondus æquet, & Cardamomi tusi drachmæ decem conijciuntunr. Hæc manibus scitè pressa, interiecta breui mora exprimuntur: quod profluit, repurgatur. Tertio eadem infunduntur, adiecta Cardamomo & sale, & manibus malle madefactis. Longè optimū: erit, qđ prius exprimūtur secūdū qđ sequitur: tertiū locū sibi uendicat qđ nouißimū ꝓdit. Denuò in mille Lilia euulsis folijs expressum primò oleum infunditur: tum eadē ratione prosequēdum, idemq; faciendū ut prius, addito Cardamomo, dein expresso, & quo frequētius recētia Lilia maceraueris, eò unguentū ualidius efficies. Deniq; cùm factū abūdè uidebitur, singulis cōpositionibus miscere conuenit Myrrhæ quam optimæ duas & septuaginta drachmas, & Croci decē, Cardamomi quinque & septuaginta: Croci uerò & Cinnamomi pares portiones tunduntur, & cribratæ in lutrem cum aqua demittuntunr, expressumq; primò unguentum infunditur, & paulò pòst excipiuntur uasculis zccis, Myrrha aut gummi anteà perfusis, & Croco, melle & aqua madefactis. Eadem fiunt in altera aut tertia expreßione. Aliqui simplex ex Balanino, alióue oleo, & Lilijs componunt. Optimum esse constat in Phœnice, mox Aegypto factum. Sed cum primis laudatur quod Lilia redolet. Excalfacit, emollit, uuluæ præclusiones, & collectiones apperit, utilißimum ad muliebria mala: ulcera in capite manantia, feruidas eruptiones, uaros, fur

furesq; emendant, uibices cicatricesq; celerrimè ad colorem redu cit, ita ut ſæpe fallant. In ſumma extenuat, potum bilem per aluum extrahit, urinam ciet: ſed ſtomacho alienum eſt, & nauſeam parit.

Annotatio in Cap. xlvij. xlviij. xlviiij. l.

CLaræ ſunt hæ compoſitiones, nec minus Officinarum parandi modus, licet multo inefficacior: viderint ſecreti iudicij medici, vt in his priuatim vtantur.

Narciſsinum, CAP. LI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ναρκίσσινον. Lat. Narciſsinum.
Ital. l' Vnguento del Narciſſo.

NArciſsini olei ſpiſſamenta ita fiunt: Sex libræ Aſphalati cum ſextante tunduntur, olei eloti libræ ſeptuaginta cum uncijs quinq; aſsummuntur. Aſphalathus aqua madefactus in tertia olei parte coquitur, quo exempto, Calamus quinq; libris & beſſe adijcitur, cum Myrrhæ gleba contunditur, cribrataq; ac uino ueteri odorato immiſta decoquitur: ſimulac autem cum ijs efferbuerit, eximitur: refrigeratum oleum excolatur, eius portio in labellum mittitur, flores Narciſsi quamplurimi conijciuntur, qui bidui ſpacio (ut in Suſino dictum eſt) permo ti exprimuntur. Oleum ſubinde decapulandum, ſiquidem celer rimè putredinem ſentit. Valet hoc ad emolliendas uuluæ duritias præcluſionesq;, ſed capitis dolores facit.

IN quibuſdam Dioſcoridis codicibus habetur, Aſpalathum ſolum coquendum cum tertia olei parte. Superfluum ſane eſſet ſeptuaginta libras olei deſumere, & poſtea tertia tãtũ parte vti, niſi dicamus, Aſpalathum cum tertia olei parte concoctum, ſpiſſamẽtũ eſſe primũ & præcipuũ unguẽti Narciſsini tũ ſecũdã olei partẽ inſpiſſari Calamo & myrrha. Poſtremò ſpiſſamẽtum tertiũ fieri, cũ Narciſsi floribus ex tertia itidem Olei parte, quod Græca attẽtè legenti ſatis declarãt. Nã: ὡς ἐπὶ τοῦ σουσίνου, non ad ſpecierum tãtum illam in labello confuſionem referuntur, ſed ad totam compoſitionem.

Croci

Crocinum. CAP. LII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κρόκινον. *Lat. Crocinum. Ita. l'Vnguento del Zaffarano.*

CVm Crocinũ cōponere uoles, prius olei (ut in Susino diximus) spissamēta facies eisdē pōderibus & mēsuris, cuius olei libras treis & semisse, Croci unciā unā assumes, idētidē quotidie moueto, & sexta die quā hoc assiduo peregeris oleū à Croco colis incernito: eidē Croco parē olei modū adijcito, moue triduo, dein cōtusæ Myrrhæ atq; cribratæ drachmas quadraginta permisceto, & in pilo agitatū reconditio. Aliqui oleo aromatibus ad Cyprinū imbuto in Croci cōpositione utūtur. Optimū est qđ abūde Crocū spirat, in medēdi usu expetitū. Proximū quod Myrrhā refert. Calfacit, somnū allicit: quare persæpe phreniticis: subuenit, perfusum, aut naribus admotum, aut illitum pus mouet, ulcera purgat, contra uuluæ duritias atque præclusiones, & ulcera quæ cacoëthe uocantur, ꝓdest, cū Croco, cera, medulla, duplicato olei pōdere: cōcoquit enim, emollit, humectat & permulcet, Ad oculorū glaucitates ex aqua illinitur. Huic autē proportione respōdet Butyrinū, onychinū & Styracinū, quæ & si nominibus distant, uiribus & cōpositione cognata sunt.

Cyprini spissamētum. CAP. LIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κυπρίνου σύψις. *Lat. Cyprini spissamentū. Ital. l'Vnguento Ligustrino.*

OLei Omphacini eloti pars una, aquæ cœlestis tantundem cū semisse, cuius una parte oleū diluitur, altera adiciēdis odoramentis admiscetur, dein assumptis Asphalathi libris quinq; & semisse, calami libris sex & semisse myrrhæ libra una car

damomi libris tribus & drorante, olei libris nouem, & uncijs quinque. Aſphalathus tuſus & aqua affuſus decoquitur in oleo, donec conferueſcat: Myrrha autem uino uetere odorifero ſubacta contuſusq́ ſimul Calamus digerũtur in offulas quæ exẽpto Aſphalatho immittũtur, & ubi efferbuerint, ſublato aheno, oleum percolatur. Cardamomum tuſum reliqua aqua aſperſum infnuditur, ſpatha agitatur, nulla, dum refrixerit, interpellatione. Poſt hæc colato oleo, in uiginti octo libras olei, floris Liguſtri, quod cyprium uocant, ſex & quadraginta libræ cum beſſe inſtillantur, quæ ſufficienter madefactæ per ſportulam exprimuntur. Quod ſi copioſius deſideretur, idem recentium florum pondus iniectum, ſimili modo prematur, & iterum aut tertio, ſi quis uelit, madefacere poterit, & ita reddetur efficacius. Eligi oportet bonum, quod cum odoris ſuauitate nares feriat. Aliqui Cinnamomum addunt. Calfacit, emollit, ora uenarum adaperit, uuluæ neruorumq́ uitijs conuenit: pleuriticis, fractisq́ per ſe, uel cerato immiſtum: malagmatis imponi ſolet, quæ opiſthotonicis: angina laborantibus, inflammationiq́ inguinum opitulantur: item in acopa adijcitur.

Irini ſpiſſamentum. CAP. LIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἰρίνου σύνθεσις. Lat. Irini ſpiſſamentum.
Ital. l'Vnguento Irino..

Spathæ quàm minutiſsimè cõtuſæ ſex libras cũ beſſe, in tribus & ſeptuaginta libris & quincunce olei, æreo uaſe, additis decem aquæ hæminis incoquito, quoad odorẽ acceperit: poſtea in capulam melle oblitam colato: ex eo aromatibus imbuto oleo, Irinum primo temperatur, Iride ex oleo inſpiſſato macerata, ut ſcripſimus. Sed alia eſt componendi ratio: In olei ſeptuaginta libris & quincunce, Xylobalſami, ut dictum eſt, contuſi

tuſi

tusi, libras, quinque & sextantem excoquito: postea detracto Xylobalsamo: nouē libras & dextantē adijcito, & Myrrhæ glebam uetere uino odorato perfusam, & in olei ita odoribus imbuti quatuordecim libris, totidem tusæ Iridis, binis diebus ac noctibus madefacito, strenuè & uehementer adstringito. Quòd si uis ualidius fieri, par pondus iterum ac tertio similiter maceratum exprimito. Longè optimum est quod solam Irin olet, quale est in Perga Pamphiliæ, & Elide Achaiæ natum. Vim habet calfactoriam atque emollientē, crustas adimit, sordida ulcera & putrida purgat, confert fœminis uuluæ causarijs, item inflammationibus eiusdem atque præclusionibus, partus eijcit, hæmorrhoidas recludit, cōtra auriū sonitus ex aceto, Ruta & amaris nucibus, prodest, diuturnis destillationibus, naribus illitum, & contra graueolentia earum ulcera, quas ozænas uocant, auxiliatur, aluum purgat cyathus epotus, facit ad ilei cruciatus, urinam mouet, difficileis uomitiones adiuuat, perunctis eo digitis & immissis, uel ijs quæ ad uomitum ciendum induuntur, anginæ etiam illinitur, aut ex aqua mulsa gargarizatur: item contra arteriæ scabritiem datur ijs, qui Cicutā, Coriandrū, aut uenena fungorum hauserunt.

Annotatio in CAP. LII. LIII. LIIII.

APerta sunt quæ de Crocino & Ligustrino tradit Dioscorides, & hoc modo præparari poterant, pharmocopolæ tritam sequūtur semitam. Cum tamen de Iride præcipit Dioscorides, radicem intelligit, nō florē, nempè qui ingratum odorem aspiret, cuius contrarium repperitur in radice. Quòd verò optimum Irinū fieri tradit in Elide Achaiæ, non Achaiæ legendum, sed Arcadiæ. Elidem enim cosmographi, non in Achaiam, sed in Arcadiam referunt.

Gleucinum. CAP. LV.

NOMENCLATVRA.

Gr. γλεύκινον. Lat. Gleucinum. Lat. l'Vnguento Musteo.

Gleucinū absolutè constat omphacino oleo, Iunco odorato, Calamo, celtica Nardo, Spatha, Aspalatho, Sertula Cāpana, Costo, & musto: circundatis interim uinaceis uasi, quod aromata, uinum & oleum conceperat. Tricenis diebus, bis in die mouetur, postea expressum oleum reconditur. Calfacit, emollit, remittit: horroribus & neruorum uuluæq; uitijs auxiliatur, omni acopo iuuantius, quippe quod emolliat.

Γλευκὸς, quod Græcis Mustum significat, huic vnguento nomen dedit, in cuius tradenda facultate diuersum sapiunt, hinc Columella et Plinius: inde Dioscorides & Galenus. Quorum hij frigus, isti calorem inducere iudicent. Sed Galenus, qui vinacea lento igni decoquit, non amplo fumario, idem sentire quod Dioscorides videtur.

Amaricinum. CAP. LVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἀμαρακινον. Lat. Amaracinum. Ita. l'Vnguento Amaricino.

Amaracinum longè optimum in Cyzico fieri solet ex omphacino & Balanino, spissamētis è Xylobalsamo, Iunco odorato, et Calamo factis, conditisq; Amaraci, Costi, Amomi, Nardi, Casiæ, Carpobalsami et Myrrhæ odoribus. Aliqui, quò preciosius fiat, Cinnamomum addunt. Mel autem & uinū assumuntur: hoc in uasorum illitionem, illud ad cogendas tusorum aromatum offas. Amaracinum calfacit, soporem mouet, uenarum spiracula aperit, emollit, feruorem excitat, urinam cit, putrilaginibus ac fistulis perquàm utile: nec non humentibus hernijs, postquam medica manus operam suam impenderit: crustas, & tetra ulcera, quæ theriomata uocant, rumpit: difficili urinæ, illita sede, & eius inflammationibus auxiliatur: hæmorrhoidas illitu soluit, uuluæ subditum menstruos cursus euocat, duritias, ac uuluæ tumores discutit, uulneratis neruis, musculis confert, laneo centunculo modicè madefactum & impositum.

Supra

SVpra in Sampsuchino diximus quæ res Dioscoridem mouerit vt separatim tractaret de Amaracino & Sampsuchino vnguentis. Tra-t Galenus sui temporis vnguentarios cum Amaracinam Cizici compo-tionem vellent imitari, Amaraci loco, Marum quo magis aspiraret im-iscuisse, se vero cum Amaraco parasse, in qua vt odoris minus, ita vir-ti nihil diminutum.

Megalinum. CAP. LVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μεγαλεῖον. Lat. Megalinum. Ita. Vnguento Megalino.

FActitabatur olim Megalinum, sed nunc compositio exoleuit & prorsus obliterata est. Cuius ad historiæ complemen-um meminisse non fuit alienum. Mistura cũ Amaracino eadẽ -at, sed resina exuperabat, hac tantùm ratione differens. Qua-leuiter emollit. Resina unguẽtis, neque tutelæ neque uolupta-s gratia adijcitur, sed coloris crassamentiq; causa. Ea tantisper -quitur, dum desinat olere: cuius coquendæ ratio declarabitur, -um de resina disseremus.

HOc hodiè non conficitur, & desierat fieri Dioscoridis tempore.

Hedychroum. CAP. LVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ηδύχρουν. Lat. Hedychoum. Ita. l'Vnguento Hedichroo.

QVod Hedychroon uocãt, in Co fieri solet: eisdẽ præditũ uiribus et misturis, q̃bus amaracinũ, sed suauius spirat.

EST Hedychroon vnguentum cuius compositionem hic tacet Dioscorides. Nostro etiã tẽpore nõ præparatur. Sunt etiam Hedychroi pa-lli, qui ingrediuntur Theriacen Andromachi, & quorum conficiendo-um rationem tradit Galenus in libro de Antidotis.

Metopium. CAP. LIX.

NOMENCLATVRA.

Græ.

Græ. Μετώπιον. Lat. Metopium. Ita. l'Vnguento Metopio.

FIt in Aegypto unguentum, quod Metopion patrio nomine appellatur, propter Galbani mistionem: nam lignũ in quo Galbanum enascitur, Metopion uocãt: constat amaris nucibus, omphacino oleo, Cardamomo, odorato Iunco, Calamo, melle, uino, Myrrha, Balsami semine, Galbano & resina: probatur pingue, graui odore, quod magis Cardamomum & Myrrham, quàm Galbanum resipiat: Calfacit uehementer, & adurit, atq; extrahit, ora uenarum aperit, ulcera purgat, extrahitq́; ad præcisos neruos, & musculos, ad hernias humore contractas, cum erodentibus medicamentis efficax est: ceratis & malagmatis inseritur: horroribus, conuulsisq́; præsertim quibus ceruix in scapulas deiecta, & retrorsum contracta est, utile habetur: sudores ciet, uuluæ spiracula recludit, & eiusdem duritias laxat: in summa, moliendi uaturam habet.

Mendesium. CAP. LX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μενδήσιον. Lat. Mendesium. Ita. l'Vnguento Mendesio.

MEndesium constat Balalino oleo, Myrrha, Casia, & resina. Aliqui tamen post singulorum pondera, Cinnamomi exiguum addunt, nullo compendio: nam quæ simul excocta non fuere, uim nullam exhibent. Similem Metopio uim obtinet, sed inferiorem multò.

Annotatio in Cap. lix. & lx.

HAec duo præcedentia capita, satis clara sunt, & in his satissuperq; seipsum exponit Dioscorides. Non conficiuntur in Europa.

Stacte. CAP. LXI.

NOMENCLATVRA.

Græ.

Græ. Στακτη. Lat. Stacte. Ita. Statte.
Storace liquida. Off. Styrax liquida.

STacte uocatur pinguitudo recentis Myrrhæ, cum exigua aqua tusæ, & Origano expressæ. Ea perquã odorata, ac preciosa est: atque unguentum per se facit, quod Stacte nominatur. Maximè probatur quæ nullam olei mistionem admisit, cuius minima portio compos est uirium plurimarum. Vim calfactoriam Myrrhæ & calidis unguentis respondentem habet.

GRaphicè pingit Dioscorides quid sit Stacte, vt non alio opus sit sermone. Differunt tamen Styrax liquida, & Stacte, siquidẽ diuersæ sunt arbores, Styrax & Mirrha. Stacte è réceti Myrrha in aqua resoluitur. Styrax liquida, è Styrace Calamita antea oleo & resina imbuta exprimitur. Myrrhæ recentis inopia, Stactes itidem penuriã parit. Affertur ex Oriente, sed parum syncera. E selectißima tamen Myrrha fieri potest.

Cinnamominum. CAP. LXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κινναμώμινου. Lat. Cinnamominum.
Ita. Vnguento del Cinnamo.

CInnamominum confit è Balanino oleo, & Xylobalsami, Iunci odorati spissamentis, atque Cinnamomi, & seminis Balsamini suauitate conditur, quadruplaq; Myrrhæ ad Cinnamomum portione, mel ad cogenda omnia adijcitur. Laudatur non acre, molli odore, planè Myrrham redolens, crassum, odoratũ, gustu perquàm amaro. Id non à resina, sed Myrrha, crassitudinem obtinuit: resina enim neque amaritudinẽ præbet, neque ullam odoris gratiam adijcit. Vim habet admodum acrem, amaram, & calfacientem. Itaque ora uenarum aperit, calfacit, discutit, diffundit, humores et spiritus attrahit, caput aggrauat, contra uuluæ uitia cum duplo oleo, cera, & medulla efficax est. Ita enim ferè multum acrimoniæ exolescit, & quædam emol-

liendi uis contrahitur, alioqui adurit, & præ omnibus crassis unguentis indurat. Facit mirum in modum ad fistulas & ulcera, quæ putredinis uitium senserunt: item ad hernias humidiores, carbunculos, febrium horrores, tremores, gangrænasq; cum Cardamomo: aduersus serpentium morsus illinitur, scorpionum & phalangiorum ictibus cum tritis grossis imponitur.

Nardinum. CAP. LXIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. νάρδινον μύρον. *Lat. Nardinum vnguentum. Ita. Vnguento del Nardo.*

Ratio Nardini faciundi uariat. Nã aut Malabathrino folio, aut sine eo fit: plerunq; autem Balanino oleo, aut omphacino, Iuncus odoratus spissamenti gratia adijcitur: sicuti propter odoris suauitatẽ, Costus, Amomum, Nardũ, Myrrha, Balsamũ. Laudatur tenue, non acre, Nardi aridæ aut Amomi odorem referens. Vis ei extenuans, acris: expurgat, excalfacit, absterget humores, rarefacit. Hoc liquidum est, nec habet strigmenti crassitudinem, nisi resinam recipiat. Fit etiam simplex ex omphacino oleo, Iunco, Calamo, Costo & Nardo.

Malabathrinum. CAP. LXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. μαλαβάθρινον. *Lat. Malabathrinum. Ita. l'Vnguento Malabathrino.*

Malabathrinũ spissamẽta Nardini habet, insuper Myrrhæ plusculum additur: qua de causa calfacit, Crocino, aut Amaricino uiribus respondens.

Iasminum. CAP. LXV.

NOMENCLATVRA.

Hoc caput non est in. Græco codice.

Apud

Apud Persas fit, quod Iasminum cognominatur, ex albis floribus Violæ: quorum sextans, in Italicum sextarium Se samini olei demittitur, uiolis, ut in Lilino diximus, uicissim permutatis. Apud Persas inter epulandum usurpatur odoris causa. Nam toti corpori cõuenit, præsertim cùm in balneas descensum est. Sed his opitulatur corporibus, quæ calfactionem, laxationemq; desiderant, grauius enim spirat, quàm ut libenter à plerisque recipiatur.

Trium præcedentium capitum confectiones claræ sunt. Porro lv. cap. cui titulus Iasminum vnguentum, in nouissimè editis exemplaribus græcis non habetur. Quidam cum floribus quos Iosseminos vocant conficiunt. Quod non esse è mente Dioscoridis facilè (siquidem hoc caput non adiectitium est) cum Matthiolo concesserim. Iasminum Græcis, Violatum Latinis redditur. Atenim de his Violis intelligendum, quæ Arabicè Keiri dicuntur. Porro radices, caulis, longitudo, densitas, rami, folia, & plæreque aliæ partes Iosseminorum longe absunt a Violarum albarum deliniatione.

Myrrha. CAP. LXVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Σμύρνα. *Lat. & Off. Myrrha. Ita. La Myrrha.* Gal. la Myrrhe. Ger. Mirrhen.

Myrrha lachryma est arboris, quæ in Arabia gignitur, Aegyptiæ spinæ non dissimilis: è cuius uulnere defluit lachryma in subiectas tegetes: alia circum caudicem concrescit. Dicitur ex his aliqua Pediasimos, præpinguis, qua expressa, Stacte emittitur: alia Gabirea pinguissima, læto & pingui solo nascẽs, ea copiosam sudat Stacten. Omnium prima est quæ Troglodìtica appellatur, accepto cognomine à loco, in quo prouenit, splendẽs, subuiridis, ac mordens. Quinetiã legitur tenuis quædam, quæ à Troglodìtica secunda est, Bdellij modo mollis, uerùm odore grauiuscula, apricis nascens. Alia Caucalis cognominatur, præter modum exoleta, nigra, & retorrida. Omnium deterrima quæ

Erga-

Ergasima dicitur: pingui carẽs, cano situ obducta, acris, ad gummi imaginẽ uergẽs, & uiribus eius proxima, improbatur Aminea cognomine. Ex ijs pastilli fiunt, sed è pinguibus, pingues, & odorati: è siccioribus, haud quaquam pingues, & inodorati: minus odore pollet, quæ oleum non admisit, cùm in pastillos digerebatur. Adulteratur macerato gummi aqua, in qua Myrrha maduerit. Eligenda est recens, squalore obsita, leuis, undique cõcolor, quæ confracta uenas unguium modo candidas & leues ostendat, minutis glebis, amara, acris, odorata, calfaciens: super uacua & inutilis est ponderosa, coloris picei. Calfacit, cohibet, soporem gignit, glutinat, siccat, astringit, uuluam emollit, & præclusam aperit, mẽses & partus celeriter extrahit, cum Absinthio, Lupinorum cremore, uel succo Rutæ admota tuberculo Fabæ deuoratur in uetere tußi, orthopnœa, in laterũ pectorisq; doloribus, in alui profluuio, & dysenteria: horrores discutit, duabus horis ante febrium acceßiones, fabæ magnitudine pota cum Pipere & aqua: subdita linguæ liquataq; scabritiem arteriæ expolit, obtusam uocem expedit, uentris tineas enecat: contra grauem oris halitum manditur, & aduersus alarum tædia, cum liquido alumine illinitur: gingiuas & dentes stabilit: colluto cum uino & oleo ore: uulnera capitis illitu glutinat: medetur fractis auribus, ac oßibus nudatis, peruncta cum cochleæ carnibus: itẽ purulentis auribus inflammatisq; cum Meconio, Castorio, & Glaucio: ad uaros autem cum casia & melle illinitur: impetigines ex aceto purgat: defluentes capillos cum Ladano & uino myrteo illita, firmat: diuturnas destillationes lenit, illitis penna naribus: oculorum ulcera complet, albugines tollit, caliginem discutit, scabritiem læuigat. Fit è Myrrha, perinde atque thure, fuligo, &, ut postea ostendemus, ad eadem conueniens. Bœotica Myrrha, dissecta radix est arboris cuiusdam in Bœotia nascentis. Melior est quæ Myrrham odore repræsentat: uis ei calfa-

ctoria

toria inest: emollit, discutitq́, suffimentis cõmodissimè inseritur.

MYrrha selectissima pauca adeo quantitate ad nos affertur, vt mo nilis potius fit vice, quã aromatis. Vulgata hæc Myrrha non Bdel ium est, vt ei patebit qui caput de Bdellio Dioscoridis diligenter legerit, uicq; vulgarẽ nostram Myrrham contulerit. Adulterabatur Myrrha Galeni tempore cum liquore Carpasi, arboris venenosæ & mortalis, quã ui ita præparatam (etiam Theriaca immixtã) sumpsisset, proculdubio noriebatur. Cæterum extrinsecus applicita multis malis vsui erat. Vi leant pharmacopolæ vt Myrrham seligant, Materia listasq; qua pote unt purgeant, vt selectissimam Myrrham Alexandriæ comparent, ne nscientes remedij loco, venenum exhibeant. Arbor Myrrhæ quinum est ubitorum altitudinis, non sine spinis caudice duro & intorto, crassiore quam thuris, cortice læui, similiq; Vnedoni, folio Oliuæ, sed crispiore & culeato. Myrrha excalfacit & desiccat secundo ordine, amara est, & bstersoria. Myrrha vbi deerit, Calamus odoratus substituetur. Lachry nam esse, Myrrham Bœoticam quæ è radice incognitæ nobis arboris di tillet, satis liquet: at si plura dicere voluerimus, aut insomnia, aut men acia proferenda.

Styrax. CAP. LXVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Στύραξ. Lat. Styrax. Ital. Lo stirace.
Offic. Storax Calamita.

STyrax lachryma est arboris malo Cotoneæ similis. Præfer tur sordescens, flauus, resinosus, & albicantibus grumis, quàmplurimum in sua odoris gratia permanens: qui dum molli ur, melleum liquorem reddit: qualis è Caraballis, Pisidia, & Cilicia deuehitur. Deterior niger, surfurosus, friabilis, canoq́ si u obductus. Cæterùm lachryma inuenitur gummium similitu line, perlucida, & Myrrhæ æmula: uerùm perpauca manat. Adulteratur ligni scobe, quam uermiculi erodentes excussẽrũt, nelle, & iridis sedimento, & quibusdam alijs. Alij ceram ut adipem odoribus imbutum, flagrantissimis folibus cum Sty ace subigunt, & per laxa cribri foramina in frigida aqua uer

miculos exprimunt, uenūdantq́. Styracem hunc, quoniā in uer miculorū speciē cōtrahatur, Scolecitē cognomināt, quē tāquā synce rū imperiti approbāt, nō animaduertētes ad præcipuā odoris fra gratiā, siquidē acer admodum est, qui adulterationis uitio caret Styrax calfacit, emollit, & cōcoquit. medetur tußi, destillatio- nibus, raucedini, grauedini, & interceptæ uoci, uuluæ præclusæ duritiaue laborāti cōuenit, cit mēses potu appositúq́, aluū leuiter mollit: si exiguū cū resina terebinthina catapotij modo deuore tur. Miscetur utiliter discutiētibus malagmatis, acopisq́. Adole tur autē & igni torretur, ut fiat ex eo, uelut ex thure, fuligo, ad eadē cōueniens ad quæ Thuris fuligo: ex eo etiā in Syria Styra- cinū oleum componitur, quod calfacit uehementer, & emollit: uerùm caput dolore afficit, adgrauatq́, & soporem adfert.

STyrax in quibusdā Asiæ minoris tractibus prouenit. Calamitæ au- tē nomen duxit è libro Galeni de Antidotis, Vbi simplicia recensens quæ intrant Theriacen, Styracem laudat vt praſtantiorem, quæ è Pam philia in iūcis afferretur: id ansam præbuit, vt Calamitæ nomen accipe ret. Quòd vero iuncea reliquis præstaret, deinceps vsitatū medicis, vt Styraci semper Calamitæ nomen adiungerent, nimirum quò excellētio- rē designarēt. Quòd verò legitur in textu. Dioscoridis (Qualis est Cata ballis) legendum è Plinio est (Qualis est Gabalites) qui dicat: Styracem nasci in Syria Iudeæ proxima, iuxta Gabala Marathunta, & in Seleu ciæ mōte Caßio. Pulueris in Styrace causa est vermiculi arborē exædētes.

Bdellium. CAP. LXVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Βδέλλιον. *Lat.* Bdellium. *Ita.* Bdellio. *Res Gal.* incognita. *Of.* nomine utuntur Latino.

BDellium, alij Bolchō appellant: alij Madelcon: lachryma est Saranicæ arboris. Probatur gustu amarum, transluci- dum, taurini glutinis in morem, intus pingue liquescens facilè, li gni ac sordis expers, suffitu odoratum, ungui simile. Est etiam- num Bdellij genus sordidum, nigrum uberioribus glebis in offas

conuo

conuolutū, Aspalathi odore, ex India aduectum. Defertur etiā à Petra oppido siccum, resinosum,, liuescens, sed facultate secundum. Adulteratur gūmi: sed ita uitiatū nō perinde gustui amaritudinem repræsentat, nec usqueadeò suffitionibus odoratum calfacit & emollit duritias, & turgentia guttura, humidas hernias discutit cū ieiuna saliua dilutum, uuluæ spiracula laxat appositu & suffitu, & partus humiditates q; omneis extrahit: calculos potu cōminuit, urinā mouet: et tußietibus, à serpēte percussis, utilißimè datur: ualet ad rupta, uulsa, laterum dolores, & discursantes spiritus: malagmatis inseritur, quæ contra duritias & neruorum nodos prosunt: contusum resoluitur affuso uino aut aqua calida.

BDellij loco hactenus Myrrha deprauata uænijt. Seplasijs rarum, & monile habēti, Siciliense Bdelliū (Neapolitanis Cesaglioni) Palmæ figuram, cubito nō amplius, altum. Tenerum & sapidum semen, pluribus septum inuolucris, edendo est.

THVS. CAP. LXIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. λίβανος. Lat. Thus. Ital, Iucenso Off. Lat. nomine. Gal. Encens. Ger. Weirauch.

THus in ea gignitur Arabia, quæ thurifera cognominatur. Primatum tenet in eo genere masculum, Stagonias appellatum, suapte natura rotundum: tale autem indiuiduum est candidum cum frangitur, intus pingue, in suffitu statim ardens, Indicum uerò fuluescit, & colore liuet, sed rotundum industria factitant: nam in quadrangulares formas dissectum, fictilibus uersant, donec rotunditatem contrahat. Verum eiusmodi Thus tempore flauescit, quod Atomum, aut Syagrum appellant. Secundum locum habet Arabicum, & Similo nascens, quod aliqui Copiscum uocant, minus multò & fuluius. Est & ge-

nus aliud, cui Amomitæ cognomen est alioqui candidum: quod dũ mollitur, mastiche more digitis cedit. Adulteratur in itinere Pini resina & gummi, quod facilè deprehendi potest: siquidem suffitum gummi flammam non eiaculatur, & resina in fumum euanescit, thus uerò statim ardet: idem maleficium odor prodit. Ad calfaciendum & astringendum pollet, oculorum caliginem discutit, caua ulcera complet, & ad cicatricem perducit, cruenta uulnera glutinat, infrenatq; cunctas sanguinis eruptiones, etiamsi cerebri mẽbranis effluat: ulcera quæ cacoethe uocãtur, & sedis & reliquarum partium permulcet tritum cum eo & lacte linamentum: formicantes uerrucas inter initia impetiginesqué ex aceto & pice illitum tollit, ambusta igni, perniones/que cum suillo adipe aut anserino, & ulcera in capite manantia cum nitro si infricetur, sanat: paronychijs cum melle, auribus fractis cũ pice, medetur, ad reliquos aurium dolores cũ dulci uino infunditur: inflammatæ à partu mammæ cum cimolia & rosaceo magna utilitate perungitur: additur ad arteriæ uiscerumq; medicamenta: prodest sanguinis excreationi potum: sed in secunda ualetudine haustum, insaniam mouet, & largius cum uino potum interficit. In fictili mundo Thus crematur, flagrante glebula succensum à lucerna, donec exuratur: post perfectã ustionem operire oportet: usque dum restringatur, sic enim in cineres non redigitur. Aliqui ollulam æneo uase cauo circa mediũ perforato cingunt ad excipiendam fuliginem, ut in eius mentione mox ostendemus. Alij crudo fictili luto oblito, & in fornacem indito, cremant. Fictili etiam nouo uiuacibus prunis torretur dum non amplius bullet, aut pinguitudinẽ uaporémue emittat: facilè enim comminuitur quod perustum non est.

Thuris cortex. CAP. LXX.

NOMENCLATVRA.

Græ

Gr. φλοιὸς λιβάνȣ. *Lat. & Off. Thuris cortex.*
Ita. Corteſia dello incẽſo. Gal. l'Eſcorce de l'Encẽs.

P*Ræfertur Thuris cortex craſſus, pinguis, odoratus, recens leuis, minimè ſcaber, ſiue membranis. Adulteratur admiſto Pini aut nucis eius cortice, ſed horum index ignis eſt: ſiquidẽ reliqui cortices ſuffiti nequaquam incenduntur, ſed ſine odore fumum eructant: Thuris uerò cortex ardet, & cum odoris fragrantia uaporem eiaculatur. Thuris modo uritur, & uis eadẽ quæ Thuri, ſed ualidior aſtringentiorq́;. Quare potu cruentis excreationibus, uuluis fluxione laborantibus, in peſſo confert: ad cicatrices oculorum, & caua ſordesq́; efficax eſt: toſtus ſcabris lippitudinibus auxiliatur.*

Manna thuris. CAP. LXXI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Μάννη λιβάνȣ. *Lat. Manna Thuris.*
Ital. Manna dello incenſo.

M*Anna Thuris probatur candore, micarum frequentia, & puritate. Vim habet eandem quam & Thus, ſed inualidiuſculam. Sunt qui cribrata Pini reſina, ac polline, aut cortice Thuris contuſi adulterant, ſed hæc igne deprehenduntur. Neq; enim æquè ſuffitu aerium uaporem ſed fuliginoſum & impurum expuit, & permiſtum ſuaueolentiæ halitus uirus habet.*

Thuris fuligo. CAP. LXXII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Αἰθάλη λιβανωτȣ̃. *Lat. Thuris fuligo.*
Ital. La fuligine dello incenſo.

F*Vliginẽ Thuris ſic facito: Forcipiculæ, lucernis accenſas ſingulatim Thuris glebas, in nouã fictilẽ ollã cõcauã imponito, & æreo uaſe in medio perforato, deterſa diligenter ſorde, obtegito: alterã admoueto, ex altera eius parte aut utraq;, ſubiectis*

quaternũ digitorũ altitudine lapillis, quò facilius perspici queat, si uratur: & qua locus capax fuerit, glebulas alias supponito, & antea quàm prorsus prior gleba restinguatur, aliam imponito: donec sufficientẽ fuliginẽ uidearis coegisse: Cõtinuo tamen externæ æramenti partes spongia, aqua frigida madefacta, abstergantur: ita enim tẽperato æris feruore, fuligo omnis inhærebit, quæ alioqui per leuitatẽ decidua, Thuris cineribus admiscetur. Derasa itaq; fuligine, cinis cremati Thuris seorsum substrahendus est. Idem opus, quoad satisfactũ tibi uidebitur, obeundũ. Oculorũ inflammationes mitigat, fluxiones suspẽdit, ulcera purgat, caua explet, carcinomata sistit. Simili modo è Myrrha, resina, styrace reliquisq; lachrymis fuligo excipitũ ad eadẽ cõueniẽs.

Annotatio in Cap. lxix. lxx. lxxj. lxxij.

THus, Thuris cortex Thuris Mãna, & Thuris fuligo ex vna eadẽ q; plãta ꝓdeũt ac ideo nõ alienũ fuerit de his etiã simul tractare. Ac primo de ipso Thuris arbore, qui licet in Arabia sola nascatur, non vbiuis tamen, sed in medio ferè regni Sabeorũ, vbi Atramitæ habitãt Solũ id rubrũ è lacteo traditur, spectãs ortus solis æstiui, vndiq; terra argillosa crustaceaq;, raris fontibus ac nitrosis per Mineos ꝓximũ pagũ euehitur tramite angusto. Solæ trecẽtæ familiæ ius in Thura habẽt, & ob id sacræ vocãtur, & cũ arborẽ vulnerãt, nec fœminarũ cõgressu nec funerũ polluũtur. Duplex eius vindemia. Prior naturalisq; canis ortu flagrãtissimis æstibus cortice qui prægnãs & tenuissimus tẽditur, laxato plaga: nõ adẽpto. Indè ꝓsilit spuma pinguis, q̃ cõcreta dẽsatur, vbi loci natura poscit tegete palmea excipiente. alibi area circũpauita, purius illo modo, sed hoc põderosius. Quod hæsit in arbore ferro depectitur ideò corticosum. Saucias arbores nemo custodit. Cõtrà, Alexãdriæ vbi Thus rude interpollatur renouaturq;, nihil tutũ à fure. Autũno quoq; legitur partu æstiuo, hoc purissimũ & calidũ, Carpheotũ vocãt. Sequẽs vindemia verna, incisis per hyemẽ arboribus: rufum hoc exit, nec cõparãdũ priori dathiatum appellant. Quod ex eo rutũditate guttæ pepẽdit, masculũ vocatur, cũ fere alias nõ vocetur mas, vbi nõ sit fœmina. Religioni tributũ, nè alter sexus vsurpetur. Masculũ putãt à specie testiũ dictũ. Præcipua gratia mãmoso cũ inhæretẽ lachrymã priore cõsecuta alia se miscuit Singula hæc manũ implebãt, cũ tardius depecteretur. Græci hoc modo

Sta

Stagoniã & Atomũ Thus vocant, minores guttas Orobiũ appellãt. Micas concussu elisas Mãnã vocamus. In insulis etiam Thus nasci perhibet Dioscorides, recẽtiores addunt nebulosas esse insulas ac morbidas, atq; adeò in has ablegari sontes, quò citius pereãt, nec mercatores à cõtagio innoxios si ppius accesserint. Thuris cortex cũ lachryma arefacta depectitur, & cũ Thure affertur. Valẽtius quã Thus ipsum, astringit & desiccat. Quid sit Mãna Thuris superius (è Plinio) diximus. si quis rudius malit, puluisculus est & pollẽ masculi Thuris qui dũ inuicẽ atteruntur grumi, resoluitur. Mãna illa solutiua roscidus est è cœlo feruẽtissimis vt plurimũ, diebus nocte decidens humor, nunc in grumos coactus. nũc in mel eliquatus, vt cognata cũ cœlo erũt supra quæ ceciderit. De fuligine Thuris plura dicere superfluũ sit, ipse enim sibi interpres est Dioscorides.

Picea & Pinus. CAP. LXXIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Πίτυς. *Lat. Pinus & Picea. Ita. Il Pezzo & il Pino. Off. Pineæ.* Gal. Pin & Pesse.
Ger. Rot dannen.

Pinus & Picea generi eidem ascribuntur, sed quandam flagitant specierunt distinctionem, arbores uulgo cognitæ: quarum cortex astringit, prodest tritus & illitus intertrigini, ulceribus summũ corpus occupãtibus, ambustisq;, cum spuma argenti & manna. Vlcera delicatulorum acrimoniam recusantium, cerato Myrtino exceptus, ad cicatricẽ perducit: tritus cũ sutorio atramento serpentia cohibet, suffitu partus & secundas eijcit, potus aluum sistit, urinam mouet. Folia eorum trita & illita inflãmationes leniũt, uulnera ab inflãmatiõe uindicãt: trita autẽ & decocta in aceto, feruẽti collutiõe, dentiũ dolores mulcẽt: hepaticis utilia sunt, drachmæ põdere in aqua aut mulsa pota. Pineæ nucis cortex & folia potu idẽ præstant. Teda earũ particulatim secta si in aceto coquat & decocto dẽs colluat, dolores leuat. Ex his etiã fit spatha acoporũ pessorumq; compositioni

bus idonea. Quin etiam earum crematarum fuligo ad librarij atramenti confectionem excipitur. Ea circumlitionibus efficacissimè imponitur, quibus palpebras ornant: coloremque mentiuntur. Calliblephara Græci uocant. Arrosis oculorum angulis, callosis glabrisque genis, & collachrymationibus opitulatur. Pityides appellantur Pinorum Piceæque fructus, qui in conis inueniuntur. Vim astrictoriam habent, & aliquantum excalfacientem, tussi & pectoris uitijs auxiliantur, per se, aut ex melle sumpti. Nuces Pineæ cùm repurgatæ manduntur, aut cum passo aut cucumeris semine bibuntur, urinam cient, acrimonias in renibus & uesica hebetant, stomachi rosiones leniunt, datæ cum portulacæ succo, uirium infirmitatem roborant, corruptorum quoque humorum labem obtundunt. Pineæ nuces integræ recenter arboribus decerptæ in passo franguntur, & decoctæ uetustæ tussi ac tabitudini conferunt, si quotidie ex eo liquore terni cyathi bibantur.

PIcea græcis Peuce: Pinus, Pytis: si sponte proueniat, Pinaster, nàm Pinus culturam recipit. Coni Piceæ & Pini inter se differunt. Longus est Piceæ conus, ita crassus vt manum compleat: squamas habet tenues, & à sese resolutas, sic vt sub squamis nuces videri queant, At breuior latiorque est Pini conus, & Pyramidalis figuræ, crassior, lignosior, & compactior, vt videri non possint nuces. Verum si in calido æstuario habeatur, aut ad feruentem solem exponatur, dissilient, spargenturque ingenti cum fragore nuces. Pini syluestris & Piceæ plures esse species, Italia testis est & Alpes, nam Picea frigoribus gaudet. His cognatæ sunt arbores, Larix, Abies. Tæda. E Larice extrahitur liquida & summæ virtutis resina, quæ Terebinthina vocatur, quòd in eius è locum successerit quæ olim è Terebintho parabatur. Inciditur Larix ad medullam vsque, vnde postea æstate distillat in certa vasa è Piceæ cortice confecta. Picea resinam edit duram, & intra corticem condensatam, distillat tamen aliquando & truncus, liquidam similem Laricinæ. Profert Abies liquorem hunc excellentissimum, cuius nulla apud veteres sit mentio, vocaturque ab Italis Lachrimo vel Oliod' Auezzo. Errant qui hunc putant Laricinæ resinæ florem esse. Colligitur enim is liquor è cortice tum trunci, tum ramorum, aperientibus se

se ue

se vesicis quibusdam: quæ turgentes indicant hunc eo loci esse liquorem, qui enatus reperitur corticem inter & corticem. Est hic liquor limpidus, clarus, & transparens, odoratus, & amarus. Hic odor & amaritudo in Laricina resina non reperiũtur. Vetus plus anno flauescit ab illa sua transparentia, & induratur aliquantum. Carnem inducit: emundat discutit, consolidat. Potus ventosos humores discutit, tutissimumq; remedium est laterum doloribus, & ad purgandos aremulis renes, & ad arcendam horum generationem. In cibo sumptus, prodest doloribus neruorum, & iuncturarum. Consolidat nullo negocio plagas, maximè capitis.

Lentiscus. CAP. LXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Σχῖνος. *Lat. Lentiscus. Ita. Lentisco.*
Off. res incognita. Gal. Lentisque.



Lentiscus.

LEntiscus nota arbor est, cui uis toti inest astringẽdi: semini enim, folio, ramo, cortici, radicibusq; cognatæ insunt uires. Liquamẽtum autem ita fieri solet: Folia, cortex, & radix in aqua coquuntur, & ubi abundè cocta refrigerataq; sunt, folia abijciuntur: aqua denuò coquitur, donec mellis habeat crassitudinem. Lentiscus sua adstringendi dote, ualet aduersus sanguinis reiectiones, alui profluuia, & dysenterias in potu. Item contra eruptionem sanguinis è uulua, & eiusdem aut sedis procidentia. In totum Acaciæ & Hypo-

cisthidis uicem repræsentat. Idem facit succus è tritis folijs. Decoctum fotu caua explet, & fracta ossa ferruminat: uuluæ fluxiones sistit, nomas arcet, urinam pellit, motus dentium collutione stabilit. Virentes surculi calamulorum uice dentibus repurgandis affricantur. Fit è semine oleum, quod prodest cùm quid astringi opus est. Lentiscus resinam gignit, quæ Lentiscina cognominatur, & ab aliquibus Mastiche. Pota utilis est sanguinem reijcientibus, & tussi ueteri: stomacho auxiliatur, sed ructum mouet. Additur in dentrifricia & illitiones faciei, ad nitorem cuti conciliandum. Palpebras oculis incommodas replicat, manducata halitum oris commendat, gingiuas contrahit. Optima & copiosissima in insula Chio prouenit. Præfertur (nitedulæ modo) resplēdescens, & candore Tyrrhenicæ ceræ similis, adulta, retorrida, friabilis, odorata, stridorem ædens. Viridis autem inferior est. Adulteratur Thuris, resinæq́; pineæ nucis mistura.

LEntiscus resinifera arbor, lentis folijs, in Italia tum alibi, tum in Senæ maritimis nascitur, in ruinarum Romanarum macerijs, & toto illo maris Tyrrhæni tractu, Caietam vsque, & circà Neapolim. Ibi & proceræ & humiles nascuntur. Producit Lentiscus in Italia Mastichem, sed non ea abundantia qua in Chio & Creta insulis. Lentiscus desiccat secundo gradu, vel initio tertij: in caliditate & frigiditate propè æquè temperatus. Astringunt omnes eius partes. Itidem succus foliorum viridium astringit. Mastiche alba astringit & emollit, excalfacit & desiccat secundo ordine.

Terebinthus. CAP. LXXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. τέρμινθος. *Lat.* Terebinthus. *Ita.*Teretho. Gal. & Officinæ Terbentinam vocant. Ger. Terpentin.

TErebinthus cognita arbor est, cuius folia, & semen, & cortex astringunt, & ad eadem ad quæ Lentiscus conueniunt, simili parata modo sumptaq́;. Fructus esui aptus est, sed stoma-

omacho aduersatur: excalfacit, urinam mouet, uenerem excit: contra phalangiorum morsus conuenienter in uino bibitur. esina eius ex Arabia petræa defertur. Prouenit etiam in Iuæa, Syria, Cypro, Aphrica & Cycladibus insulis. Sed præuat candida, perlucida, uitreo colore, & in cæruleum uergente, dorata, Terebinthum olens. Terebinthina resinas omnes ante edit, proxima Lentiscina, & è Pinu, & Abiete. Has sequitur Picea & Pineis nucibus resina. Natura omnibus calfacere, ollire, discutere, expurgare. Tussi ac tabi conueniunt per se, aut eclegmate ex melle: uitia pectoris expurgant, urinam cient, ruda concoquunt, uentrem emolliunt. Palpebras commodissiè replicant, lepras tollunt, cum ærugine ac sutorio atramento, itroq; auribus saniem emanantibus cum melle & oleo, itẽ in ruritu genitalium utiles, malagmatis, acopisq; admiscentur, larum doloribus per se, illitu & appositu auxilio sunt.

TErebinthus, quem Græci Terminthon vocant, arbor in Græcia, Asia minore, Africa, & India nascens, nascitur etiam in Italia, monte castri Tridentini, vbi Iulius Alexandrinus Medicus, Matthio antea non visam ostendit, quæ in totum Theophrasti Terebintho reponderet. Vidit & postea Matthiolus in pluribus alijs locis, vt apud huscos in monte quem eorum lingua Baldo nominat, & in alio, cui omen facit Carso. Venetijs non ita pridem afferri cœpit, sed maiori ex rte cocta, raro liquida. Hæc ideo dixi, vt Terebinthinam resinam scia us non omninò esse deperditam.


Resinæ aliæ. CAP. LXXVI.

NOMENCLATVRA.

Gr, πητίνη ὑγρὰ, πιτυίνη, καὶ πευκίνη. Lat. Resinæ aliæ. It. l'Altre ragie.

LIquida resina è pinu et picea, à Gallia & Hetruria cõuehi solet, atq; olim à Colophone petebatã: hinc Colophoniæ sibi gnomẽtũ uẽdicauit. A Gallia quoq; subalpina, quã uernaculo oĩe latricẽ appellãt incolæ. Ea in linctu, et p se, magnoperè pdest

tussi


Larix.

tußi ueteri. Colore inter se a stat, siquidē alia candida est alia oleosa, alia mellei liquo ris similitudine, ut Larigna Cupressus etiam liquidā fun dit resinam, quæ ad eaden pollet. Quæ uerò aridarum generi ascribuntur, quædam ex Pineis nucibus, aliæ Abi te, aliæ Picea & Pinu exie runt. Eligi debet longè om nium odoratißima, translu cens, non retorrida, neque a luta, quandam ceræ facien præbens, & friabilis. E Pi cea et Abiete resinæ cætera antecedunt: odoratæ enin sunt, atque Thus odore imitātur. Præstantiores à Pityusa insul deferuntur, quæ secundum Hispaniam sita est. Sed quæ è Picea nucibus Pineis & Cupresso manarunt, nihil ad illas, nec tant uiribus potiuntur. Veruntamen eorundem gratia quorum & illæ sumi solent. Lentiscina Terebinthinæ respondet. Vritur resi na omnis liquida in uase quadruplæ capacitatis ad humoren qui infunditur. Itaque resinæ congius, in duobus aquæ pluui coquitur, subiectis leuibus prunis: resina aßiduè mouetur, done omnis odor aboleatur, & friabilis & retorrida reddatur, a digitis cedat. Cæterum ubi refrixit, in fictile non picatum, quo aconitum uocant, id est, non illitum, reconditur. Fiet etiam exi mij candoris, si resina omnis eliquata præcoletur, quò fæculent sordes excernatur. Vruntur quoque sine aqua, primùm lent igne, & ubi coire cœperunt, maior carbonum strues suppon

tu

r, & triduo citra intermißionem discoquuntur, usquedum itedictas naturæ suæ notas exuerint, mox ut dictum est, reponntur. Aridas unius diei spacio decoxisse satis est. Vstæ odoramalagmatibus, & acopis, & unguentorum colorationibus agnoperè utiles sunt. E resina perinde atque Thure fuligo exciur, ad circumlitiones idonea, quibus palpebras fucant, & coem mentiuntur. Prodest glabris genis, collachrymationibus, ofisq́ oculorum angulis, ex ea fit atramentum scriptorium.

HAec sunt Resinarum nomina. Resina Terebinthina, è Terebintho. In huius locum successit frigidis in locis Piceæ resina, alijs Lana, è Larice. Lentiscina quæ & Mastiche, è Lentisco. Pinea, è Pino. iegna, ex Abiete. Strobilina, è Strobilis, nempè Pini conis. Pix Hispa, Pix Græca, & Colophonia officinarum, resinæ coctæ spés est, cuius fectionem docet Dioscorides. Color ex eo in pice prodit, vt plus mive coloratæ fuerunt resinæ. Resinarum præcipua est è Mastiche, moè enim astringit, & nequicquam pungit, aut acris est. Ceterarum potißima est Terebinthina, astringit enim & amara est, & ob id plus astiche digerit. Quinetiam astergit eius amaritudo. Pini resina licet rebinthina sit acrior, non plus tamen attrahit, aut digerit. Mediant er has Piceæ & Abietis resinæ. Vt enim resina Terebinthina acriores t, ita non perindè acres, Pini & Cupreßi resinis. Emollit resina Teinthina, secundo ab hac loco Lentiscina: has acrimonia superat Cußina.

Pix liquida. CAP. LXXVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ἡ πίσσα ὑγρὰ. Lat. & Offic. Pix liquida.
Ita. Pece liquida. Gal. Poix fondue.
Ger. Schiffberg.

PIx liquida, quam alij Conum uocant, è pinguißimis Pini Piceæq́ lignis congregatur. Optima est splendens, syncera, is. Contra uenena, phthisim, purulentam excreationem, tussuspiria, & pectoris humores, qui difficile extußiuntur, efx est, eclegmate cyathi mensura cum melle dato. Tonsillarũ

& uuæ

& uuæ inflammationes, anginæq; utiliter perunguntur: purulentis auribus infunditur cum rosaceo, & illinitur cum trito sale serpentium morsibus: adiecta uerò pari cera scabros ungue extricat, impetiginesq; emendat: uuluæ duritias ac sedis tubercula discutit: cum farinaq; hordeacea & pueri impubis urina decocta, strumas rumpit. Cohibet ulcera quæ serpunt, cum pineo cortice, aut sulphure, aut furfuribus illita. Cæterùm cum Thuris manna & cerato profundos ulcerum sinus conglutinat, rimas sedis & pedum, magno auxilio illinitur, ulcera replet, & cum melle purgat. Quin & cum uua passa & melle carbunculos & putrida ulcera emarginat, disrumpitq;. Erodentibus medicamentis, quas Septas uocant, probè immiscetur.

Picinum oleum. CAP. LXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. πισσέλαιον. *Lat. Picinum oleum.*
It. l'Olio della pece. Off. non præparant.

E Pice fit quod Pisselæon appellatur, separato liquore aqueo, qui supernatat Pici, sicut serum lacti. Nam expansa, quandiu Pix coquitur, supra cortinam uellera pura madescunt, acceptoq; halitu eius exprimuntur in uas. Quas pix liquida, præbet utilitates. Alopecias capillo replet, cum farina hordeacea illitum: quibus & liquida Pix medetur, iumentorum ulcera scabiemq; emendat.

Fuligo liquidæ picis. CAP. LXXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. λίγνυς τῆς ὑγρᾶς πίσσης. *Lat. & Offi. Fuligo liquidæ Picis. Ita. la Fuligine della Pece.* Gal. Suye de poix fondue.

Fit hoc modo è liquida pice fuligo: In lucerna noua quæ ellychnium habeat, nonnihil picis incendito, lucernamq́ fictili uase in clibani speciem conformato, superius in angustum fornicato, inferius perforato, ut clibani esse solent: operito, & adoleri sinito, consumptoq́ liquore nouum infundito, quoad sufficientem usui fuliginem collegeris. Vis ei astringens, acrisq́. Vsui est ad pigmenta quibus palpebras linunt & uenustant, & ad circumlitiones. Item ubi glabris pilos restitui oportet, ad imbecilles lachrymososq́ oculos: insuper ad eorundem ulcera non inutilis est.

Pix arida. CAP. LXXX.

NOMENCLATVRA.

Græ. ξηρὰ πισσα. *Lat.* & *Off. Pix arida. It, la Pece secca.* Gal. Poix seche Ger. Griechisch Bech.

Liquida Pix decocta in spissam coit, quam uocant aliqui Palimpissam. quo in genere quædam uisci modo lentescit, Boscas cognominata: altera sicca est. Probatur pura, pinguis, odorata, subrufa, resinosa. Talis Brutia et Lycia, picis resinæq́ simul naturam habentes. Calfactoriam uim habet: dura emollit, pus mouet, tubercula panosq́ discutit, ulcera replet, uulneraijs medicaminibus commodè permiscetur.

Zopissa. CAP. LXXXI.

NOMENCLATVA.

Græ. ζώπισσα. *La.* & *Ita. Zopissa.*

Zopissam aliqui aiunt derasam nauibus resinam cum cera, quã alij Apochyma appellant. Ea dissipãdi naturã habet

bet: quoniam marino ſale macerata ſit. Alij pineam reſinam hoc nomine uocauerunt.

Cognata hæc quinque capita ſunt, & aperta, ideò priuatim tractari non debẽt. Liquidæ picis aut nullus, aut rarus hodiè in medicina eſt vſus. Oleum Picinum noſtro tempore non præparatur. E pice tamen & reſina per alẽbicum rectius diſtillaretur. Fuligo qualiter excipi debeat, ſatiſſuperque oſtendit Dioſcorides in cap. de Thure. Sicca pix nulli non nota eſt. Vt fiat plures ruſtici in hyrcinia ſylua norunt. Zopiſſa quæ & Græcis Hypochina, Latinis, Pix naualis, fiebat Græcis ad illinendas naues è reſina & cæra: Nunc verò Germani ex liquido Bitumine picem naualem concoquunt, quod etiam in Epiro fit, vbi Piſſaſphaton, id eſt, Picibitumẽ copioſè habetur. Pix ſicca excalfacit & deſiccat ſecundò ordine, plus tamen deſiccat, quam calefaciat. Contrarium accidit in liquida. Et liquida & ſicca pix, aſtergunt, maturant, digerunt, & cum guſtãtur, amaræ ſunt, & acres. Fuligo picis deſiccat, quæ è Terebintho & Myrrha eadem facilitate abſtergit, qua ea quæ è Thure fit. Plus tamen poteſt, & plus acrimoniẽ habet quæ è Styrace, & hac plus quæ è pice liquida, hancque ſuperat reſina Cedrina. Vtiles ſunt oculorum morbis.

Bitumen. CAP. LXXXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ασφαλτος. *Lat. Bitumen.*

Ita. Bitume.

Bitumen Iudaicum cæteris anteponitur. Cuius probatio eſt, ut purpuræ modo ſplendeat, ſitq́ ponderoſum, ac ualidum odorem uibret. Nigrum autem & ſordidum, uitioſum eſt. Adulteratur pice. Gignitur in Phœnice, Babylone, Zacyntho, & Sydone. Liquidum inuenitur in Agragantino Siciliæ, fontibus innatans, quo utuntur ad lucernarum lumina, olei uice. Hallucinantur qui id Sicilicum oleum nominant: nanque liquidi bituminis genus eſſe conſtat.

Piſſaſphaltum. CAP. LXXXIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. πιτ]ασφαλτο. Lat. Pissasphaltum.

Ital. Pißasphalto.

NAscitur in Appolloniatarum agro circa Epidaurum, quæ Pissasphaltos appellatur. Ea Ceraunijs montibus deuoluta, impetu fluminis rapitur, æstúque in littus expuitur, illic cocta in glebas, mistam Bitumini picem redolet.

Naphta. CAP. LXXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ναφθα. Lat. Ital. & Offic. Naphta.

NAphtham uocant Babylonij, Bituminis colamen, colore candidum: inuenitur etiam nigrum. Vis ei ignium rapax, ita ut ex spacio protinus in eam transiliat. Ad suffusiones oculorum, & albugines utilis. Bitumen omne discutit, glutinat, emollit, ab inflammatione tuetur: uuluarum procidentia, strangulationesq́ olfactu, suffitu, impositu emendat. comitiales morbos suffitum deprehēdit, Gagatæ lapidis more, purgationes mulierum cum uino & Castorio potum elicit: tußim ueterem, & anhelitum adiuuat, serpentium morsibus, coxendicum laterumq́ doloribus auxiliatur, datur cœliacis in catapotio deuorādum cum aceto: potum discutit sanguinem concretum: dysentericis cum ptisana liquatum infunditur: distillationibus suffitione medetur, mitigat dentium dolores oblitum: cæterùm pilos incommodos siccum replicat, specillo impositum. Concalfactum au

f tem

tem & cum farina hordeacea, nitro & cera illitum, podagris articulorum doloribus, lethargicisq́ prodest. Pissasphaltos eadem, quæ Pix & Bitumen, si misceantur, potest.

Annotatio in Cap. lxxxij. lxxxiij. lxxxiiij.

Bitumen quod Asphaltos est Græcis, pinguis est ceu terræ adeps, colore & substantia picis, qui fit vt facillimè ignem concipiat. Verum Bitumen est Iudaicum, quod è lacu, cui mari mortuo nomen est elicitur. Est & liquidum è Sicilia bitumen, quod etiam in Gotthia & Saxonia prouenit. Hoc Barbari axes vngũt, & iumẽtorum scabiem: hoc etiam lucernarum lumina accẽdunt. Pissasphalton Bitumen est Pici permixtum, quod apud Apolloniam nascitur, & nunc in Transsyluania fluminum impetu è montibus defertur, quod Germani purgant, & cũ ad ceræ crassitudinem coxerint, ad faces pro cera vtũtur. Arabes duas Mumiæ species faciunt. Vnam quæ verum est Dioscoridis Pissasphalton: alterã, quæ vera est Mumia. Porrò vera Mumia est, quæ è Myrrha: Aloe, Croco, & ex humiditate quæ ex cadaueribus humanis resudat conficitur. Atenim cum in Asia diuitum tantũ & principum corpora ad eum condiantur modum, pauperum verò cum Asphalto & Pice: nec mercatoribus diuitum auferre corpora facultas sit: restat v ram nos Mumiam non habere, cum pauperum tantum cadauera ad nos afferantur. Bitumen verum excalfacit & desiccat secũdo gradu. Naphtha olim è Parthia afferebatur, bituminosus liquor, seu vt quidam volunt, eliquatum terræ seu saxi occulta natura, Bitumen, & in oleasam materiam resolutum, vulgo oleum petræ, seu Petroleum vocatur.

Cupressus. CAP. LXXXV.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κυπάρισσος. *Lat.* Cupressus. *Ital.* Cipresso.
Off. Latino nomine. Gal. Du Ciprez.
Ger. Cypressen nuß.

Cupressus refrigerat, & astringit. Cuius folia ex passo & exiguo Myrrhæ pota, uesicæ rheumatismis & urinæ difficultati auxiliantur. Pilulæ autem ex uino tusæ in dysenteria,

alui



Cupressus.



Chamæcyparissus.

alui fluxione, tussi, & orthopnœa, aut si reijciatur sanguis conuenientissimè bibuntur. Earum decoctum eosdem præbet effectus. Tusæ cum fico duritias emolliunt, nariumq; polypo medentur. In aceto coctæ, & cum lupinis detritæ, scabros ungues eijciunt. Hernias intestinorum prolapsu erumpentes illitu reprimunt. Folia eadem præstant. Pilulæ cum arboris coma suffitæ, culices abigere existimantur. Folia trita & imposita, uulnera conglutinant, sanguinem supprimunt, capillum ex aceto tingũt. Illinuntur per se aut cum polenta ignibus sacris, ulceribus quæ serpunt, carbunculis & oculorum inflammationibus, admota cum cerato stomachum corroborant.

CVpressus procera arbor, & fronde semper virescente, fructus (nĕpe ter in anno) feracissima: vocantur hi galbuli, pibilæ, & nuces: colliguntur mensibus Ianuario, Maio, Septĕbri. Semen habet adeo minutũ vt etiam visui imponat. Miraculo naturæ est tam exiguo semine, ingentem adeo arborĕ procreari. Nulla vetustate lignum eius corrumpitur. Cupressi lachrima liquida est, Larignæ similis, dum gustatur, admodum feruens.

Iuniperus. CAP. LXXXVI.

NOMENCLATVRA.
Gre. Ἀρκευθὶς. Lat. & Off. Iuniperus.
Ital. Ginepro. Gal. Geneure.
Ger. Wechholter.


Iuniperus.

IVniperi genera duo. Altera maior altera minor. Vtraq; acris est excalfacit et urinā mouet, accēsa serpētes fugat. Baccarũ nõnullæ nucis iuglandis magnitudine non nũquam grandescere aliæ nucem Ponticam æquare inueniuntur, rotũdæ, odoratæ, in mandendo dulces, subamaræ quæ Arceuthides etiam id est, baccæ Iuniperi, nominantur. Modicè calfaciunt & astringunt, stomacho utiles, contra pectoris uitia, tussim, inflationes, tormina, & serpentium ictus efficacissimè bi-

buntur: urinam cient, unde ruptis, conuulsis, & uuluæ strangulatui subueniunt. Folii acrimoniam habent, ideò tam ipsa quàm eorum succus ex uino contra uiperarum morsus illini aut bibi prodest. Corticis cinis cum aqua illitus lepras eximit. Ramenta ligni deuorata interficiunt.

Est Iuniperus proceræ altitudinis: est & humilis, ac parem fructum obseruata proportione referunt, quo etiam in medicina vtimur. Fert Iuniperus gommam similem Mastiche, hanc Sandaracam, & vernicem scriptorũ, diuersissimum tamen à Sandaracha quam quinto libro describit Dioscorides. Sandaracha hæc, recens, lucida est, alba, & transparens, sed veterascẽdo ruffescit. E Sandaracha & ligni semine fit Vernix. liquida vtilis est ambustis, & eximij remedij in dolores & tumores hæmorrhoidum. Sandaracha calida & sicca est in primo gradu. Oleũ quod cum duobus vasis sibi inuicem oppositis vel cum vitreo alembico fit è Iuniperi ligno admodum sicco, dolorem dentium à frigiditate catarrhi sistit.

Herba Sabina. CAP. LXXXVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Βϱάϑυς Lat. & Off. Sabina. Ital. Sauina. Gal. Sauinier. Ger. Sanelboon.

Sabina duorum generum est: una folijs Cupresso similis, spinis horridior, grauiter olens, acris & feruens. Arbor est coactæ breuitatis, quæ sese magis in latitudidem fundit, huius folijs nonnũlli pro suffitu utũtur. Altera Tamarici folio similis est. Vtriusque folia nomas sistunt, collectiones illitu mitigant, & cum melle nigritias sordésque repurgant: carbunculos cum uino pota rumpunt: sanguinem per urinam eliciunt: partus ap-

posita extrahunt, & suffitu idem præstant. Vnguentis calfacientibus immiscentur, & priuatim Gleucino.



SAbina vtraq; & ea quæ Cupressi similitudinẽ refert, & quæ Tamarici, in Italia vulgò planta nota est. Nascitur & in Gallijs, sed nõ adeò vulgata. Selago quadantenus folijs Sabinã refert, non perinde odore vel sapore. Sabina excalfacit & desiccat tertio ordine, & de eorum est medicamentorum numero, quæ subtilissimus constat partibus. Pota, crassos humores disgregat, & concoquit.

Sabina.

Cedrus. CAP. LXXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κέδρος. Lat. Cedrus. Ital. Cedro. Gal. Cedre. Offic. Ignota. Ger. Ein zederbaum.

CEdrus arbor magna est, ex qua picem colligunt, quæ Cedria uocatur, Iuniperi modo baccas parit: baccarum Myrti magnitudine, rotũdas. Cedria optima est crassa, perlucida, grauis odoris, quæ dũ effunditur, guttatim nõ dissipata coit. Cui ea uis inest, ut defuncta corpora cõserue & uiuẽtia corrũpat Qua ex causa mortuorum uita, aliq appellauere. Vestimẽta quo

q; & pelles eximia calfaciẽdi & ſiccãdi dote, corrũpit. Magni ad ocularia medicamẽta uſus. Quippe illita oculis claritatẽ affert albugines cicatricesq́; detergit: inſtillata autẽ cũ aceto, uermes, auriũ necat: cũ hyſſopi decocto infuſa, ſonitus ſibilosq́; ſedat cauis dentiũ indita eos frangit, & dolores leuat: idem facit cum ex aceto colluitur. [redacted]. Anginæ ea perunguntur. Tonſillarum inflammationibus auxilio eſt: lendes pediculosq́; illitu enecat. Ceraſtæ morſibus cum ſale impoſita ſubuenit, contra hauſta leporis marini uenena: in paſſo ſumpta, auxiliatur. In elephantia, aut linctu, aut perunctione proficit: pulmonum ulcera purgat, & ſi cyathus eius ſorbeatur, perſanat: uermes & tineas ſubterindita necat: & partus extrahit. Fit & oleum, à Cedria ſeparatum, dũ coquitur, uelleribus ſupra halitum eius expanſis, ut in Pice, eiuſdem ad omnia uſus. Priuatim uehementer perunctum, ſcabiem quadrupedum, canum, boumq́; perſanat, inhærentes ricinos enecat, ulcera quæ ex tonſura acceperunt, ad cicatrices perducit. Cedrides Cedri fructus uocantur. Calfactoriam uim habent, ſtomacho aduerſantur, auxilio ſunt tuſsi, conuulſis, ruptis, ſtranguriæ, menſes ciunt, ex polline Piperis poti. Contra hauſtum leporẽ marinum in uino ſumuntur. Serpentes fugantur, peruncto ex adipe ceruino, aut medulla, corpore, in antidota adduntur. Fuliginem, quomodo ex pice, congeri oportet, quæ eandem quam picea fuligo uim præbet.


CEdrus Iunipero in totum ſimilis. Nec baccæ, baccis Iuniperi diſsimiles, purpureæ, leues, odoratæ, eſculentæ, & magnitudo eadem. Matureſcũt autumno, verum priuſquam matureſcant recentes baccas producunt. Qui fit, vt id temporis in Cedro viſantur & noui & veteres fructus. Gaudet Cedrus locis frigidis & ſaxoſis, ac montibus mirum in modum delectatur. Naſcuntur Cedri in Iſtria, at eos habent incolæ pro Iuniperis. Georgius Reffinger. Doctor Medecinæ ramum dono dedit Matthiolo, quaquauerſum Baccis, onuſtum, purpureis, leuibus, odoratis, & magnitudine Myrtilorum. Iamiam id notum quòd du-

rißimum est Cedri lignum, & ea causa fuit antiquis ex eo statuas cōsciēdi, quod pereniores putarent, eis quæ è lapide vel metallo fierent. Nascuntur etiam Cedri in aureis Italiæ hortis, in ripis Tyrrhæni maris, lacu Benaco, qui vulgo dicitur Laco di garda. Cedrus duarum est specierum. Vna qua similis est Iunipero, ramosus est & breuis, Altera, arbor est iustæ altitudinis. Vtraque species calida & sicca est tertio ferè ordine. Cedria quartum ordinem attingit, intantum calida est, & subtilis in suis partibus. Corpora mortua desiccat, & illorum humiditatem absumit, corpora solida non attingit.

Laurus. CAP. LXXXIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Δάφνη. *Lat. & Offic.* Laurus. *Ital.* Lauro. Gal. Laurier. Ger. Lorben baum.



Laurus.

Laurus quædā tenui folio constat, altera latiore. Vtraque excalfactoriam naturam habet, & emollientem. Vnde decoctum earum in muliebres insessus additum, uuluæ & uesicæ uitijs conuenit. Virentia folia sensim substringunt: illita quoq; ac trita, uesparum apiumq; ictibus opitulantur. Eadem cum polenta & pane illita inflammationē omnem mitigant: sed pota stomachum effundunt, & uomitiones mouent. Lauri baccæ magis quàm folia calfaciunt. Ergo in eclegmate tritæ cum melle uel passo prosunt

tabi

tabi, orthopnœæ, & omnibus thoracis rheumatiſmis. Contra ſcorpionnm ictus ex uino bibuntur, uitiligines emaculant. Succus baccarum utiliſſimè aurium dolori & grauitati inſtillatur, cum uino uetere, & Roſaceo. In medicamenta autem adijciuntur, quæ neruorum laſſitudines reficiunt, acopa uocant: & ad unguenta quæ calfaciunt & diſcutiunt. Cortex radicis calculos rumpit, partus necat, hepaticis prodeſt, tribus obolis in uino odorato potus.

LAurus odoratiſſima arbor, & Apollini dicata, pacem preſefert, quemadmodum oliua, à fulmine non percutitur. Vim habet ex ſeſe producendi ignis. Si enim bacilla duo è Lauro ſicca, ſuperpoſito ſulphure inuicem magna agilitate confricueris, confeſtim ignis exiliet. Folia, & fructus Lauri potenter deſiccant & excalfaciunt, plus tamen fructus quam folia. Cortex radicis minus in ſe acrimoniæ & caloris habet, ſed amaritudinis magis, & aliquantum aſtringit.

Platanus. CAP. XC.

NOMENCLATVRA.

Gr. πλάτανος. *Lat.* Platanus. *Ita.* Platano. *Arbor Officinis incognita.*
Gal. Plan. Ger. Ahorn.

TEnerrima Platani folia in uino decocta, mox illita, oculorum fluxiones ſiſtunt, tumores & inflammationes leuant. Decoctus cortex in aceto, dentes in dolore colluit. Virides pilulæ in uino potæ, ſerpentium morſibus auxiliantur: exceptæ autem adipe, igni ambuſta ſanant. Inſidens foliorum pilularũq; lanugo, oculos & aures offendit.

PLatanus Orientalis arbor, gratiam ex vmbra, amplitudine, & amœnitate meruit, eamque ob cauſam olim in Italiam aduecta. Platani non longè à noſtro æuo in Italiam aſportati, non in altam proceritatẽ increuere, attamen ſpiſſum corticem gignunt. Media in tẽperamẽto eſt Platanus inter frigiditatẽ, & humiditatẽ: deſiccãt cortex & fructus.

Fraxinus. CAP. XCI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Μελία. Lat. Fraxinus. It. Fraßino.
Gal. Fraisne. Off. Vt latinis. Ger.
Ein aeschbaum.

FRaxinus arbor nota est, cuius foliorum succus, & ipsa per uncta, aut ex uino pota, uiperarum ictibus auxiliantur. Corticis cinis ex aqua illitus lepras eximit. Ligni ramenta scobemq; potu perniciem afferre tradunt.

FRaxinus arbor notißima, duas habet species, proceram, & humilẽ, vtramque armandis hastilibus aptißimam. Fraxinus serpentibus inimica, vt nec eius vmbram sustineant. Composita vna ex parte è Fraxini frondibus corona, & propter extructo igne, in medio collocatus serpens, per ignem potius, quam per Fraxineas frondes pertransierit. Fructum fert Fraxinus auium linguis similem, huiusque in medicina est vsus, sub nomine, Lingua auis.

Populus. CAP. XCII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Λεύκη. Lat. Populus alba. Ita. Popolo bianco.
Gal. Tremble. Officinæ pilulis utuntur,
quas Oculos Populi uocant. Ger.
Sarbachsbaum.

POtus albæ Populi cortex uinciæ unius pondere, ischiadicis ac urinæ stillicidio prodest. Arbortiuum fieri tradunt, si cum mulino rene bibatur: folia quoque cum uino post purgationes pota, idem præstare produntur. Tepens foliorum succus, utiliter aurium dolori instillatur. Pilulæ quæ primo foliorum partu exiliunt, illitæ cum melle, oculorum hebetudini medentur. Memoriæ prodiderunt, corticem albæ Populi & Nigræ, particulatim cæsum, & sulcis stercoratis mandatum, omni tempore anni edules fungos proferre. Populi nigræ folia cum aceto illita, ma

gna

gna utilitate podagricis doloribus illinuntur. Resinam Populus fundit, quæ in malagmata additur. Semen potum ex aceto comitialibus utile est. Lachrymam Populorũ commemorant, quæ in Padum amnem defluat, durari, ac coire in Succinũ, quod Electrum uocant, alij Chrysophorum. Id attritu iucundum odorem spirat, & aurum colore imitatur: tritum potumq́; stomachi uentrisq́; fluxiones sistit.

POpulus alba & nigra eò tantũ inter se differunt, quod alba in inferiori parte folia candida habeat. Succinum seu Ambra fulua non è Populo distillat, verum in certis maris Septentrionalis insulis nascitur. Id antiquitus Germani Glesum vocarunt, quod quidam eorum qui cũ Cæsare Germanico erant, eo temporis quo ijs in regionibus res ageret, Glesariam, eam quæ plus abundaret Succino, insulam vocauerunt. Iis in insulis Succinum nasci certum est: distillat è certis arboribus qui Pinis nostratibus multum sunt adsimiles, & in terram decidit. Cunq; inibi congelatum duritiam conceperit, raptum ab vndis quas eò insaniẽs ventus detulerit, in Germaniam postea defertur.

Macer. CAP. XCIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Μάκερ. Lat. Macer. Ita. Macero. Gal. & Off. Macis.

MAcer ex Barbaria aduehitur, cortex flauescens, crassus, gustu perquàm astringens, qui contra cruentas excreationes, dysenterias, & alui fluxiones bibitur.

DVobus præcipuè argumentis patet, Græcorum Macerem, & Macis Arabum inter se distare. Dioscorides, Galenus, & Paulus nucis Muscatæ nulla habita mentione, corticem (vt verisimile est) norunt. Porro Macer Galeno, cortex est Indicus, modicè acris, odorus, & admodum acerbus. Macis noster, os & guttur potenter vellicat, ab odore desiccat, amarore penè insensibili, secunda classe calidus & siccus: cum suus Galeno frigidum inter & calidum temperetur. Quocircà vt noster Macis, Græcus non est: ita nec illorum, noster est.

Vlmus.

Vlmus. CAP. XCIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. πτελέα. *Lat. Vlmus. Ita. Olino.*
Ger. Orme. *Off. Inusitata.*
Ger. Vlmerbaum.

VLmi & folia, & cortex, & rami, uim habent spissandi. Folia trita ex aceto ad lepras efficaciter illinuntur: uulnera glutinant, sed multò magis corticis Tilia, si fasciæ loco intorqueatur. (nam in lori morem flecti potest) craßior cortex in uino aut aqua frigida unciatim potus, pituitas trahit. Fracta ossa celerius solidescunt, si decocto foliorum corticis aut radicis foueantur. Humor in folliculis enascens, prima germinis eruptione, cuti illitus, nitorem inducit, faciemq́ splendidiorem præstat: Qui dum siccatur, in animalia abit, quæ culicum formã gerunt. Folia cùm tenerescunt cocta, olerum more ad obsonia usurpantur.

VLmus ingens arbor, & vulgo cognita. Vesicæ Vlmi liquor præter eas quas ei attribuit vires Dioscorides, opem adfert singularem, pueris quibus intestinum est ruptum, si cum lineis fasciis, potenter è braccis ruptura adalligetur.

Lignorum marcor.

CAP. XCV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σαπρότης ξύλων. *Lat. Lignorum marcor. Ita. Tarlatura del legno.*

Ex

Ex caudicibus lignisq́ ueteribus caries congeritur, quæ farinæ modo illita, ulcera purgat, & ad cicatricem perducit, serpẽtia cohibet, si cum pari Aniso & uino subacta, linteisq́ imposita, illinatur.

Vilis res arborum caries, exiliẽs erodentibus vermibus velut farina, & tamen vlceribus mirè vtilis. Sed longè præstantior quæ ex India adfertur, collecta è Guayaco in curam Neapolitani morbi. Desiccat enim & consolidat non vlcera tantum mediocria, at ea etiam quæ eo in malo prodeunt in pudendis.

Harundo. CAP. XCVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κάλαμος. Lat. Harundo. Ita. Canna.
Gal. Roseau. Ger. Rot.

IN Harundinum genere quædam Nastos, id est, farctior uocatur, ex qua sagittæ factitari solent. Alia fœmina, qua tibiarum ligulas efficiunt. Alia quòd fistulis addicta sit, Syringias, cui multum inest carnis, crebris cincta geniculis, ad librorũ conscriptionem accommodata. Alia crassa, concaua, apud omnes nascens, quæ à quibusdam Cypria, ab alÿs Donax appellatur. Alia Phragmites, seu uallatoria, gracilis, candicans, uulgo cognita: cuius trita radix per se, aut cum bulbis suis illita, spicula aculeosq́ corpore extrahit: luxata, lumborumq́ dolores cum aceto mulcet. Virentia folia tusa & imposita ignibus sacris, medentur, & cæteris inflammationibus. Corticis cinere perunctæ cum aceto alopeciæ sanantur. Paniculæ lanugo si aures intrauerit, exsurdat. Eundem effectum implet Harundo, quæ Cypria dicitur.

Papyrus. CAP. XCVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. πάπυρος. Lat. Papyrus. Ita. Papiro.
Papyrum Officinæ non norunt.

Papyrus qua chartæ fiunt, nullis non cognita, præcipuæ in medicina utilitatis ad laxandas fistulas: madefacta lino inuoluitur, usque dum inaruerit: Constricta enim atque immissa in hiatum, humore completur, & intumescendo fistulas aperit. Habet nescio quid alimenti radix: itaque Aegyptij eam mandunt, succum tantùm deuorantes, & mansam expuunt: ipsis radicibus pro ligno utuntur. Crematæ Papyri cinis, depascentia ulcera cùm omnium partium, tum oris maximè, cohibet: uerùm melius id combusta charta præstat.

Annotatio in cap. xcvj. xcvij.

Caput xcvi. ex sese apertum est. Papyrus, arbor triquetra, grãdis, nusquam tamen decẽ cubitis altior, nascitur certis propè Nilum locis, vbi aquæ post inundationem restagnant. Flores producit, queis antiquitus corollæ toxebantur dijs, nullum tamen aut fructum, aut semen producit. Nascitur & in Syria Papyrus, eodẽ quo Calamus odoratus lacu, & eo inibi nihil præter funes fit, prouenit & iuxta Euphratem.

Myrica. CAP. XCVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Μυρίκη. Lat. Myrica vel Tamarix. Ita. Tamarigio. Gal. & Ger. Tamariç.
Off. Tamariscus.

Myrica seu Tamarix, arbor uulgo cognita est, cùm apud nigras & stagnantes aquas enascatur, fructum quasi florem ferens, compage muscosum. Aegyptus Syriaq; alteram gignunt mitiorem, syluestri cætera similem. Fructum parit Gallæ proximum, inæqualiter astringentem gustu, quo conuenięter utimur uice Gallæ in medicaminibus oculorum orisq;: datur cruentæ excreationi in potu, & cœliacis, & contra profluuia fœminarum,



Myrica.

minarum, regium morbum, & phalangiorum morsus. Illitus tumores inhibet. Cortex in eosdem usus adhibetur. Decoctum foliorum cũ uino potum, lienẽ absumit. Ad dolorem dentium in collutionibus salutare, & mulieribus fluxioni uuluæ opportunis in desessionibus. Pthiriasi lendibusq́; circumfusum prodest. Abundantiam fœminarum sistit impositus arboris cinis. Potorios calices è caudice lienosis moliuntur, quò datus in his potus proficiat.

D*Omesticam habet* Aegyptus & Syria Tamaricen: *syluestris est, quæ in hortis* Italiæ *habetur, cuius rei manifestum dant signum, flos & fructus, quos similes* Gallæ *non producit, vt domestica.* In Neapo*litano malo decoctio radicis* Tamaricis *succidaneam agit* Guayaci. *Tamarix abstergit, incidit, & cum propemodum nil desiccare videatur, aliquantam vim habet astringendi.*

Erica. CAP. XCIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἐρείκη. *Lat. Erica. Ita. Erice. Huius vsum Off. non habent.* Galli, putant esse, quod dicunt. Bruyere. Ger. Heyd.

E*Rica fruticosa arbor, Myricæ similis, lõgè minor, cuius flore apes reprobum mel efficiunt. Tam flos quàm coma serpentium ictibus illitu medetur.*



Erica.

Erica arbuscula Asiæ et Græciæ propria, bis in anno florescit. Prodidit Hermolaus in Italia nasci, & Cordus in Luniburgensi solitudine. Hic hæret Matthiolus, tum quod ea verborum breuitate a Dioscoride scripta est, vt iudicãdi rationem abstulerit, tum quod non admodum respondere videtur.

Acacalis.

CAP. C.

NOMENCLAT.

Græ. ακάκαλις. *Lat.* *Acacalis. Ita. Acacalide.* *Fructus Officinis incognitus.*

Acacalis fructus est nascentis in Aegypto fruticis, seminis Myricæ quadãtenus similis: cuius aqua in qua maduerit, ad collyria additur, quæ ad excitandam oculorum aciem conueniunt.

Rhamnus. CAP. CI.

NOMENCLATVRA.

Gr. ράμνος. *Lat. Rhamnus. Ita. Ramno.*
Galli. Bourg Espine. *Off. una crespa.*
Ger. Creutzbeer.

Rhamnus fruticat in sepibus, ramos ferens rectos, & aculeos in acutæ spinæ modum, folijs paruis, oblongis, suppinguibus, teneris. Alterum ei genus candidius. Tertium nigrioribus latioribusq; folijs constat, & quadãtenus rubẽtibus,

cuius


Rhamnus.

cuius rami quinùm cubitorum longitudinem implent, spinosiores quidem, sed infirmioribus minusq; rigentibus aculeis. Fructum ædit latũ, candidum, tenuem, folij cularij specie, uerticillo similem. Omniũ folia igni sacro, & serpentibus ulceribus, efficaciter illinuntur. [redacted]

R*Hamnus albus & niger copiosè in Italia apud thuscos nascitur, vocaturq; vulgata eorum lingua Marruché, nec est Spinus merlus Thuscorum, aut Longobardorum Spinus cerui-us. Quod hic largis sit folijs, & in baccis fructum nigrum producat, milem Ligustro, quo pictores vtuntur ad virorem bellißimũ inducen-um: quæ res neutiquam cui voles Rhamno conueniunt. Rhamnus siccat & digerit secũdo ordine, & infrigidat in fine primi, aut in ini- secundi.*

Halimus. CAP. CII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἄλιμος. *Lat. Halimus. Ita. Halimo.*
Gal. Blanchepute. *Off. in usu non est.*

H*Alimus frutex est sepimentis idoneus, similis Rhamno, sine spinis, folijs oleæ, sed latioribus. nascitur in sepibus maritimis. Folia decoquuntur ciborum gratia. Radix con-lsa, rupta, torminaq; mitigat, dragmæ pondere in aqua mul-*

ſa pota eadem lactis ubertatem facit.

HAlimus de earum genere plantarum eſt, de qua authores diuerſiſsimè ſentiunt. Quidam arbuſculam cùm Dioſcoride ſentiunt, quidam ſalſi ſaporis herbam quæ in littore maris naſcitur. Cratenas herbarius naſci ſub hedera, nec alibi, longis & hirſutis folijs, odore admodum Cupreſſum referentibus. Solinus naſci in Candia, ac ſolo demorſu famen ſedare. Arabes Molochiam & Atriplicem marinum vocant, ac eo apparet herbam eos putaſſe, non arbuſculam. Ruellius franceputà francicam profert, cuius frondes edendo eſſe poßint, ea in eis grata ſalſitudo ineſt: Matthiolus herbam ſalſam quæ in venetiarum littore naſcitur, cui nomen vulgo Bidone eſt, neuter tamen affirmare audet, quà producit plantam, Halimum eſſe. Satius igitur fuerit, Halimum nobis incognitum dicere, quàm Halimum neſcio quem proferre, qui & nobis non perinde vſitatus, & ſit medicinæ non vtilis.

Paliurus. CAP. CIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. παλίουρ☉. *Lat. Paliurus. Ita. Paliuro.*
Gal. Aubepin. hoc Off. non vtuntur.
Ger. Meerbetin.

PAliurus frutex cognoſcitur aculeatus, durus, cuius ſemẽ pingue & fuliginoſum inuenitur, quod potum tußi opitulatur, ueſicæ calculos comminuit, ſerpentium ictibus aduerſatur. Folia & radix aſtrictoriam uim habent, quorum decoctum potu aluum ſiſtit, urinam trahit, contra uenena & ſerpentiũ morſus auxiliatur. Radix recentia tubercula, tumoresq; omneis diſcutit, trita & impoſita.

VAriãt itidẽ authores in hiſtoria paliuri, dioſcoridis paliurus diuerſus eſt ab eo quẽ diuerſis generibus deſcribit theophraſtus. Paliuri Theophraſti diuerſi ſunt ab eo quẽ annotat Agathocles. Agathoclis Paliurus ab eo diſcrepat quẽ deliniat Plutarchus. Plutarchi itidem Paliurus ab omnibus alijs differt. In hac ſentẽtiarum diuerſitate, certum quid ſtatuere temerarium fuerit, ni cum Matthiolò dicamus, plantarũ ſpinoſarum nomen eſſe, quæ diuerſæ ſint pro ratione regionum.

Acn

Acuta ſpina. CAP. CIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὀξυάκανθα. *La. Acuta ſpina. Ita. Oxiacantha.*
Gal. Eſpine vinette. Off. Berberis.
Ger. Erbſelen.



Acuta ſpina.

Acuta ſpina, quam pyrinam aut pithyanthen aliqui uocant, arbor eſt pyraſto ſimilis, ſpinoſa ualde, & minor. baccas profert myrti, plenas, rubras, fragiles, & intus nucleum: radicem multifidã, altè deſcendentẽ. Huius baccæ potu aut cibo, alui profluuiũ, & abundantiam fœminarum ſiſtunt: radix illita aculeos & ſpicula extrahit: abortũ fieri tradunt, ſi ter radice uenter, aut ſenſim feriatur, aut perungatur.

Oxiacantham nõ eſſe Berberim Arabũ, & multa ...lia declarant, & quod Pyro ſylueſtri, collatis inuicẽ formis, neutiquã ...t ſimilis. Si Matthiolo credimus, Oxiacãtha erit arbor illa ſpinoſa, quæ ...pud Thuſcorũ regionẽ maritimã, trunco, cortice, & ramis Pyro ſylue...ri ſimilis eſt, quẽ ſua lingua vocant Bogaia, & in Tridentinis monti...us Amperlo, & Pane d'Orſo, & apud forum Iuliũ, Barazzo biãco. ...otas enim omnes habet, quas Oxiacanthæ atttribuit Dioſcorides. Ha...et & ſuas vires Creſpinum, ſeu Ribes, vulgo cognitas nec quicquam ...li deperijt, ſi nõ Oxiacantha ſit, ſicut nec Vuæ ſpinæ aut Vuæ marinæ, ...uod Ribes non ſit. Suis quæq; prædita eſt dotibus, quæ peti ex Arabi...us & recentioribus poſſunt. Oxiacantha Galeno Pyri ſylueſtris eſt

species, paréſque & in ſeſe & in fructibus vires habent, licet Pyri ſylueſtris fructus in totū ſtipticus & acerbus: cùm Oxiacāthæ fructus, præter id quod ſtipticus eſt, è partium etiam ſubtilitate inciſorius ſit. At enim quòd ad formam attinet, Oxiacāthæ fructus ad Myrti, non Pyri ſylueſtris ſimilitudinem accedit.

Rubus canis. CAP. CV.

NOMENCLATVRA.

Græ. κυνόσβατ☉ς. Lat. Rubus canis. Ita. Rouo canino. Gal. Eglantier ſans odeur. Off. Roſa ſylueſtris. Ger. Zambutten.

FRutex eſt arboris inſtar, rubo longè maior: folia fert multò latiora myrto, firmis circa ramos ſpinis: flore candido, fructu oblongo, nucleo oliuæ ſimili, qui per maturitatē fulueſcit, & flocculos intus continet. Fructus exemptis interioribus floccis arefactus, aluum ſiſtit: feruefacti enim ij in uino, mox poti, arteriam infeſtant.


RVbum canis ſeu Cynoſbatum non eſſe Roſam ſylueſtrem multi patet argumentis. Folia non habet Roſa ſylueſtris Myrto ſimilia, fructus habet longè groſsiores Oliua baccis. Theophraſto Rubus caninus fructum fert purpuraſcentem, ſimilem malo punico, & magnitudine medium inter eum quem ſtirpes ferunt, & punica malus: folia vitici ſimilia: id oſtendit quantum Roſa ſylueſtris à Rubo canino differat, atque adeò diuerſis capitibus de eis tractatur à Dioſcoride.

Liguſtrum. CAP. CVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. κύπρ☉ς. La. Liguſtrum. Ita. Liguſtro. Gal. Throeſne.

LIguſtrum arbor eſt Oliuæ folijs circum ramos ſimilibus, latioribus, mollioribus, & uirentioribus: flore candido, muſcoſo, odorato: ſemine ſambuci, nigro. Optimū naſcitur in Canope & Aſcalone. Folia aſtrictoriam uim habent: quare commanducata ulceribus oris medentur, illata feruidis inflammationi


Liguſtrum.

tionibus, carbunculisq́; proſunt, decocto eorundem igni ambuſta fouentur: capillum rufant trita folia, quæ in radiculæ ſucco maduerint. Flos ex aceto fronti illitus capitis dolorem ſedat. Cyprinum oleum quod ex eo fit odoratum, excalfacit, mollit neruos: ſi quæ feruenti natura prædita ſint, aſſumat.

Liguſtrum publicis in Italiæ vijs inter ſepes naſcitur, floret ineunte vere, & æſtatis initio. Seruius Virgilij interpres, Liguſtra malè interpretatus eſt côuoluuli flores. Nec minus falſi ſunt qui cenſuerũt. Liguſtrum, Arabum eſſe caprifolium, quod ...oſcoridis eſt Pixacantha, & non Periclimenon.

Philyrea. CAP. CVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. φιλυρέα. *Lat.* *Tilia.* *Ita.* *Phillerea.*
Gal. Til. & Troeſne.

PHilyrea arbor eſt liguſtri magnitudine, folijs oleæ, nigrioribus & latioribus, fructu lentiſci, nigro, ſubdulci, ...ematim cohærente, aſperis naſcitur. Huius folia aſtringunt: ...eadem vtilia ad quæ oleaſter, cùm aſtrictione eſt opus: ma... nè ad oris ulcera, commanducata, aut ſi decocto colluantur: ...a urinam ac menſes cient.

Nulla est inter Theophrastum & Dioscoridem controuersia, cùm Theophrastus è Phyliræ nomine Tiliam (vt est) intelligat: Dioscorides sui generis arborem, quàm abundè depingit. Et vt scribit Matthiolus, arbor est à multis cognita, nascitur enim & crescit in multis Italiæ locis, & præcipuè saxosis & montanis, vnde excellentißimus medicus D. Maphæus à Maphæo transplantauit eam, quæ hodie Venetijs horto suo nobilißimo viridescit.

Cistus. CAP. CVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. κίσθ. Lat. Cistus. Ita. Cisto. Off. Latinum nomen usurpant.



Cistus.

Cistus, quem aliqui citharon, aut cissaron uocant, ramosus frutex est, sed improcerus, foliosus, saxosis locis nascens, folijs rotundis, acerbis, hirsutis, flos masculo ut mali punicæ, fœminæ albet: Vis astringens, unde flores in uino austero bis in die poti, prosunt dysentericis, & nomas per se illiti cohibent: uetustati ulcerum & igni ambustis cùm cerato medentur. Hypocistis, orobethron, aut cytinus nonnullis cognominata, iuxta cisti radices nascitur, floris punici similitudine. Quædam flaua, altera herbacea, tertia candida. Liquatur acaciæ modo. Aliqui tamen exiccant, fractamq; macerant, & incoquũt, reliquaq; ut in Lycio prosequuntur. Vires acaciæ habet, uerùm

aliquant

aliquantò magis siccat, & astringit. Prodest dysentericis, cœliacis, sanguinem excreantibus: fœminarum profluuio & pota & indita.

NAscuntur Cistus & hypocistis in pluribus Thusciæ locis, quinetiã abundè proueniunt in asperrimus & maximè saxosis Apennini locis. Deberent igitur quorum est munus, inde sibi omni labore & diligentia conquirere, præcipuè cùm sine vero hypociste confici Theriaca non queat, nec alia item medicamenta quibus quotidiè nobis in medicina est opus. Vbi vera hypocistis defuerit, vera Acacia, aut Balaustiorum succo vti possumus. Astringit priuatim Cistus: folia desiccãt & astringunt: valentiores sunt flores. Sic frigidus est Cistus, vt etiam quippiam in se tepidi caloris habeat. Plus astringit hypocistus.

Ladanum. CAP. CIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Λῆδον. Lat. & Off. Ladanum. Ita. Ladano.

EST & alterum cisti genus, ledon à nonnullis appellatum, frutex simili modo nascens, longioribus folijs, & nigrioribus, quæ uerno tempore quidam contrahunt pingue. Foliorum uis astringens, atq; effectus cisti præbens. Fit ex eo quod Ladanum dicitur: Siquidem cùm cisti frondes pascuntur capræ, hircíq; pinguetudinem conspicuè barba carpunt, & suo lentore uillosis cruribus adhærescentẽ reportant: quam depectentes incolæ, colantesq́;, cogunt in offas, & ita recõdunt. Alij uerò attractis funiculis, insidentem fruticibus lentorem abstergunt, conglomerantq́; in Ladanum. Maximè probatur odoratum, subuiride, facile mollescens, pingue, quod arenas non collegit, nec squalore obsitum est, resinosum, quale in Cypro gignitur. Arabicum uerò Libycumq́; uilius. Natura ei spissandi, calfaciendi, molliendi: ora uenarum patefacit, capillum fluentem continet, addito uino, myrrha, & myrteo oleo: cicatricibus decorem reddit, cum uino illitum, medetur aurium doloribus, cum

hydromelite aut rosaceo infusum: suffitu secundas eijcit. Peßis immistum, uuluæ duritiem sanat. In medicamenta quæ dolorẽ tußimq́ finiunt, & malagmata utiliter inseritur. Aluum sistit cum uino uetere potum, & urinam ciet.

Satis apparet è Dioscoride quid sit Ladanum. Galenus differre quidem nihilũ specie à Cisto, qui eo vbi tum viuebat nasceretur, dicit: & regionis gratia quæ calida sit, excellentius esse. Id prouidendum vt non adulteratum, sed verum Ladanum habeamus. Venetijs probatissimum, sed paucis in locis habetur, ideo hic sedulo iudicio est opus.

Ebenus. CAP. CX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἔβενος. *Lat.* Ebenus. *Ita.* Ebeno.
Gal. l'Ebene.

Ebenus optima habetur Aethiopica & nigra, nullos habens uenarum discursus, factitij cornus læuore. Cùm frangitur densa apparet, mordens gustu, atque astringens. Suffitur iucundo odore supra carbones sine fumi tædio. Recens autem ad ignem prolata, ob pinguitudinem accẽditur, & trita ad cotem flauescit. Altera est Indica, internatis segmentis candicantibus & modicè fuluis, item frequentibus maculis: cæterùm prior, bonitate antecedit. Apud quosdam sesamina, aut spinea ligna cõsimilia pro Ebeno uæneunt: quod discernitur ex eo, quòd fungosa sunt, & in purpureas assulas resoluuntur, nihil mordacitatis in gustu, nec redolentiæ in suffitu præferentia. Caliginem oculorum absterget: ad ueteres destillationes, pustulasq́ mirum in modum pollet. Si quispiam facta ex eo coticula collyrijs utatur, melius proficiet. Ad oculorum medicamenta efficax est, si scobes ramentáue uino Chio die noctuq́ macerata, in collyria digerantur. Nonnulli prætrita ipsa excolant, reliquaq́ eundem in modum peragunt. Alij pro uino aqua utuntur. Vritur in fictili nouo, donec in carbones redigatur: lauatur plumbi usti mo

do

lo, & ita ſiccis ſcabrſq; lippitudinibus conducit.

SOla (vt inquit Plinius) terrarum India fert Ebenum, nec tota, at in modica tantùm ipſius parte naſcitur. Si Dioſcoridi tamen & He odoto credimus, in Ethiopia etiam prouenit. Ebenus ſicca notiſsima in talia eſt, apud eos enim qui pectines conficiunt infiniti trunci reperiun ur, ac in eorum itidem officines qui orbiculos horarios factitant Ebe- us compoſita è ſubtilibus partibus, virtutem habet abſterſoriam & ilidam. Quidam Gayacum Ebeni ſpeciẽ putant, iſtud nec affirmare ec negare auſim, cùm à nullo veterum ſcriptorum prædictum ſit, qua- a folia, flores, & fructus Ebenus producat.

Roſa. CAP. CXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. ῥόδον. Lat. & Off. Roſa.
Gal. Roſe. Ger. Roſen.



Roſa.

ROſa refrigerat & aſtringit, ſed ſicca multò magis. Succus recentibus folijs exprimitur, deſectis forfice unguibus (ſic appellãtur candidæ foliorũ partes) reliquum in pila premi & teri debet in umbra, donec cogatur, & ita ad oculorum circumlitiones recondi. Siccantur etiamnum folia roſarum, continuò uerſata, ne muceant, néue ſitus is inſideat. Aridis roſis & in uino decoctis expreſſus liquor, facit ad dolores capitis, auriũ oculorũ, gingiuarum, ſedis, ‍ti inteſtini, ac uuluæ, pinna illitus aut infuſus. Eadem ſine ex

preßione tusa, præcordiorum inflammationibus, humidis stomachi uitijs, igni sacro illini prodest: siccis ac tritis semina asperguntur. Misceri solent uulnerarijs antidotis, atq; compositionibus, quas Antheras uocant. Folia uruntur in Calliblephara. Flos qui in medijs rosis inuenitur, siccatus, gingiuarum fluxionibus efficaciter inspergitur. Capita pota citam aluum, & cruentas reiectiones sistunt.

Rosei pastilli. CAP. CXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ῥοδίδ@. *Lat. Rosei pastilli. Ita. Pastilli delle Rose. Off. Trochisci diarhodon.*

PAstilli, quos Rhodides uocant, hac ratione conficiuntur: Rosarum uiridium, quæ nullo antea humore madefactæ extabuerint, drachmæ quadraginta, Indicæ nardi drachmæ decem, myrrhæ drachmæ sex, tritæ digeruntur in pastillos, qui triũ obolorum pondus æquent, siccatiq; in umbra in fictili non picato, atq; obturato reconduntur. Alij adyciunt costi drachmas duas, iridis Illyricæ totidem, & uinum Chium cum melle miscent. Mulieribus monilium uice collo circundato usui sunt, ad retundendum graue sudoris uirus: tritis etiam utuntur ad illitiones & diapasmata, quæ fiunt ad sudores coercẽdos, ita ut à balneis inarescant corpora, dein frigida aqua abluantur.

Annotatio in Cap. cxj. cxij.

MVltæ sunt Rosarum differẽtiæ, rubris tamen plus in medicina vtimur, decerptis nondum sese aperiẽtibus calathis. Rosei pastilli, quos trochiscos de Rosis Pharmacopolia vocant, nõ eo quo apud Dioscoridem conficiuntur modo.

Lycium. CAP. CXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. λύκιον. *Lat. & Off. Lycium. Ita. Lycio.*

LYcium, quod aliqui Pyxacanthan uocant, arbor est spinosa, ramis trium cubitorum, aut longioribus: folijs buxi lensis: fructu piperis, nigro, læui, amaro, densóq; : cortice pallido non dißimili Lycio madefacto, radicibus multis obliquis lignosis: Nascitur plurimum in Capadocia, Lycia, & plerisq; alijs locis, aspera loca amat. Succi extrahendi ratio hæc est: Rami cùm radiculis tusi, & ante per multos dies macerati coquuntur, tum biectis lignis itidē liquor, donec mellis craßitudo fiat. Adulteratur id Lyciū, adiecta decoctioni amurca, aut absinthij succo, ut felle bubulo. Innatās spuma inter coquendū exēpta, oculorū medicamentis additur, reliquo ad alia utuntur. Simili modo fit yciū, semine expresso & insolato. Optimū quod uri potest, rerinctumq; rubentē spumam ostendit: glebis extrinsecus nigris, ntus cùm fregeris rufis, odore minime uiroso, cum amaritudine stringens, crocino colere, cuiusmodi Indicū est, cæteris præstanus. Lycium astringit, caliginē oculorū discutit, genarū scabiem, ruritus, ueteresq; fluxiones sanat. Facit ad purulentas aureis. xulceratas gingiuas, tōsillas, labiorū fissuras, sedis rimas, attriusq; illitū. Cœliacis, dysentericis potū inditūq; cōuenit. Datˉ sanuinē excreātibus & tußi, ex aqua. Cōtra rabiosi canis morsus catapotio deuoratur, aut in aqua bibitˉ. Flauos facit pilos, redu js, ulceribus quæ serpūt aut putrētˉ, medetˉ, fœminarū profluuia ppositū sistit, rabiosorū ictibus ex melle potū, aut uice catapotij euoratū, auxiliatur. Tradunt Indicū fieri Lyciū, ex frutice lonitide appellato, ea spinarū generi ascribitur, ramos rectos haens, ternū cubitorū lōgitudine, maioréssue, rubo craßiores, à race numerosos, fractus cortex rubescit, folia oleæ similia. Herba aceto decocta proditur lienis inflāmationibus & regio mor- mederi, & fæminarū purgationes elicere. Asseuerātˉ etiam udā in potu, eosdē effectus præstare: semē cyatho dimidio potū uitā expurgare: uenenis quoque auxilio esse.

Offi

Officinarum Lycium adulterina res est è pluribus succis cōficta, nec ad nos hodie è Lycia affertur. Pyxacanthæ vnde verum extrahi Lycium poßit, in Lyguriæ Alpibus proueniunt, sed adeò modicè curamus quæ ad vsum medicinæ faciunt, vt ignoremus ea etiam, quæ sponte nobis à natura offeruntur. Deficiente Lycio Amurca olei quæ in vase æreo cocta sit vtamur, aut Sumacho. Paucis ab hinc annis Pyxacanthæ fructus piperi similes in Italiam ex Alexandria aduehuntur.

Acacia. CAP. CXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ακακία. *Lat. Ita. & Off. Acacia.*



Acacia.

Acacia in Aegypto nascitur, spina instar arboris fruticosa, non se in rectum attollens. Florem habet candidum, & semen lupino simile in folliculis, ex quo succus expressus siccatur in umbra, niger ex maturo semine, subrufus ex uiridi. Eligatur modicè rufus & odoratus, ut in hac arbore esse potest. Aliqui exprimunt ex folijs & semine succum. Manat & gummi ex ea spina. Vis ei ad spissandum, refrigerandumq́; efficax. Succus oculorum medicamentis utilis, ualet ad ignem sacrum, ulcera quæ serpunt, perniones, pterygia, & oris ulcera: procidentes oculos reprimit, mensium abundantiam sistit: prociduam uuluam cohibet, citam aluum supprimit, aut potus aut subter inditus, capillos denigrat. Lauatur oculorum medicamētis, trito in aqua, mox effuso quod con

concreuerat, donec pura extet aqua, & ita cogitur in pastillos. Vritur etiam in cruda fidelia, donec fictile fornacibus percoquatur, torreturq́ in carbonum halitu perflata. Spinæ decoctum solutos artus fotu committit. Præfertur eius spinæ gummi, quod in uermiculorum speciem cõtrahatur, & uitri modo perluceat, ligni expers. Proximum est candidum, sordidum uerò ac resinosum, inutile. Cutis meatus obstruit, & medicamentorum, quibus admiscetur, acrimoniam hebetat. Ambustis ex ouo illitum, pustulas non patitur erumpere. Alterum Acaciæ genus in Cappadocia Pontoq́ prouenit, Aegyptiæ spinæ similitudine, longè minus, tenerius, humile, aculeorum uallo munitur, folia habens rutæ, semẽ lenticula minus fert autumno, in loculis connexis, ternum quaternúmue capacibus. Succus eius astringit, uiribus inferior, & ocularibus medicamentis inutilis.

ACaciæ succus apud nos non nascentis arboris, hodie non affertur, sed huius loco succus prunorum syluestrium vulgo successit. Aptius tamen huius vice folijs Rhois vteremur, & liquore qui è folijs lentisci & hypocistidos conficitur. Vocat Serapion Acaciæ gommam, Arabicam gommam quæ è sua descriptione alia est ab officinarum gomma Arabica. Hæc enim nil simile habet cõtractis vermiculis: at arenosa est, quæ res satis coarguit nos Arabica gomma, & perinde succo carere. Acacia stiptica est & astrictoria. Arabica gomma lenit & aperit, & eam ob causam nec implere aut stringere poros carnis potest, quod in gomma spinæ Ægyptiæ requirit Dioscorides. Vulgaris hæc Arabica gõma Matthiolo è Galeno ea est gomma, quam Græci simpliciter gommã vocant, & mixtio è diuersis arborum gommis, id quod eorum iudicio contrarium est, qui vbi nomen gommæ simpliciter apud Græcos vident, non aliam, quàm Spinæ Ægyptiæ gommam intelligunt. Tolerabilius duci poterat gomma Tracacanthæ, si ad nos vera Acacia afferretur, sed hac destituti, qui gommam habeamus? Veræ Acaciæ succus detcat tertio ordine, & elotus frigidus est in secundo, purus in primo.

Vitex. CAP. CXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἄγνος. *Lat.* Vitex. *Ita.* Agno casto.

Gal. & Off. Agnus castus.

VItex siue lygos, frutex est in arborem assurgens, nascitur in fluminum ripis, asperisq; locis, ac torrentium alueis: ramos gerit prælongos, fractu peruicaces: folia oliuæ: sed molliora. Duo genera eius: Vna harum album florem mittit cùm purpureo: altera tantum purpureum, & semen, ut piper. Excalfactorias uires habet, & adstrictorias. Semen eius potum uenenatis ictibus, aquæ quæ cutem subijt, lienosisq; auxiliatur, lac euocat, menses ciet, drachmæ pondere in uino potum, genituram exoluit, caput tentat, & soporem affert. Decoctum herbæ & seminis in desessione, mulieribus uuluæ malo opportunis opitulatur: itẽ inflammationibus, purgationes mouet semen cùm pulegio potũ, etiam suffitu uel appositu: capitis dolorem dissoluit illitum: instillatur cũ aceto & oleo capiti in lethargo & phrenitide. Folia suffitu aut substractu fugant uenenata: illita quoq; serpentium morsibus auxiliantur, testium duritias cum butyro & folijs uitium emolliunt. Rimas sedis semen cum aqua illitũ mitigat: & cum folijs medetur luxatis, uulneribusq;. Virgam qui manu teneat dum iter facit, negatur intertriginem sentire. Agnũ, quasi dicas castum, uocant Græci, quoniam matronæ in Thesmophorijs Atheniensium castitatem custodientes, folijs huius cubitus sibi sternunt. & lygon quasi uimen, propter inuictam ferè ramorum flexitatem.

VItex seu Agnos à castitate, arborum prima vere floret, calida & sicca est tertio ordine, & è multis subtilibus partibus composita. Nigra & alba abundè in Italia proueniunt.

Salix. CAP. CXVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἰτέα. *La. & Off. Salix. Ita. Salice.* Gal. Saulx.

SAlix uulgò nota est. Cuius semen, folia, cortex & succus spissandi uim habet. Trita folia cùm exiguo pipere & uino

pot



Salix.

pota, illiosis subueniunt: sumpta per se & cũ aqua, præstant mulieribus ne concipiant. Salignũ semen in potu sanguinẽ expuẽtibus prodest. Cortex eosdem præbet effectus: corticis cinis admisto aceto maceratus, illitu clauos & callos tollit. Ex folijs & cortice succus cũ rosaceo in calyce punici calfactus, auriũ doloribus auxiliatur. Decocto eorũ podagras foueri utilissimũ: furfures purgat in corpore. Excipitur succus qui manat ex ea, cũ floret, exciso cortice: in plaga enim cõcretus humor inuenitur, qui ad purganda, quæ obstant oculis, suã uim præbet.

SAlix multarum specierũ & cognita arbor, succos è Plinio tres conficit, Vnum qui è trunco resudat in modum gommæ: Secundum qui incisο cortice: Tertium qui incisis per autumnum truncis. Vulgare est frondes & flores Salicis ægris somnum conciliare.

Syluestris olea. CAP. CXVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Αγριελαία. *La. & Off. Oleaster & syluestris olea. Ita. Oliuo saluatico.* Gal. Oliuier sauuage.

SYluestris oleæ, quam aliqui Oleastrum appellant, alij Aethiopicam oliuã, folia astringunt: trita autem & imposita ignem sacrum, ulcera quæ serpunt, epinyctidas, carbunculos, pterygia, nomasq; cohibent, crustas emarginant cum melle illita



Syluestris olea.

lita. Quinetiam sordida ulcera repurgant: inflammationes panosq́;, cùm melle imposita discutiunt: cutem à capite uulsam conglutinant: oris ulceribus & priuatim infantium, commanducata medentur. Succus & decoctum eosdem habent effectus: sanguinis eruptiones, ac muliebre profluuium admotus succus inhibet, uuæ oculorũ, pustulisq́; prodest, ulcera & ueteres defluxiones sistit: quapropter in collyria additur, ad genarũ erosiones perquàm utilis. Exprimitur succus tusis folijs, affuso uino aut aqua, siccatusq́; sole in pastillos digeritur. Sed longè ualidior ad recondendum succus habetur, qui cùm uino, quàm cum aqua expressus est. Auribus subuenit, siue ulcerentur, siue pus effluat. Folia conuenienter cœliacis cum farina hordeacea illinuntur. Vruntur cum floribus folia, ut spodij uicem cinis præstet in cruda olla, oblito ore luto, usque dum figlinum percoquatur: restinctaq́; uino, & rursus subacta, eodem modo uruntur, postremò cerusæ modo elota coguntur in pastillos. Huiuscemodi cinerem in medicamentis oculorum constat spodio non cedere, sed eisdem uiribus præditum esse putandum est. Foliorum satiuæ oleæ eadem uis intelligitur, sed aliquanto inferior: unde ocularibus medicamentis ob suam mitiorem uim conuenientior est. Sudor ligno uirenti accenso manans, illitu sanat lichenas, furfures & scabiem. Oleaginum semen

semen illitum medetur furfuribus, & ulceribus, quæ depascunt
morantq́; quod autem intra nucleum est, ex adipe & farina sca
bros ungues excutit. Colymbades tritæ & ambustis illitæ, pu
stulas gigni prohibent, sordida ulcera purgant. Muriæ succus col
lutas gingiuas contrahit, & motus dentium firmat. Oliua fla-
ua & recens stomacho utilior est, uentri difficilis: nigra autem
& matura corruptioni opportuna est, stomacho aduersatur, ocu
lis non conuenit, capitis dolorem mouet. Arefacta illitu depas-
centia ulcera sistit, & carbunculos emarginat. Oleum sylue-
stris Oliuæ gingiuis putri uligine laborantibus colluitur, dentiũ
mobilitates stabilit, calfacti fotus, gingiuis fluxione laboranti-
bus utilis est: lanam enim specillo circunligatam oleo madeface
re oportet, & gingiuis admouere, donec albæ spectentur.

Lachryma æthiopicæ oleæ.

CAP. CXVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Δάκρυον τῆς αἰθιοπικῆς ἐλαίας. Lat. Lachry-
ma Aethiopicæ Oleæ. Ital. Gomma dell'oliuo
d'Ethiopia. Off. Gummi Eleni.

Lachryma quã Aethiopica olea stillat, Scãmonio simi-
lis quadantenus est, fulua, stillis exilibus cõstans, mordax
quæ autem Ammoniaci aut gummi similitudinem refert colo
re nigricans, nec gustu mordens, superuacua est. Nostrates Oleæ
syluestriq́; similem lachrymam sudant, quæ commodè ad oculo
rum hebetudines illinitur, cicatrices albuginesq́; illitu emendat,
urinam & menses ciet, cauis dentium impressa, ad dolores ef-
ficax est. Inter uenena scribitur, partus pellit, lepras & impeti-

gines sanat. Appellatur autem Aethiopica & agrestis Olea.

Amurca. CAP. CXIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Αμόργη. Lat. & Off. Amurca. Ital. La Morca dell' Olio

AMurca expressæ oliuæ recrementum est. Decocta in cupreo uase ad craßitudinem mellis astringit, cæteros præbens Lycij effectus: insuper dentium dolori & uulneribus, cum aceto, uino aut mulso commode illinitur: additur in medicamenta ocularia, & meatus inductu suo obstruentia: uetustate meliorem fieri constat. Vtiliter infunditur sedis, genitalium, ac uuluæ exulcerationi. Si uerò cùm omphacino recoquatur ad mellis craßitudinem, cariosos dentes extrahit. Iumentorum scabiem decocto Lupini & Chamæleonte illitu sanat. Cruda & recēti Amurca podagras articulariosq; dolores foueri utilißimum: per uncta in uillosa pelle, & hydropicis imposita, tumoris molem reprimit.

Annotatio in Cap. cxvij. cxviij. cxix.

NArbonensis Gallia Oleastris itidē vt Oliuis abundat. Inter Oliuam & Quercū mortalis est inimitia. Emoritur Oliua Quercui applantata. Gomma syluestrium aut Aethiopicarum Oliuarum, & si ad multa sit vtilis, nostro tamen tempore vsu desiit, nec sane notum est colligatur necne. Amurca olei, teste Catone, calci mixta inducendis officinis quæ pannos sericeos contineant vtilis est. Araneas enim aut tineas, aut quosuis vermiculos non sustinet, & ab humore muros tuetur.

Quercus, Glans, Fagus, Ilex. CAP. CXX.


NOMENCLATVRA.

Gr. Δρῦς. Lat. & Off. Quercus. Ita. Quercia. Gal. Chesne.

Quer



Quercus.



Viſcum quercinum.

QVercus omnis adſtrictoriam uim habet, præſertim liber qui cortici & ligno intercedit: quinetiam tunica putamini glandis ſubiecta. Decoctum ex ijs datur dyſentericis, cœliacis, ſanguinem excreantibus. Trita in peſſo, fœminis fluxione uuluæ laborantibus ſubijcitur. Glandes eoſdem effectus exhibent, urinam ciunt, capitis dolorem & flatus in cibum ſumptæ pariunt, reſiſtunt eſitatæ uenenatorum ictibus. Decoctum earum & corticis cum lacte uaccino potum, prodeſt cõtra toxica. Intritæ crudæ, inflãmationes illitu leniunt: ad duritias quas caroëthe uocant, & malefica ulcera cũ ſalſa axũgia cõueniũt. Ilignæ glandes uiribus Quercus antecellũt. Fagus & Ilex, Quercus generi aßignãtur, & cõſimile munus obeũt. Ilignæ radicis cortex cũ aqua coctus dũ mollitus intabeſcat, & tota nocte

illitus, denigrat capillos, prius Cimolia terra purgatos. Folia omnium tusa & trita tumoribus prosunt, & imbecillas membrorum partes corroborant.

Aqua è Quercus frondibus, tum cum primum prodeũt tenerrimis per Alembicum distillata, potu sanat fluxus hepaticos, lapillos renum comminuit, & albis mulierũ fluxionibus medetur. Fagi folia commanducata, labra & gingiuas ægras sanant. Ex adusti Fagi cinere linimentum fit ad extrahendos è renibus lapillos. Habet id carbo Ilicis ut caput non offendat. Quercus Ricini, ijs similes quos sylueſtres Rosæ producunt, ſicci & in puluerem redacti potenter aſtringũt, & ob id omnibus corporis fluxibus commodant, & aliàs vbi reſtrictione eſt opus.

Caſtaneæ. CAP. CXXI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Καςανα. *Lat.* Caſtaneæ. *Ital.* Caſtagne.
Gal. Chataigne. *Off.* Nuces Caſtaneæ.


Caſtaneæ.

Sardianæ glãdes, quas aliqui Caſtaneas, aut Lopima aut glandes Iouis appellant, adſtringunt, similesq; effectus præbent, præſertim tunica quæ carnem & corticem media intercuſat, caro his qui ephemerum biberunt, conueniens eſt.

Caſtaneæ manducatæ liberalius dolorem capitis inducũt, flatus generant, obſtipãt corpus, & ægre digeruntur. Sed quæ torrentur ſub cinere, tollũt quippiã de nocumẽto, ſi poſtea cũ Pipere & ſale aut cũ Saccaro manducentur. Reuera quamuis nutriant corpus, tamen bonæ non ſunt.

Galla

Galla. CAP. CXXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κηκίς. *Lat. Galla.*

Gal. Noix de Galle.

Galla fructus est Quercus. Aliqua Omphacitis appellatur parua quidem, sed tuberosa, solida, nullo foramine peruia: altera plana, leuis, perforata. Eligi debet Omphacitis, quæ efficacior est: Vtriusque uis uehementer astringere. Tritæ excrescentia in carne, fluxiones gingiuarum & uuæ, atque oris ulcerationem cohibent. Nucleus dentium cauernis inditus dolorem sedat. Crematæ carbonibus donec igne flagrent, & uino aut aceto aut acida muria extinctæ, sanguinem supprimunt. Decoctum quibus insidere expedit, efficax est, & contra uuluas procidentes, fluxionesque: capillos denigrant, aceto aut aqua maceratæ, dysentericis cœliacisque cum uino aut aqua tritæ conuenienter illinuntur, aut bibuntur: obsonijs addi debent, aut integræ in aqua præcoqui, in qua nonnihil excoquendum est, quod his affectibus conferat. In summa, his utendum ad astringenda, aut siccanda quæ opus sunt.

Galla in pediculis vt glans nascitur. Proueniunt & in folijs glandes, quæ aquosiores, statim vt deciderint, flaccescunt. Galla Omphacites medicamentum est potenter acerbum, & maiori ex parte terrestris & frigida, & cum ea facultate disiccat & repercutit fluxus: astringit etiam, & membra luxata & languida in priorem habitum restituit. Grandis Galla desiccat, sanguinem vsta restingit.

Rhus. CAP. CXXIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ῥοῦς. *Lat. Rhus. Ital. Rhoe.*

Gal. & Off. Sumach.

Rhus quæ obsonijs aspergitur, ab aliquibus Erythros appellata, semen est coriarij fruticis, sic uocati, quoniam corio-

rum infectores eo utãtur ad inspissandas pelles, arbuscula in petris nascens, binum cubitorum altitudine, folijs oblongis, subrubentibus, in ambitu serratis, acino uuarum gracilium denso, magnitudine Terebinthi, quadantenus lato, Cuius corticosa tunica perquàm utilis est. Folia uim habent astringẽdi, & Acaciæ effectus præbent. Decoctum capillos denigrat. Dysentericis infunditur, & in potus eorum insessusq; adijcitur. Instillatur auribus purulentis, gangrænas & pterygia cohibent folia, ex aceto aut melle illita. Liquamentum fit ex aridis folijs, ad craßitudinem mellis in aqua decoctis, ad eadem, ut Lycium, cõueniens Semẽ eosdẽ effectus exhibet. Cœliacorũ dysentericorũq; obsonijs inspergitur: fracta, desquãmata, liuidaq;, illitũ ex aqua, ab inflammatione uindicat: linguæ asperitates cum melle abstergit: candida fœminarum profluuia sistit, hæmorrhoidas sanat cum querno carbone intrito admotum. Aqua in qua semen maduit decocta cogitur, coitq; efficacior ipso semine. Gummi defert quod dẽtium cauis imprimitur, ad dolores finiendos.

RHus cuius fructum Leti similem, Sumach Pharmacopolie vocant, nascitur in Italia in pluribus Apennini locis, cum notis omnibus quas ei tribuit Dioscorides. Fructus & succus Rhois plurimum in se austeri habent, & ideò desiccant tertio, & infrigidant secundo ordine.


Palma. CAP. CXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. φοίνιξ. *Lat. Palma.*

Gal. Palmier. *Of. Dactyli.*

PAlma in Aegypto gignitur. Ea medio maturitatis uigore, autũno decerpi solet, Arabici Myrobalani similis, Pomatis cognomine, colore uiridi, & odore mali Cotonei, quod si ad maturitatem peruenire sinatur, Phœnicobalanus fiet. Palma acerba est & adstringẽs. Contra alui fœminarumq; profluuia, in uino austero bibitur, hæmorrhoidas sistit, uulnera glutinat illi



Palma.

nat illitu. Phœnicobalani recentes plus siccis adstringũt capitũ dolorẽ afferũt, copiosiores in cibo inebriãt: sicciores sanguinẽ excreãtibus, stomachicis & dysentericis utiles in cibo: illinũtur cũ Cotoneo & cerato œnathino uesicæ uitijs. Cariotæ præsertim esu, faucium asperitati medẽtur. Thebaicarum decoctũ potu æstuationem sedat uires recreat cum hydromelite ueteri sumptũ, cibo idem faciũt Fit ex eis uinũ ad eadem conueniens. Decoctũ per se potu & gargarisatione magnopere astringit, & cohibet. Nuclei palmarum, cæterorum more cremati in crudo fictili, & uino restincti, cinere loto, Spodij uicẽ efficiunt, miscenturq́ in Calliblephara. Quòd si non iustã ustionẽ acceperint, denuò cremandi. Vim adstringendi habent, & spiracula cutis obductu suo claudunt. Contra oculorum uuã & pustulas, palpebrarum defluuia, cũ Nardo effectum præbent, corporis excrescentias cum uino reprimunt, ulcera ad cicatricem perducunt. Sed inter primas utiles ex Palmis humilibus Aegyptiæ.

Palma, elate. CAP. CXXV.

NOMENCLATVRA.

Gr. φοίνιξ ἐλάτη. Lat. Palma. Elate. Ital. Corteccia della Palma. Gal. l'Escorce du Palmier.

Palma, quam aliqui Elaten aut Spatham appellant, fructus Palmarum adhuc florentium, inuolucrum est calixq́ quo in spissamenta unguentarij utuntur. Optima habetur odorata, astringens, ponderosa, præclusa, intus pinguis. uis ei adstrictoria. sistit ulcera quæ depascunt. laxatos artus cōmittit. trita miscetur cataplasmatis & malagmatis, prodest præcordijs, imbecilli stomacho, & iocinori affecto mista cōferentibus cataplasmatis. Eius decoctum subinde detersum, capillos denigrat, datur bibendum congruè, renum, uesicæ, & uiscerum uitijs: uuluæ ac uentris fluxiones sistit, scabiem cum resina & cera sanat, si uiginti diebus recens apponatur. Inuolutusq́ in ea Elate fructus, quem suo amplexu fouet, Elate etiam uocari solet, & ab aliquibus Borassus. Adstringit, & Spathæ effectus præstat, non sic unguentis expetitus. Alba medulla caudicis recens in cibo, aut decocta, eadem facit quæ Borassus.

Annotatio in Cap. cxiiij. & cxv.

Palmæ fructus paruuli hodie Caryotæ, & olim Dactyli vocabātur. E Syria, Venetijs afferuntur, & Neapoli ex Africa & Barbaria. Palmam habet Italia, sed fructum non producit. In Hispania fructum procreat, sed perfectam maturitatem non attingit. Ad hanc perueniūt vtcunque fructus Palmæ Cretensis: at his nihil deest quæ in Cypro proueniunt, palmula quas Nicolaos vocat Plinius quatuor cubitorū lōgitudinem æquant. Distillat ex Indianarum Palmarum trunco & ramis, liquor quo incolæ vice vini vtuntur. Hoc ita conficiunt. Arbore mense Augusto ab incolis inciso, liquor statim defluit quem certis suis vasis excipiunt, hunc decoquunt (Quippe si non coquatur, vltra tertium diem vigorem non extendit, quin fortissimum fit acetum) eo quo nos mustū, sapæ conficiendæ modo: deinde fit suauissimum mel, quod postea in aqua dissoluunt, & dierum viginti spacio certa quadam ipsorum solertia id percolant, quousque probè fæce purgatum, & benè clarum euadat, ac indè suauissimum euadit in vinum, quod diu asseruetur.

Malum

Malum punicũ. CAP. CXXVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ῥόα. *Lat. Malum Punicum. It. Pomo Granato.* Gal. Grenadier. Ger. Granatopffel.

M*Alum Punicũ omne boni succi est, stomacho utile, perexiguum sufficiens alimentum. Dulcia stomacho utilio-*
i habentur, sed aliquantulum in eo calorem gignunt, inflatio-
es pariunt, unde in febri abdicantur. Acida adstringunt, æstu-
nti stomacho auxiliantur, & multò magis contrahunt, ac uri
am cient, ora gingiuasq́ lædunt. Vinosa uerò mediam sortiun-
r naturam. Nuclei acinorum acidi Punici in sole siccati et ob
nÿs insparsi, concoctiuè, fluentem aluum stomachumq́ sistunt:
elesti aqua madescunt, bibunturq́ commodè sanguinem ex-
eantibus: ad desessus dysentericorum, fœminarumq́ fluxione
ulua laborantium utiles sunt. Expressus nucleorum succus co-
uitur cum melle, ad oris, uirilitatis, & sedis ulcera, nomas, re-
uias, & ea quæ in corpore extuberant, aurium dolores &
rium uitia, præsertim acidorum. Huius flores Cytini uocan-
r, qui adstringunt, siccant, cohibent, sanguinolenta glutinant,
as Punicum, præstant utilitates. humida gingiuarum uitia mo
tesq́ dentes decocto colluuntur: herniam prolapsu intestini e-
mpentem cataplasmate repellunt. Memoriæ tradunt, qui tres
am minimos Cytinos deuorauerit, nullã eo anno lippitudinẽ
surum. Eliquatur Hypocistidis exemplo. Malicorium, asperũ
mali Punici putamẽ, quod aliqui Sidion appellant. Id spissan-
uim habet, & quos Cytini, præbet usus. Decoctum radicis
u latas uentris tineas pellit, & easdem euocat. Balaustium
uestris Punici flos est, Cytino similis, cuius cõplura genera re-
iuntur, candidum, fuluum, colore rosaceo: succus ex eo expri

mitur, Hypociſtidis modo, cui adſtrictoria uis ineſt, eadem facies quæ Hypociſtis & Cytinus.

PVnica mala à contentis multis in ſe granis, Granata vocantur. Quæ acida erunt in dulcia vertentur, ſi eorum radici porcinum, humanum ve letamen cum vrina multis aſſeruata diebus appoſueris. Squilla arbori applantata, facit ne fructus in arbore diſſindantur. Seruatur mala Punica contorto in arbore pediculo. Pariter ſi creta inducas cũ aqua temperata, & poſtea ſiccanda ſoli exponas. Idem facies ſi aquæ bullienti immerſeris, & tum per octo aut decem dies deſiccaueris ad ſolem. Cytinus Dioſcoridi, mali Punici domeſtici flos eſt: Balanſtium, flos eſt quem ſylueſtris producit. Cytinus Plinio, Punici mali tam domeſtici quam ſylueſtris flos eſt, modo non ſit apertus: Balauſtium, vtriuſque flos, qui apertus ſit. Optimi domeſticorum flores purpurei, flammei, & viuidi coloris. Venetijs hodie ex Oriente, Cypro, & Candia afferũtur, viſui admodum grati, & ſingularis in ſua facultate efficaciæ: at ſuo Itali artificio ſic ea prodire cogunt, vt nihilum cadant extraneis. Sidion Græcis, Malicorium Latinis, mali Punici cortex eſt immaturus.

Myrtus. CAP. CXXVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Μυρσίνη. *Lat. Myrtus. Ita. Mirto. Off. Myrtilli* Gal. Du Murte.

MYrtus ſatiua nigra utilior eſt medicinæ, quàm candida, & in hoc genere multò magis montana, ſemen tamen imbecillius parit. Vis & Myrti & ſeminis adſtringit. Semen uiride aut aridum in cibo datur ſanguinem excreantibus, & ueſicæ eroſionibus. Succus uirentibus baccis expreſſus, eoſdem effectus exhibet, ſtomacho utilis, urinam cit: prodeſt contra phalangij morſum, & ſcorpionis ictus, in mero. Seminis decoctum capillum tingit. Ius decocti in uino ulcera in extremis membris nata ſanat, oculorum inflammationes illitum cum polline polentæ lenit, contra ægilopas illinitur, crapulam arcet præſumptum uinum, quod ferueſacto aliquantum eius ſemine exprimatur,

aliàs

liàs enim acorem contraheret. Præstat idem seminis effectus, utile procidentiæ uuluarum in dessessionibus, sedis uitijs, & fœminis fluxione uuluæ laborantibus, purgat surfures, ulcera capitis manantia, atque eruptiones papularum fluentes continet: additur quoque in medicamenta, quas liparas uocant, uti oleum quod ex folijs eius factum est. Decoctum foliorum ad desessiones balnearum conuenit, & contra laxatos artus, & malè solidescentes: eo fracta ferruminationi repugnantia utilissimè fouentur, uitiliginem emendat, purulentis auribus infunditur, & capillos denigrat. Succus eadem efficit. Trita folia & ex aqua illita humidis ulceribus & partibus omnibus fluxione laborantibus, cœliacisq; prosunt: & admisto Omphacino oleo, aut exiguo Rosaceo cum uino, ad ulcera serpentia, ignem sacrum, testiũ inflammationes, epinyctidas, & condylomata. Arentium foliorum farina utiliter inspargitur paronychijs, pterygijs, & cõtra alarum feminumq; perfusiones, cardiacorum sudores cohibet. Folia cruda seu cremata cum cerato, ambustis, paronychijs, pterygijsq; medentur. Exprimitur folijs succus adfuso uetere uino aut aqua cœlesti, cuius recentis usus est, nam exiccatus planè cariem sentit, & uires amittit. Myrtidanum dicitur, adnatum inæquabile, uerrucosum, intumescensq;, & concolor, quod perinde quasi manus, Myrti caudicem amplectitur. Magis quàm Myrtus astringit. Tusum addito austero uino reponitur, coactumq; in pastillos siccatur in umbra: multò efficacius & folio & semine, cerato, pessis, insessionibus, cataplasmatis admistũ, ubi astringuendum aliquid est.

MYrti domesticæ vtraque species, & syluestris itidem, in tota maris Tyrrheni ripa, in Genuensibus, & Romanis fluuijs, in omni Neapolitano regno, naturà abundè prouenit. Omniũ flores albi sunt et odoriferi, perplacetque vnguẽtarijs aqua ex ijs alẽbico distillata. Albæ et nigræ Myrti domestici, baccas ferũt oblõgas, ferè similes oliuis syluestribus, sed maiores. Redactis in puluerẽ frondibus & semine baccarũ Myrti,

ti, ijs succurrit qui Fungos maleficos manducarint. Myrtidanum re nota est, & vulgaris vbi nascuntur Myrti. Fit à mulieribus. Italis fructibus recentibus & maturis, & exactè molitis conditum, quo diu aceruatur, ac gustui non iniocundum est, si cum tostis carnibus eda tur. Confert etiam fluxionibus dysentericis & stomachicis, & supe fluis feminarum mensibus. Myrtus è diuersis composita substantijs, vi centem in se habet qualitatem frigidam & terrestrem. Quinetiã sub tilium est partium, & calida: & ob id potenter desiccat.

Cerasia. CAP. CXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. κέρασις *vel* κεράσιον. *Lat.* Cerasus. *Ita.* Cirego. Gal. Cerisier.



Cerasia.

Cerasia aluo utilia sun si uiridia sumantur, ea dem siccata, illam sistunt. Gummi quod Cerasi resuda runt, cum uino diluto, tussi uetustæ medetur, colorem commendat, uisum exacuit, appetentiam inuitat: idem ex uino potum, calculosis au xilio est.


Cerasia è Ponto primum in Italiam aduecta, cum Lucullus victoria contra Mithridatem potitus est, multorum sunt generum, quæ secundum species, vsus itidem in medicina variant. Nullo alio letamine gaudet Cerasia, quam suo ramorum putamine, quos circa radicem insodere, dein terra operire oportet. Cerasia præcoquos edunt fructus, quibus calx radici, non dum editis floribus circumpanditur.

Siliqua

Siliquæ. CAP. CXXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. κεράτια. *Lat. Siliqua. Ita. Carobe vel Carobole.* Gal. Carouge. *Off. fructus Xilocaracta.*



Siliquæ.

Siliquæ recentes stomacho aduersantur, aluum soluunt: eædem siccatæ sistũt, stomachoq́ utiliores fiunt, urinam ciunt: sed præcipuè, quæ uinaceis condiuntur.


Siliquæ Latinis, Ceratia Græcis, quod cornibus similia sint, nomen acceperunt. Abundè in regno Neapolitano & tota via Appia visuntur. Florent in ipso statim initio & fine veris, fructum itidem ferunt tota æstate, & per omnem autunum. Cum primum ex arbore leguntur, prorsus ingrati sunt, & gustui horrifici, at sicci dulces enadunt, & summè grati.

Mala. CAP. CXXX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Μηλέα. Μῆλον, *Lat. Malus. Malum. Prior dictio arborem, secunda fructum designat. Ita. Mela.* Gal. Pommes.

Folia


Mala Cydonia.

Folia, flores & germina cùm omnis Mali, tũ maximè Cotoneæ, adstringunt. Pomis acerbis adstringendi uis inest, maturis uerò longè secus. Ex ijs uerna bilē gignunt, neruos omneis lædunt, inflationes pariunt. Cotonea stomacho utilia, urinam cient, uerùm tosta mitiora habentur: prosunt cœliacis, dysentericis, purulenta extußientibus; cholericis, præsertim cruda. Maceratorum liquor, commodè in stomachi aut uentris fluxionibus potui datur. Succus crudorum assumptus orthopnoicis salutaris est. Decocto fouentur uuluæ, & sedes si procidant. Cotonea quæ melle condiuntur, urinam mouent: mel autem sibi constringentem illorum uim & inspissantem ascîscit: quæ cum melle coquuntur, stomacho atque ori gratiora sunt, sed minus inspissant. Cruda cataplasmatis adijciuntur, ad cohibendam aluum, aut si stomachus æstuet, aut in uomitiones effundatur, ad mammarum inflammationes, præduros lienes, & condylomata. Fit uinum ex ipsis tusis expreßisq́; sed quò perduret, quindecim sextarijs succi unus mellis adiungitur, alioquin in acorem degenerat. Prodest ad omnia quæ dicta sunt. Fit & oleum ex ijs, quod Melinum uocaui-mus, quo utimur quoties astringenti oleo est opus. Eligi oportet uera, quæ sanè sunt rotunda, parua, & odorata: quæ uerò Struthia dicuntur, magna quidem sunt, sed minus utilia.

Flos



Persica.

Flos & uiridis & siccus cataplasmatis imponitur, ijs conueniens quæ astrictionem desiderant, inflammationibus oculorum, reiectionibusq; sanguinis, contra citam aluum, & mensium impetus, in uino bibitur. Melimela uentrem molliunt, & ab eo animalia expellunt, stomacho negotium exhibent, æstuosa. Ea multis dulcia Mala uocantur. Epirotica Mala, quæ Latinè Orbiculata dicuntur, stomacho utilia, sistunt aluum, urinas euocant, Malis tamen Cotoneis inualidiora. Syluestria Mala similia sunt
ernis, & adstringunt. Sanè in hunc usum immatura omnia
us sunt. Persica Poma matura tam stomacho quàm uentri
ilia sunt: acerba aluum cohibent, sed sicca uehementius:
ecoctum è siccis alui stomachiq; fluxiones sistit. Arme-
aca, quæ à Latinis præcocia dicuntur, minora sunt supradi-
is, & stomacho utiliora. Medica Mala aut Cedromela,
uæ Latini Citria uocant, nemini non cognita. Arbor ipsa om-
bus anni temporibus pomifera, alijs deciduis, alijs subna-
entibus. Malum oblongum est, rugosum, colore aurum imi-
ns, cum grauitate odoratum, semen habet Pyri. Id in uino
tum uenenis resistit, aluum mouet, oris suauitatem commen-

dat

dat, decocto eius colluto, aut succo. Estur in malacia mulieribus, uestiarijs impositum ab erosionis uitio uestes uindicare existimatur.

Tam multæ sunt Malorum differentiæ vt nulla non regio, nulla vrbs, nullum oppidum, nullum castellum sit, quod non priuã quãdam suam aut originem, aut insitionem ostentet. Infiniti ea de re sit operis, species omnes describere. Nota omnibus Cydonia: Melimela a melleo dulcore nomen sortita sunt. Quid Epirotica mala sint, ignoramus. Agrestia Mala & vbiuis nascuntur, & suas & diuersas habent species. Persica Mala, & ex earum genere Armeniaca que Abricoca vocant satis nota sunt. Medica mala, Cedromela, Citria, ouali forma sunt, læta carne, succo acetoso, cortice citrino: hæc ne putrefiant in Hordei aceruo sepeliuntur. Virtutem habent in venena omnia & præcipuè illorum semen. Limones, Aurentia in Medicorum Malorum genus cadunt. Aqua quæ per vitreum alembicum è Limonibus educitur, præter id quod feminarum faciem expolit & erugat, impetiginem sanat: infusa Syrupus, ardorem febrium compescit. Pota pueris, vermes necat.

Pyra. CAP. CXXXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἄπιος. *Lat. Pyrus. Ita. Pera.*
Gal. Poirier.

Pyrorum multa genera, quæ tamen omnia astringunt: proinde adduntur conuenienter in repellentia cataplasmata. Decoctum è siccis, & cruda ipsa aluum sistunt, ieiunos esitata lædunt. Achras Pyrastri genus est, quod tardißimè maturescit. Vim Pyro astringentiorem habet, & ad eadem conuenit. Stringunt etiam eius folia. Ligni Pyrorum cinis efficaciter his auxiliatur, quos Fungi strangulant. Aiunt Fungos, si syluestria Pyra cum eis coquantur, innoxios fieri.

Pyrorum

PYrorum itidem vt malorũ infinitæ differentiæ sunt, quarũ facultates è sapore & gustu deprehẽdemus. Pyra stomacho grata sunt, & desiccat. Plus astringunt syluestria, ideò in fluxibus valẽtiora domesticis

Mespilus. CAP. CXXXII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Μέσπιλον. Lat. Mespilus. Ital. Naspolo. Gal. Meslier.

MEspilus, q̃ à nonullis Aronia uocatur, spinosa arbor est, folio Oxiacanthæ fert pomũ suaue, exiguũ, tribus intus ossiculis qua ex causa id nõnulli Tricoccõ appellauerẽ: tarde maturescit, esu astringit, stomacho gratũ est, aluũq́ supprimit. Alterũ Mespili genus in Italia nascit̃, quod alq Setaniũ, alij Epimelida uocãt. Arbor folijs mali, sed minoribus, pomũ fert rotũdũ, esui, umbilico latiore, quod astringit, seroq́ maturescit.

MEspillũ tricoccũ ea est arbor quã Itali Azarolo nominãt. Porro Oxiacãthæ reposuimus, qđ Azarolo Apij folia habeat, & Pyracãtha buxi quæ sibi nõ cõuenire nullus nõ videt. At Oxiacãtha Theophrasti testimonio apij folia habet, pinde cõueniẽtius legetur folio Oxiacãthæ. Epimelis vel Sitaniũ vulgo nota sũt. Epimelides autẽ nominãtur q̃ iuxta syluestria mala adnascãtur: Vnedones, qđ nisi vnũ nullus deuorare poßit priusquam mollescat, adeò fauces astringit. Vnedonis hæc vox efficit Galeno, vt Mespillo arbuti vicia tribueret, qđ sanè vẽdicare nõ possumus, nisi dicamus de alio eũ Mespillo quã Dioscoridẽ intellexisse.

Lotus arbor. CAP. CXXXIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Λωτός. Lat. Lotus. Ita. Loto. Gal. Alisier.

LOtus arbor est uastæ magnitudinis, ferẽs baccã Pipere maiorẽ, dulcẽ, cibis gratã stomacho facilẽ. Aluũ sistit baccis. Ramẽtorũ ligni decoctũ siue potu, siue infusione, dysentericis ac fœminis fluxione uuluæ laborãtibus auxilio est, rufat capillos, etiam aluum cohibet.

Lotus arbor, quam latini Celtim & Fabã græcã (vt quidã volũt) nominãt, Gallis cũ suo fructu notißima est: nõ multũ astringit, at è subtilibus partibus composita, desiccatoria est, & ob id rasura ligni valet ad fluxus menstruos, ad dysenteriam, & fluxus stomachales. Coquitur ad eũ effectũ modò in aqua, modò in vino, vt res exiget, & non tantũ per clysterem infundetur, sed ipsa etiam decoctio bibetur.

Cornus. CAP. CXXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κρανία Lat. Cornus. Ital, Corniolo. Gal. Corneillier.

Cornus dura arbor est, baccas ferens Oliuæ modo oblõgas, quæ primũ uirẽt, dein per maturitatẽ rubescunt, aut ceræ colorẽ repræsentant. In cibo astringũt, profluuio alui atq; dysenteiræ salutares, siue in edulio, siue in defruto exhibeantur. Muria, ut oliuæ cõdiũtur. Sanies quã uirẽtia folia torrẽdo resudarunt, impetigini conuenienter illinitur.



Sorba.

Theophrastus Cornũ marẽ & fœminã facit ac suas cuiq; dotes aßignat. Cornus vicinas apes nõ sustinet, cõmoritur enim statim vt flores illæ descerpserint, fit è pulpa fructuũ, mixtio Cydoniatæ similis, & ex eorũ decoctione Gelata cũ Zuccharo, quæ præter id quod gratæ sunt gustui, proficiũt etiã fluxionibus dysentericis, & redũdantibus mensibus.

Sorba. CAP. CXXXV.

NO

NOMENCLATVRA.

Gr. οὖα. Lat. & Ital. Sorba. Gal. Cormes.

Sorba colorẽ luteũ referẽtia prius quã maturescát, dissecta & sole siccata mandũtur, ut aluum sistát. Eadẽ est functio molitorũ farinæ, si polentæ loco sumatur quod & decoctum eorum in potu præstat.

Sorba duorũ sunt generũ. Nã aut rotũda, & alijs dulciora, & sapidiora sunt: aut oblõga paruorũ Pyrorũ in morẽ, prædictis asperiora & rudiora. Præter hæc sunt & syluestria gustu nõ ingrata & quæ plus astringunt, si immatura desiccentur.

Prunus. CAP. CXXXVI.

NOMENCLATVRA.



Prunus

Græ. κοκκυμηλέα. Lat. Prunus. Ita. Susino. Gal. Prunier.

Prunus arbor est nota, cuius pomũ estur, sed stomachum male habet, aluum mollit. Syriaca Pruna & præcipuè quæ Damasci gignuntur, exiccata stomacho utilia sunt. aluũ astringunt. Folia Pruni in uino decocta collutione & gargarizatu uuam, gingiuas, & tonsillas fluxione laboranteis reprimunt. Præstant idem syl-

uestrium Prunorum baccæ, post maturitatem exiccatæ. Cum sapa uerò decoctæ, stomacho utiliores redduntur, aluúmque magis astringunt. Gummi Prunorum agglutinat, potum in uino calculos comminuit, ex aceto quoque illitum, lichenas infantium sanat.

PRunorum itidem vt Malorũ & Pyrorum multæ sunt differẽtiæ, & varij è qualitate effectus. Sunt Pruna virilia, rubra, alba, crocea, purpurea, grossa, media, parua, dulcia, acetosa, mediocris saporis, dura, fragilia, longua, rotunda, oualia. Pruni fructus soluit corpus: plus tamen recens, quam siccus. Damescena aluum soluunt, & astringunt. Sic enim corpus soluunt, vt semper stipticum reliquant, quod idem faciunt Tamarindi, & Myrobalani.

Arbutus. CAP. CXXXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κόμαρος. *Arbutus. Ita. Arbuto.*

Gal. Arroches.

ARbutus siue Vnedo, arbor est Cotoneæ malo non dißimilis, tenui folio, cuius fructus Pruni magnitudinẽ implet, nullo intus nucleo, huic Memæcylo cognomen est. Maturus aut flauet, aut rubescit, in esu acerosus, stomacho aduersatur, capitisq́ dolorem mouet.

ARbutus in Italia abundè prouenit, sed quod Dioscorides dicit, Cotoneæ malo similem esse, id ad proceritatem potius referendũ, quã ad frondes aut corticem. Arbuti enim frõdes similes sunt Laurinis & Ilignis, nisi quod è viridi flauescunt. Cortex è nigricante rubescit, rudis & squamosus plus tamen rubescit & læuis est in ramis. Floret sub æstatis finẽ, flore albo paruarum campanarum specie, adsabrè in oblongos racemos extructo. Foliorum aqua per alembicum extracta cum osse cordis cerui, mirũ in modũ in pestẽ cõducit, præcipuè antequã cõfirmetur.

Amygdalæ. CAP. CXXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀμυγδάλη. *Lat. Amygdala. It. Le Mandole.*

Gal. Amendes. Off. Latino nomine.

Amyg



Amygdalæ

*A*Mygdalæ amaræ radicũ tritarũ decoctũ, uitia cutis in facie corrigit, illitæ nuces idem munus præstãt: mẽses admotæ ciũt, capitis dolori auxiliantur, illitæ frõti aut tẽporibus cũ aceto uel rosaceo, epynictidas sanãt, ex uino itẽ putrescẽtia ulcera, & quæ serpũt, & morsus canũ cũ melle: earũ autẽ esu dolores finiũtur: Aluum emolliũt, somnũ faciũt, urinã ciẽt, cõtra sanguinis reiectiones cũ amylo assumũtur. Renũ uitijs & pulmonũ inflamationibus ex aqua in potu aut eclegmate cũ resina Terebinthina dãtur. Calculosis difficiliq; urinæ in passo auxiliantur, & illinctu cũ melle & lacte, hepaticis, tußi, & inflationibus coli, nucis Auellanæ magnitudine. Quinis septenisúe præsumptis ebrietatẽ nõ sentiũt potores. Vulpes si cũ quadã esca eas uorauerint, emoriũtur. Gummi eius calfacit & astringit: reijciẽtibus sanguinẽ, potũ auxilio est: impetigines quæ summũ corpus occuparũt, illitũ cũ aceto tollit, tußi uetustæ cũ diluto uino potũ medetur, calculosis cum passo bibere prodest. E nucibus Græcis, dulces cibo idoneæ: sed multò minus ualẽt in remedijs, quàm amaræ: attamẽ extenuãt, urinã ciũt. Recentium esu cum suo putamine, stomachi uitia emendatur.

AMygdalæ dulces sunt, aut amaræ. Eæ calidiores sũt & valentius desiccãnt. Amygdalæ quantum velis dulces, de amarore tamen occultato dulcore aliquatũ participant, quod processu tẽporis agnoscitur.

Pistacia. CAP. CXXXIX.

NOMENCLATVRA.


Gr. πιςακία. *Lat. Pistacia. Ital. Pistachi.* Gal. & Off. Fistici.

Pistacia, quæ cõstat in Syria gigni pineis nucibus similia sũt & stomacho amica. Trita cum uino contra serpentium ictus prosunt siue edantur, siue bibantur.

Vitellius Censor Syriæ legatus, sub prima Tyberij Cæsaris tẽpora, Pistacia in Italiã intulit. Pistaciorũ plãtæ Venetijs visuntur, Caietæ, & Neapoli. Pistacia maturãt, leniũt, resoluũt, cõferũt putridæ pulmonis humiditati, puri pectoris, & tußi. Stomachũ, vellicãt, non prius in aquam infusa.

Nux iuglans. CAP. CXL.

NOMENCLATVRA.


Nux iuglans.

Gr. κάρυα βασίλικα. *Lat. Nuces iuglãdes. Ita. Noce.* Gal. Noix.

Nuces iuglãdes quas nõnulli Persicas uocant sunt difficiles cõcoctu, stomacho inutiles, biliosæ capitis dolorẽ inferẽtes, tußiẽtibus inimicæ, & uomituris ieiunis in cibo aptæ, cum Ruta uerò & ficis præsumptæ, & à summo cibo, uenenis resistũt: nec minus si à ueneni haustu comedantur: largius esitatæ tineas latas pellũt. Illinuntur mammarum inflammatiõi, abscessibus, luxatisq; cũ mellis

lis exiguo & Ruta: cũ Cepa autem, sale & Melle, canis hominisq; morsui proficiũt: tormina, cum calyce suo perustæ, & umbilico admotæ, sedant. Putamẽ combustum tritumq; in oleo & uino, infantium capite perunctо, nutrit capillum, alopecias replet. Sistunt menses nuclei usti, si triti ex uino admoueantur, iidẽ è ueteribus, illiti carbunculis, gangrænis & ægilopijs medentur alopecijs commanducati & impositi præsenti sunt remedio. Nucibus tusis Oleum exprimitur. Recente stomacho innocentiores sunt ut potе suauiores, itaq; Allio mistæ eximunt acrimoniam, liuores in corpore illitu tollunt.

NVx simpliciter, Nux Regia, Iuglans, Glans Iouis, Nux Persica, idem sonant, nempè arborem satis cognitam. Siccæ Nuces astringunt, virides & recentes nullam ostendunt facultatem quæ oleosa sit, & astrinctoria. Indicæ nuces calidæ sunt secundo ordine, humidæ primo. Sumptæ in cibo stomachum grauant, & prauum alimentum generãt.


Nuces auellanæ. CAP. CXLI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Λεπτοκάρυα. Lat. Nuces auellanæ.

Ital. Nocciuolle. Gal. Noysettes.

NVces auellanæ, quas & Leptocarya uocant, stomacho infestæ sunt: ipsæ tamen tritæ, & in aqua mulsa potæ, tussi ueteri medentur: tostæ & cum exiguo Piperis potæ, destillationem concoquunt. Crematarum cinis cum axungia aut adipe ursi perunctus alopecijs capillum reddit. Aiunt nonnulli usta earum putamina, & in cineris speciem redacta, cum oleo, cæsiorũ oculorum pupillas infantibus denigrare, perfuso sincipite.



Auellana nux. *Auellana ſyluestræ.*

NVces, à Ponto, vnde aſportatæ, domeſticæ ſunt & ſyueſtres. Domeſticarum aliæ oblongæ ſunt, aliæ rotundæ. Oblonguæ, ſuauiores guſtu. Eæ tardius quam rotundæ matureſcunt.

Morus. CAP. CXLII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Μορέα ἢ Συκαμινέα. *Lat. Morus. Ital. Moro.*
Gal. Meurier. *Off. Latino nomine uſurpatur.*

MOrus arbor nota eſt, cuius fructus aluum ſoluit, ſtomacho inutilis eſt, & facilè corruptionem ſentit Hoc idem præſtat Mori ſuccus: decoctus autẽ æreo uaſe atq; inſolatus, adſtringentior redditur. Facit ad fluxiones, nomas, & tonſillarũ inflamatiões, addito mellis exiguo. Sed inoleſcit uis eius adiecto ſciſſili Alumine, Galla, Croco & Myrrha: itẽ myricæ ſemine

Iri,



Morus.

Iri, et Thure. Immatura Mori poma ſiccantur, tuſaq́ acinorũ Rhois uice obſonijs miſcentur, ut cœliacos iuuent. Radicis cortex decoctus in aqua, & potus aluum reſoluit, latas uentris tineas excutit: his quoque auxiliatur, qui Aconitum hauſerũt. Folia trita ex aceto illita, ambuſtis igni medentur, tinguntq́ capillum, uitium & Fici nigræ frondibus ſimul coctis in aqua cœleſti. Succus foliorum cyathi menſura potus, contra phalangiorum morſus auxilio eſt. Ferueſacti corticis & foliorum iure dentes aptiſsimè in dolore colluuntur. Radix circiter meſſem inciſa, facto in ambitu ſcrobe, ſuccũ mittit, qui poſtridie concretus inueniri ſolet. Is in dolore dentiũ efficax eſt. Tubercula diſcutit, & aluum purgat.

MOrus alba et nigra nunc Gallijs cognitæ ſunt. Multo minus aſtringunt, Mora alba, quam nigra, nempè admodum & manifeſtè dulcia, quanuis aliquantum inſipida, Matura Mora ſoluunt corpus, immatura (ſicca) aſtringunt. Manducata ante omnem cibum, ſtatim è ſtomacho deſcendunt, uiam cibis qui ea conſequuntur parant: quòd ſi ab alio cibo edantur, & ſe & alium cibum corrumpent.

Sycomorus. CAP. CXLIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Συκόμορον. *Lat. Sycomorum. Ita. Sicomoro.*
Gal. & *Off. incognita arbos.*

Sycomorum aliqui etiam Sycaminum, id est, Morum, uocant, cuius fructus Sycomorum etiam propter inefficacem gustum appellatur: arbor est magna, fico similis, frondosa, multo lacte abundans, folijs Mori. Pomum ter aut quater anno fert, non ramis, ut ficus, sed caudice ipso, Caprifico non dissimile, dulcius grossis, sine granis interioribus, quod non maturescit, nisi ungue aut ferro scalpatur. Nascitur plurimum in Caria, Rhodo, locisq; non multi tritici feracibus, ubi prouentu fœcundo restibiliq; iuuamentum adfert, cùm annonæ caritas premit. Pomũ aluo utile est, sed perquàm exilem præbet alimoniam. Stomacho aduersatur. Succus primo uere tenera arbore, antequàm fructum ferat, eximitur, lapidis ictu summo cortice desquammato: si enim altiore plaga uioletur cortex, nihil effluet. Spongia aut uellere, lachryma excipitur, quæ siccata & in pastillos coacta, fictili uase reponitur. Vis succi emollit, uulnera conglutinat, discutit collectiones coctioni repugnantes. Bibitur etiam aut illinitur contra serpentium morsus, duratos lienes, stomachi dolores, & perfrictiones, celerrimè teredinem sentit. Gignitur & in Cypro arbor genere distans, quæ cùm sit Vlmus, prædita tamen est folijs Sycomori, fructu Pruni magnitudine, multò dulciore, supradictis cætera similis.

Habet id proprium Sycomorus (propria Aegypto arbos) vt cæsa viridis persistat, nec siccetur, priusquam in aquã immittatur. Hãc Aegyptiam, sed nec Cypriã cognoscimus, ac proindè supersedere satius, quam plura dicere.

Fici. CAP. CXLIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ.

Gr. Συκη. Lat. Ficus. Ita. Ficho. Gal. Figuier.



Ficus.

Fici maturæ recentes stomachum lædunt, aluũ soluunt, sed facile contracta ab eis fluxio sistitur, sudorẽ euocant papulasq́; sitim sedant, calorem restringunt. Siccis natura excalfaciendi, uires alunt, sed sitim magis stimulant. Aluo utiles, rheumatismis uentris & stomachi contraria: gutturi autẽ, arteriæ, renibus, uesicæ, & ijs quos longa ualetudo decolorauit, anhelatoribus, hydropicis, comitialibus aptissimæ. Feruefactæ cũ Hyssopo & potæ, thoracem purgat: tussi ueteri, diuturnisq́; pulmonum uitijs conueniunt: aluum molliunt tusæ cũ Nitro & Cnico, dein manducatæ. Decoctum arteriæ et tonsillarũ inflammationibus gargarizatu prodest. Cum hordeacea farina cataplasmatis miscentur, & in muliebres fotus cum Fœnugræco & ptisana. Cæterum cum Ruta coctæ torminibus infunduntur: coctæ illitæq́; duritias discutiunt, parotidas et furunculos emolliũt, panos ad maturationem perducũt, maximè Nitro, Iri aut calce addita. Crudæ si cum antedictis tundantur, eadem efficiunt: cũ Malicorio, pterygia purgant: cum atramento sutorio, deploratis uere tibiarum fluxionibus, & cacoëthicis ulceribus medentur. Quin et cũ uino decoctæ addito Absinthio et hordeacea farina, utilissi

utilißimè hydropicis illinuntur. Crematæ cum cerato sanãt perniones, prurigines, sonitusq́; si crudæ terantur, & Sinapi liquoreq́; aliquo exceptæ auribus instillentur. Tam syluestris quàm satiuæ Fici lacteus succus coaguli modo lac contrahit, concretumq́; dissoluit, ut acetum. exulcerat corpora, meatus aperit, soluit aluum, uuluam recludit cum detrita Nuce græca potus, menstrua ciet cum luteo oui appositus, aut Tyrrhenica cera: podagricorũ cataplasmatis cum farina Fœnigræci et aceto utilis: lepras, lichenas, uitiligines, uitia cutis in facie, psoras, ulcera in capite manantia, cum polenta expurgat. Instillatus plagæ, percussis à scorpione, uenenatorum ictibus, & rabiosi canis morsibus auxiliatur. Prodest dentium dolori lana exceptus, & cauis eorum additus, uerrucarum informicationes tollit cum adipe, circunlita in ambitu carne. Hoc idem præstat succus è teneris ramis syluestris Fici, qui lacte prægnantes, silente adhuc oculo tusi exprimũtur, & siccatus in umbra reponitur. Et lac & succus imponuntur exulceratorijs medicamentis. Decocti cum bubulis carnibus ramuli ficulni, facilem afferunt decoctionem. Lac efficiunt quod magis soluat, si inter coquendum Ficulneo surculo, spathæ loco, moueatur.

FIcus hodiè trium specierum ab extraneis afferuntur. Flauæ, sparteis corbibus compactæ. Aliæ in cistis, interstratis Lauri folijs. Tertiæ è Maßiliensi prouincia ueniunt minutis & turbinatis sparteis corbibus inclusæ. Paruæ hæ sunt, sed admodum suaues. Caricas peculiare suum habere genus censuit Hermolaus *in corollario. Hæc aperta sunt.*

Grossi. CAP. CXLV.

NOMENCLATVRA.

Gr. ὄλυνθοι. *Lat. Großi. Ita. Fichi großi.* Gal. Les Gros.

GRoßi, quæ Erinei nonnullis uocantur, coctæ, illitæ, strumas nodosq́; omneis emolliunt. Crudæ formicas, uerrucas

cas & thymos, nitro farinaq́ additis, tollunt. Folia eadem possunt. Illita cum sale & aceto ulcera in capite manantia, epinyctidas & furfures sanant: ijs ficosæ extuberationes, & genarũ scabritiæ perfricantur. Nigræ Ficus folijs cauliculisq́ candidæ uitiligines perunguntur: faciunt ad canum morsus, & ulcera quæ ceria, id est, fauos, uocant. Grossi cum syluestris Papaueris folijs ossa extrahunt: furunculos cum cera discutiunt, contra muris aranei morsus, & scolopendræ uenena, cum Eruo & uino illitæ, auxiliantur. Fit ex cinere Ficus tam syluestris quàm satiuæ lixiuium, crematis ramorum cauliculis, quod subinde macerari opus est & inueterascere: siquidẽ inter caustica intelligitur. Gangrænis prodest: nanque expurgat & consumit quæ excrescunt: eoq́ sic utendum est: Spongia assiduè hoc lixiuio imbuta superponitur. Interdum dysentericis, & in fluxiones uetustas, & sinus cuniculatim exedentes, magnosq́, instillari conueniet. Etenim purgat, conglutinat, carne replet, & oras committit, non secus atque emplastra, quæ cruentis uulneribus inijciuntur: enæma uocant. Bibitur ad discutiendum sanguinem concretum, & cõtra præcipitationes, rupta, conuulsa, cum cyatho aquæ recenter colatum, addito olei exiguo. Cœliacis, dysentericis per se cyathus datus prodest, neruorum uitijs, conuulsionibus. Commodè illinitur ex oleo, utpote quod sudores moueat. Aduersus Gypsi potum et phalangiorum morsus bibitur. Hæc eadem præstant reliqua lixiuia, præsertim quernum, omnia tamen adstringunt.

Persea. CAP. CXLVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. περσέα. *Lat.* *Persea.* *Ita.* *Perseo.*
Gal. *Off. ignota.*

P*Ersea arbor est in Aegypto, fructum ferens cibo idoneũ, stomacho utilem, in quo phalangia cranocolapta nomine*

inue

inueniuntur, præsertim in Thebaide. Arida folia in farinam redacta, illitu sanguinis eruptiones sistunt. Arborem hanc prodiderunt aliqui in Perside exitiosam esse, translatamq́; in Aegyptum, mutata natura in cibos receptam.

Persea Aegyptia, non est nostra Persica. Vtraque tamen è Perside educta. Persica in frigidis regionibus prouenit. Persea Rhodi feruenti regione vix florem emittit. Perseam scribit Galenus malignam & venenosam in Perside, asportatam in Agyptum hac malitia defunctã.

Iberis. CAP. CXLVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἰβέρις. *Lat.* Iberis. *Ita.* Iberide. Gal. Chasse rage.



Iberis.

Iberis siue Cardamãtica, folia habet Nasturtij, uere urentiora: caulem cubitalem, aut minorem: in incultis nascitur: æstate lacteum florem promit, quo tẽpore efficacior est. Radices duas Nasturtio similes habet, calfacientes & adurentes. Ipsæ enim ischiadicis cũ salsa axungia emplastri modo utiles, quaternis horis alligatæ, ut dein in balneas descendatur, & postea oleo cum lana locus perungatur.

Cum clarum sit Iberidem idem esse cũ Lepidio, quo dè tractat in sequenti libro, adiectitium hoc caput non iniuria esse videtur. Qui enim acris herba cum arborum serie?

PEDANII DIOSCORIDIS ANAZARBEI, de Medicinali materia, Liber secundus. Ioanne Ruellio Suessionensi interprete.

Adpuncta annotationes doctæ & compendiosæ.

PRAEFATIO.




IN PRIMO, *chariſsime Aree, Libro, quem de medicinali materia condidimus, de aromatibus, oleis, unguentis, arboribus, & naſcentibus ex eis ſuccis, lachrymis, ſeminibusq; diſſeruimus. In hoc autem ſecundo de animantibus, melle, lacte, adipe, frugibus, atque oleribus explicabimus, ſubnexis herbaceis, quæ acri prædita ſunt facultate, utpote quæ cũ ipſis cognatiõe iũcta ſunt: qualia Alliũ, Cepa, Sinapi, intelligũtur. Idq; ideo, ne cognatorũ uires diſiunxiſſe uideamur.*

Echinus, ſiue Erinaceus. CAP. I.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἐχῖνος θαλάττιος. *Lat. Echinus marinus. Ita. Riccio marino.* Gal. Heriſon de mer. Porc eſpic.

Marinus



Marinus Echinus stomacho uentriq; utilis est, urinam cit, huius testa cruda inassata, commodè medicamentis admiscetur, quæ psoras abstergunt, crematæ uerò cinis sordida ulcera expurgat, luxuriantem carnem reprimit. Terrestris Erinacei corium combustum alopecijs cum Pice liquida aptißime illinitur. Aßiccatum corpus, & aceto mulso potum, renum uitijs auxilio est, item aquæ quæ cutem subijt, conuulsionibus, elephantiæ & malè habitis, quos cachectos uocant, uiscerum fluxiones exiccat. Eiusdem iecur fictili solibus excocto arefactũ, ad eosdem usus utilißimè reconditur.

Echinus Marinus spinosus est, rotondus. Echino terrestri cætera similis, nisi quod spinæ nigriores & breuiores sunt. Crustam habet ab aculeis, cochlearum forma, & in huius connexo carnem, partim luteam, partim cæruleam. Cibus est non ingratus gustu, modo vt decet præparetur. Spinis, orbiculatim cõuolutus, pedũ loco graditur, eóque fit vt plerique retritis reperiantur aculeis. Est & aliud maioris genus, quod longius à littore capitur. Hunc Echinometram vocant. Erinaceorum omnium cinis abstergit, digerit, attrahit. Echinus terrestris animal est G[illegible]s cognitum, nunc canino, nunc porcino rictu. Noctu tantũ è latebra prodit. Frigida eius natura, multæque huius superfluitates, nutriendis seruiunt aculeis. Testes habet renibus auium more astrictos, ac

ideò

ideò velocißimus est in coitu. Perterrefactus pilæ in modum sese contrahit, at superuncta aqua, distrahitur, & incedit. Caro eius medicinis, quàm cibis aptior, quippè terrestris, & digestioni non parens. Histrix Africanum & Indicum animal, ex Erinaceorum est genere.

Hippocampus. CAP. II.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἱπποκαμπος. Lat. Hippocampus. Ita. Hippocampo.

HIppocampus marinum animal est exiguum, cuius cremati cinis exceptus, cùm liquida pice aut axungia seu Amaricino unguento illitus, alopecias replet.

INdicat hæc dictio Hippocampus prægrandem Erucam, quod vulgaribus maior sit, ideoq; nihil mirum si hanc exiguum animal vocet Dioscorides. Nam additam (Hippo) dictionem, Græcorum idioma facit. Animalculum est mediocri Gambaro, & corpore & forma simile, preterquam quòd brāchias bifidas non habet, collo & capite oblongo, & in totum colore bruchis adsimile, è nigro rubescens, subq; terram in hortis & campis delitescens ac herbarum & frugum radices edens. Itali Cagne & Orsolane: vt Hippocampos, Fallopa vocant. Hippocampi cinis desiccat & resoluit.


Purpura, buccina, eorumq́ volutæ. CAP. III.

NOMENCLATVRA.

Græ. πορφύρα κηρυξ κίονια. Lat. Purpura Buccina. Cionia. Ita. Porpore Buccine Cionie.

PVrpura usta exiccat, dētes abstergit, excrescētias in carne cohibet, ulcera purgat, & ad cicatricē perducit. Eadē præstant cōcremata Buccina, sed uehemētius urunt. Si quis salis plena, fictili crudo adurat, dentifricio conueniūt, ambustis utiliter illinuntur, quibus solui medicamentū non oportet: nā posteaquā uulnus cicatricē duxerit, ipsum in testæ modū induratum sponte sua decidet. Fit etiam calx è Buccinis, ut in eius mentione de-

monstrabimus. Cionia uocãtur Purpurarũ Buccinorũq́ mediæ partes, circa quas testæ uolumen clauiculatim intorquetur, cremata simili modo, maiorẽ purpuris buccinisq́ facultatẽ urendi consequuntur, quoniã apprimendi naturã obtinet. Buccinorum carnes ori gratæ sunt & stomacho utiles, sed aluũ nõ molliunt.



Purpuræ duræ sunt testæ, & in se liquorẽ illum continenti, è quo superbæ illæ uestes antiquitus fingebatur. Liquorem hunc habent in candida gutturis vena, quæ in mortuis nõ reperitur, sed cum ipso spiritu euanescit idq́; quo viuas caperent, eo artificio piscatores vtebãtur. Est Purpuris lingua digitali lõgitudine ea duritia vt cuiusuis ostraceorũ generis (è quorũ carne pascuntur) testam perforet. Huius rei gnari piscatores, captis in littore ostreis, nassarũ formã è iuncis intextis ostreis, mẽtiebãtur, ac longo fune alligatas in mare proÿciebãt. Tamẽ ostreæ siti pene emortuæ, vt senserãt aquã, statim aperiebãt sese, ad quas accurrẽtes purpuræ vt inde pascerentur, durã illã linguã ostreis inserebãt. Eæ pungi se sentiẽtes, occlusa testa, ac inter duos eius pariẽtes linguã Purpurarũ oppressa, piscatoribus viuas offerebãt. Per quinquaginta dies extra aquã viuunt Purpuræ, sola sua in nutrimentũ saliua cõtentæ, ac statim ab attacta dulci aqua moriuntur. Species purpurarũ sunt Buccinæ, ita nũcupatæ, quod cornu militaris imaginẽ referãt. Maiores sunt purpuræ, cũ longo canalis in modũ rostro, vnde linguã exerũt. Id totũ è spinosis circulis est cõpactũ, & in Buccinis nõ reperitur. Et purpuræ & Buccinæ tot habẽt in dorso circulos, quot vixere annis. Buccinæ solis affiguntur & reperiuntur in scopulis.

Mituli. CAP. IIII.

NOMENCLATVRA.

Græ

Græ. Μυακες. *Lat. Mituli.*

M*ituli laudatißimi in Ponto. Cremati eundem Buccinis effectum præbent: priuatim plumbi more eloti, oculorũ medicamentis tum melle utiles habentur, genarum craßitudines absumũt, albugines purgant, & cætera quæ oculis caliginẽ offundunt. carnes eorum ad canis morsus utilißimè imponũtur.*

Tellinæ. CAP. V.

NOMENCLATVRA.

Græ. τελλῖναι. *Lat. Tellinæ. Ita. Telline.*

R*Ecentes Tellinæ aluo utiles, sed maximè ius earum: salitæ uruntur, tritæq; in cinerem & cum cedria instillatæ, auulsos pilos renasci non patiuntur.*

Chamæ. CAP. VI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Χῆμαι. *Lat. Chamæ. Ita. Chame.*

C*Hamarum Conchularumq; in exigua aqua decoctarum ius, aluum ciet: id cum uino assumitur.*

Annotatio in Cap. iiij. v. vj.

C*Vm diuersis in capitibus de* Mitulis *&* Tellinis *scripserit hoc in loco* Dioscorides, *&* Galenus *libro de facultate simpliciũ in cap.* De *vipera, tractet de* Mitulis: *& de* Tellinis *proprio capite, ac peculiares cuiq;, & diuersas ab alterutro facultates aßignet, nec aliter egerit* Paulus Aegineta *fidelis vtriusque imitator, cõstat nõ vnã (vt quidã volũt) sed diuersas esse* Ostreorũ *species,* Mitulos, *&* Tellinas. *Eæ notißimæ sunt in* Italia *& maximè* Romæ, *vbi magna illarum probat copia, quòd probè ab arena purgatæ, gustui gratæ sint.* Mitulos *nullus est qui deliniet, & proculdubio, aut nõ reperiuntur, aut hoc nomine nobis sunt incognitæ.* Hiatulæ *eæ esse possunt quæ cum leni testa, apertæ in* Adriatici *maris ora reperiuntur.*

Vnguis odoratus. CAP. VII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ονυξ. *La. Vnguis odoratus. It. Vnghia odorata.* Gal.& Off. Blattæ Bisantiæ.

VNguis siue onix Conchilij tegumentũ est, ei simile quo purpura integitur: quod in Indiæ nardiferis lacubus inuenitur: suauem ideo spirans odorem, quòd conchylia inibi nardi pabulo uescantur. Colligitur posteaquàm stagnantes aquæ æstiuis squalloribus inaruerunt. Laudatißimus qui à rubro mari defertur, candicans, pinguis. Babylonicus nigrescit, atque minor conspicitur. Ambo odoris gratia suffiũtur, sed aliquatenus Castoreum olent. Iidem suffitu excitant fœminas uuluæ strangulatu oppressas, comitialesq́; poti uentrẽ molliunt. Crematũ conchylium eadem efficit, quæ purpura & Buccinum.


VNguis odoratus, quod vnguis speciem referat, Blatta Bisantia, *(per Arabes) Officinis, vt plurimum dum vritur, ingratũ odorem spirat. Res multum ab illa præstantia dißidens, quam ei in conficiẽdo thimiamate sacræ etiam tribuunt literæ.* Excellentẽ *vidit* Matthiolus, *sed rarum:* Ideo *hic admonendi* Pharmacopolæ, *& officinas nõ tam onerent copia, quàm certo & modico specierum delectu.*

Cochleæ. CAP. VIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κοχλίας χερσαῖος καὶ θαλάσσιος. *La. Cochlea terrestris & marina. Ita. Chiocciole terrestri & marine.* Gal. Escargots. Ger. Schnecken.

TErrestres Cochleæ stomacho utiles sunt, & nõ facilè corrumpuntur. Optimæ Sardonicæ, Aphricanæ, Astypale-




tæ, & quæ in Sicylia ac Chio gignuntur & quæ in Liguriæ alpibus. Pomatiæ, id est, operculares, cognominatæ. Marina stomacho idonea, & facilè aluo excernitur: fluuiatilis uirus olet. Quæ uerò uepribus frutetisq; glutinata cohæret, quam uocant nonnulli Sesilon, uentrem & stomachum turbat, uomitiones excitat. Crematæ omnium testæ excalfaciendi & urendi naturam sortiuntur: purgant lepras, uitiligines, dentesq;: emẽdant oculorum cicatrices, & uitia cutis in facie, albugines, ac uisus hebetudines, si cum carne sua ustæ tritæq; ex melle illinantur. Caudæ cum tegumentis impositæ, aquæ inter cutẽ tumores exugunt: sed non ante soluantur, quàm omnis hauriatur humor: podagricas inflammationes leniunt, impactos corpori aculeos illitæ euocant, menses tritæ & admotæ ciunt. Carnes earũ cum Thure & Myrra illitæ, cùm uulnera alia, tum maximè quæ nerui acceperunt, conglutinant: tritæ in aceto, sanguinẽ naribus erumpentem infrenant: uiuæ corpus, & præsertim Africanæ, cum aceto deuoratum, stomachi dolores mitigat: trita cum testa, uino & Myrrha, si exiguum inde bibatur, coli uesicæq; cruciatus sanat. Terrestris pilos incommodos replicat, si quis abraso acu lentore eius, pilum attingat.

Cochlearum apud veteres adeo exquisitus fuit cibus, vt eas vndiquaq; cõquirerent, asseruarẽtq; & nutrirent. Terrẽstres Cochleæ secundum eas quibus pascuntur herbas gustui gratæ, aut ingratæ sunt. Nam quæ Calamentho, Origano, aliÿsve similibus herbis pascẽtur, eas nemo recusabit. Cõtra quæ in Lacubus, cœnũ: quæ in fluuÿs, virus redolebunt. Concharum omne genus leniter cõcauas crustas seu testas habẽt, quibus aperiundis & claudendis natura potentes sunt. Rarũ est in quibusdã vnica & latiuscula cõcha tegi. At Cõchlearũ species omnes vnica & cõtinua testa cõduntur, quã (domus vice occlusæ) cum incedunt dorso appensam post se trahunt. Spiras habet hæc testa planas, cõuexas, turbinatas, acuminatas. Testas, quæ proprie Limaces sunt, non habent, macula alioqui nigra aut lutea insignes. Habent eæ, vt vulgus opinatur, certum in capite lapillum, qui tertianis remedio est. Viuunt opacis & vdis in locis ex eis per alembicũ aqua paratur decorãdæ mulierũ faciei.

Cancri. CAP. IX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Καρκίνοι ποτάμιοι. *Lat.* Cancri fluuiatiles. *Ita.* Granchi di fiuui. Gal. Cancres de riuiere. Ger. Meusser.



Cancrorũ fluuiatiliũ exustorum cinis, qui duo cochlearia expleat adiecto dimidio radicis Gentianæ modo, triduo potus cum uino, magnoperè prodest canis rabiosi morsibus: rimas pedum, sedisq; perniunculos, & carcinomata, cũ decocto melle lenit: triti crudi, potiq; ex asinino lacte, auxiliatur contra serpentium phalangiorũq; morsus, atque scorpion

pionum ictus: decocti autem & cum iure esitati, ijs prosunt qui tabe conficiuntur, aut leporem marinum hauserunt: necant scorpiones triti, & cum Ocimo admodti. Possunt eadem marini, uerùm inefficacius omnia præstant.

CAncri quos hic describit Dioscorides, Astaci aut gămari, quas Galli (Escreuisses) vocant, non sunt: sed solũ ex crustaceorũ genere caudæ carens, & rotundo corpore, quod locustis & squillis oblongũ est. Est inter Astacum tamen, & Gammarum differentia, quòd Astacus marinus sit & crassius pisis: Gammarus vulgaris sit Escreuissa, aut marina, aut fluuiatilis. Errant proinde medici, qui in canis rabiosi morsibus, phthisicis ve curădis: cũ Cancrorũ vsu Dioscorides & Galenus præscripserint, Gămaris vtuntur. Recentes medici, lapillos qui in Gammarorũ capite reperiuntur, in puluerem redigunt, bibendũq; offerunt ad purgandos arenulis renes.

Terrestris scorpio. CAP. X.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σκόρπιος χερσαῖος. Lat. Terrestris Scorpio.

TErrestris Scorpio tritus & impositus, suæ plagæ remedium est: quin estur assatus, ad eadem.

ICtus Scorpij terrestris locis frigidioribus, innoxia, calidioribus, noxia est. Nullibi gĕtiũ venenati magis & mortiferi Scorpij, quàm in Scythia frigidißima regione brutis etiă ad porcos vsque, qui morsum cuiuś uis alterius animalis nõ timeăt. Nouĕ in Scorpijs colores nĕpe Cedrinũ, rubeũ, cineritiũ, ferrugineũ, viridĕ, fuluũ cũ cauda nigra, vinosum, albũ & fumeũ. Qui in cauda septinodes, magis alijs venenati. Cinis scorpionem qui viui ambusti erũt, illis proficiet, quibus vrina ob arenularũ oppilationem, aut lapidĕ qui in vesica sit, retardatur.

Marinus scorpio. CAP. XI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σκόρπιος θαλάσσιος. Lat. Marinus scorpius.

MArini Scorpionis fel conuenit ad suffusiones oculorum, albugines, & hebetudines.

FErtile elemĕtũ mare, exprimĕdis omnibus quæ in alijs viuũt elemĕtis. Atq; adeò multa habet quæ in nullo cæterorũ. Producit & scorpios.

Sed ij non satis noti. Nam quas Itali Scorpenas seu Scarpenas vocant, non esse marinos Scorpios ex Athenæi & Aristotelis descriptione cõtendit Matthiolus, & dubitans proponit, piscem qui Italis Ragno dicitur fieri posse vt sit Scorpius. Habet hic in dorso spinas quasdã quibus trãsfigit, venenatas, itidem & Scorpena, queis nõ raro & è punctione piscatores confecit.

Draco marinus. CAP. XII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Δράκων θαλάσσιος. *Lat. Draco marinus. Ita. Draco marino.* Gal. Dragon marin.

DRaco marinus dissectus & apertus impositusq́; ictus spinæ suæ qua ferit, medela est.

DRaconem describunt marinum Plinius & Albertus *ingentem piscẽ, serpentis effigie, alis non amplioribus quàm quæ ad natandum sufficiant, ijs viribus & velocitate, vt paucissimo tempore ingentia maris spacia transcurrat. Venenata bestia, quoduis pisciũ seu animalis genus, simul atque dente attigerit, morti condonans. Piscatorũ arte capta, statim vt in arenam sese protrahi senserit, fossam excauat qua occultet sese. At si exactum illud* Matthioli *iudicium sequuti, diligenter verba* Dioscoridis *expanderimus, alium esse* Plinij & Alberti *draconẽ marinum, aliud* Dioscoridis *reperiemus, duabus his coniecturis emoti. Prima est, draco marinus* Dioscoridis *ferit cum venenata spina, sectus & appositus plagæ suæ remedio est: & illa ingens bellua, sola dente noxia est. Secunda est, paucis verbis medicum huius animalis negocium explicat* Dioscorides. *Ipse suo veneno remedio est. Quod difficillimum apparet in prægrandi bellua. Qui fit vt* Dioscoridis Draco marinus, *à superiore differat, quin & è minutis sit piscibus, quos inter littorales numerat* Aristoteles. *Poterit esse* Draco *marinus, quẽ vir ille eximius à se visum describit, longus in morem piscis quem* Sommesso *Itali vocant capite & rostro dracon peculiari, pectore arcuato, dorsi spina in gibbi modum subrecta, totus è capite ad caudam per rectas ex vtroq; latere lineas spinosus. Spinæ per capitis medium eleuatæ, cristæ speciem præbent. Nec disparibus spinis torquis figura cingitur collum, è quibus linea in latum pectoris procedit. Hæc duarum media est, quæ suo quaque latere pectus inscindunt.*

Scolopendra. CAP. XIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σκολόπενδρα θαλασσία. *Lat.* & *Ita. Scolopendra marina.*

Scolopendra in oleo decocta si illinatur, auellit capillos, sed contactu pruritus facit.

Scolopẽdra marina terrestri (referẽte plinio) similis, statim à deuorato hamo intestina omnia euomit, ac indè extracto, rursus ea innocuè reuomit, & sane bella esset huius animalis anatomia, si quis eo potiri, & noscere artificiũ posset. Scolopendra terrestris, Italis, Centogãbe, insectũ spadicij coloris, minimi digiti longitudine, cum in humecto solo repit, Cicindulæ in morem micat, digitis attrectata, pruritum vt Scolopendræ excitat. Amat humentia ædiũ, & salsas hortorum areas, & æstuosas paludes.

Torpedo piscis. CAP. XIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. νάρκη θαλασσία. *La. Torpedo marina. Ita. Torpedine marina.* Gal. Turpilles.

Marina Torpedo diuturnis capitis doloribus admota, cruciatus uehementiam mulcet: eadem apposita euersam sedem prociduamq́; coercet.

Torpedo piscis ab effectu nomen sortita, quòd per medios hamos, setas, & hastam piscatoriam vis eius pertransiens, stupidam reddit manum, tum subinde & totum piscatoris corpus, dorso est in rubedinem vergente, supra quod distinctas habet notas, ingrescentes, oculis non dissimiles, interiori corporis parte albescit. Experiẽtia didicit Galenus, in capitis doloribus, euersa & procidua sede non mortuã, sed viuam Torpedinem admouendam. Hunc piscem Veneti Tremalo vocant, quod à stupore membri, tremorem inducat: Romani Batti potta, & fatterigia.

Viperæ. CAP. XV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἐχίδναι. Lat. Viperæ. Ita. Vipere. Gal. Viperes. Ger. Brantschlangen.

Viperinæ carnes si coactæ edantur, claritatē oculis afferūt, neruorum uitijs auxiliantur, increscentes strumas reprimunt: detracta autē cute, caput caudaq́, quoniā carne uacant, amputari debent: quippe cōmentitium est, quòd præcipitur, certā utrinque mensurā præcidi oportere. Reliquū uerò corpus exemptis interraneis elotum dissectumq́ discoquitur cum oleo, uino, salis exiguo, & anetho. Aiunt ijs qui uiperas esitent, pediculos procreari, quod planè à ueritate abhorret. Adijciunt aliqui longam senectutem agere, qui eo cibo uescuntur. Sal ex eis ad eadē conficitur, sed inefficacior est. Viua autem uipera in fictile nouum demittitur, adijciuntur salis caricumq́ tritarū, singulatim quinque sextarij, mellis cyathi sex: mox fictilis operculum luto oblinitur, & fornacibus inassatur, donec sal in carbones redigatur, qui postea tritus in pulueris faciem, reconditur. Plerunque, ut ori gratior fiat, immiscetur Nardi spica, aut Folium, aut Malabathri momentum.

Male intellectus Aristoteles doctißimis etiam viris erroris viam præstruxit: Non enim id is sensit, Viperinos partus nō nisi necata matre nasci, sed eos qui tardius exeunt (Siquidē non plus vno, die nascitur) moræ impatientes, rodare qua cōtinentur pelliculam, quo citius prodeāt in lucem. Itali circunforanei, qui serpentibus alendis quæstum factitāt, viperas in capsulis ostentant, fœtibus comitatas, & nequicquam à partu læsas. Nicander & Galenus abundè viperam delmiarunt. Vipera calida & sicca est, anguillarum in morem condita, nempe cum oleo, sale, anetho, & porris. Viperam curare totum corpus per cutis poros, duorū in Asia & Misia hominū experientia approbat Galenus, qui elephantiasi, ab hausto vino, cui immortuæ fuerant Viperæ, cadentibus pustulis & renouata, anguium & ostreorum in morem, pelle, sani euaserunt. Viperæ in his qui corruptis abundant humoribus, comestæ pediculos creant. Olim vt anguillæ mandebantur in Aegypto, & nostro sæculo

lo in orbis recenter inuenti multis partibus, conficiendæ Theriacæ ratio, & trochiscorum è Viperis, non ab alio, quàm à Galeno petenda.

Senecta anguium. CAP. XVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. γῆρας ὄφεος. *Lat. Senecta anguium. Ita. Spoglia delle Serpi.* Ger. Schlangen balck.


SEnectus anguium in uino decocta dolori aurium, infusu, & dentium collutione, auxilio est. Addunt eam in medicamenta oculorum, sed præcipuè uiperinam.

SEnecta anguium, seu Vernatio nota res, nempè cuticula qua sese angues primo vere è terra prodeuntes exuunt, saxis aut stirpibus affricato & restricto corpore.

Lepus. CAP. XVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. λαγωὸς θαλάσσιος καὶ χερσαῖος. *Lat. Lepus marinus & terrestris. It. Lepre marina & terrestre.* Gal. Lieure de terre & de mer.



LEpus marinus Loligini paruæ similis est, qui per sese tritus aut cũ urtica marina illitus, capillos euellit. Terrestris Leporis inassatũ cere

cerebrum manditur, iuuandis tremoribus qui ualetudine contracti sunt: affrictu aut cibo facilem infantibus dentionem præstat: exustum caput & cum adipe ursino aut aceto illitum, alopeciarum inanitatibus medetur. Leporinum coagulum post triduum à concubitu potum, conceptum adimere, partusq; spem intercipere proditur, uuluæ & alui fluorē sistit, comitiales iuuat, contra uenena ex aceto bibitur, præsertim aduersus concretum lac, & Viperarum morsus. Sanguis eius si calidus illinatur, uitia cutis in facie, uitiliginem, lentiginesq; sanat.

LEpus marinus in Adriatico mari, est quædam velut carnis particula, Lepori solo colore similis, sed qui in India gignitur, pilos habet & corpus longe maius. Tertiam Leporis marini speciem profert Albertus cætera reliquis piscibus similem, præter caput quod Lepori simile habet, & spinam dorsi rubram. Nullum animalium, excepto Lepore terrestri, coagulum habet in ventre. Superfœtat itidem vt cuniculus, quod tantam horum copiā facit, non quod hermaphroditi sint, vt quidam existimant. Caro Leporis crassum sanguinē gignit, humores melancolicos, & difficulter digeritur. Prodest tamen dysenteriæ maximè tosta. Siccatum iecur, iecinorosos iuuat, si bibatur. Totus exustus in vase probè operto, valet ad proritandam vrinam, ad calculos renum, & vesicæ. Fel Leporis zucchar o mistum, flocculos albos qui visum offuscant, aufert. Stercus Leporis naturæ mulierum impositum, fluxus mēstruos potenter refrenat, & matricem desiccat.


Pastinaca marina. CAP. XVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. τρύγων θαλασσία. *Lat. Pastinaca marina.*
Gal. Glorin. Ger. Roch.

MArinæ Pastinacæ radius, qui eius cauda enatus aduersis squamis reflectitur, dentium dolorem mitigat: nam eos frangit & euocat.

PAstinaca piscis est latus & cartilaginosus, vt Raya, Torpedo, & similes. Habet in superiori caudæ parte, robustum & acutissimum aculeum, qui in transfigendo præsentaneum affert venenū, atq; adeo mor



mortiferum, vt Aetius testatur, siquidem vi sua neruos vsque penetrans, spasmum, & post, mortem inducit. Pastinacæ cinis, cum aceto mistus, suæ plagæ remedio est. Iecore oleo incocto, scabies non hominum, sed pecorum etiam inungitur, nec moratur effectus. Editur Pastinaca sublata è dorso cum aculeo illo mortifero, parte omni illa fulua, quæ Croco similis est, adempto etiam capite.


Sepia. CAP. XIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σηπία. *Lat. & Ita. Sepia.*
Gal. Seche. Ger. Blacfisch.

SEpiæ coctæ dũ estur atramentũ, ægrè cõcoquitur, aluũ mollis collirijs è testa factis cõuenieter genarũ scabritiæ perfricantur, ustũ in sua testa donec id quod crustosum est abscedat, postea tritũ expurgat uitiligines, furfures, dentes, & uitia cutis in facie. Elotũ in medicamenta oculorum addi solet, contra albugines, oculis iumentorum efficaciter inspiratur: pterygia oculorũ absumit, cum sale tritum & iniectum.

SEpiæ Polipis nõ absimiles, præterquã quod ampliori sunt corpore, & plures habẽt pedes. In Gallijs cũ alibi, tum apud Xanctones cognitæ. Osse albo quod in dorso reperitur, exterius durũ, leue: interius tenerũ, fungosum, leniter rude, subtilissimis & intortis lineamẽtis plenũ: ad anulorũ furfurũ vtũtur aurifices et ex eo medici dẽtificia factitarũt. Vetus est illud & iuxta verũ de Sepijs, quod è se in aquã nigrore protenso, tãtisper visum frustratur, dũ se premi senserũt. Sed ea nec est hominum



minũ ſollertia, vt nec Sepiæ ſuũ atramẽtũ, nec Torpedini torpor nec Loligini marcor proſint, quo minus in poteſtatẽ hominum veniãt. Valẽtibus ſtomachis probè digerũtur Sepiæ, aliàs difficulter permeãt, & crudos humores generant. Sepiarũ oua cum alliata (quã vocant) à ſalacibus manduntur, quo potentiores ſint ad coitum.

Mullus piſcis. CAP. XX.

NOMENCLATVRA.

Græ. τρίγλα. *Lat. Mullus. Ita. Triglio.*

Gal. Barbeau.

MVllorum aſsiduo cibo aciẽ oculorũ hebetari conſtat. Is marini Draconis, Aranei, ac Scorpionis morſibus medetur, ſi crudus atque diſſectus admoueatur.

MVllũ quẽ tantopere ob caput amplũ, & ſapidũ iecur antiqui expetiuere, vt librã piſcis libra argenti penderent, hodie Itali penè Græco nomine, Triglia vocant, qui piſcis eſt marinus, colore tabũ exprimẽs, ſeu eum quẽ illi, Pauozzano vocant. Sit ne ille quẽ Barbatũ vocamus, incertũ: fluuiatilis eſt ſpecies, ille marinus, aut in piſcinas marinas in coloniã abductus. Quod à noſtro Barbato alienũ eſt. Veneti riglias, Sparos vocant.

Hippopotamus. CAP. XXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὄρχις ἱπποποτάμου. *Lat. Teſtes hippopotami. It. Teſticoli de l'Hippopotamo.* Gal. cheuaus marins.

HIppopotami teſtes exiccati ac triti, contra ſerpentium morſus bibuntur.

HIppopotamus piſcis è Plinio & ariſtotele, magis quã à marinis piſcatoribus agnitus, corpore aſinũ nõ excedit, iuba, dorſo, hinnitu equum exprimit cauda apri. Auerſus intrat in ſegetẽ: Sibi ipſi ſanguinem,

nem, prauis humoribus distentior, acuminatis iuncis elicit. Fluentē cum visum est, cœno aut alga superpositis, sistit. Cute est gladio impenetrabili, ex eáque scuta & thoraces fiunt. Cinis corij illitus cum aqua, panos sanat. Adeps rigorem febrium eleuat.

Fiber. CAP. XXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κάστορος ὄρχις. *Lat. Fibri testiculi. Ita. Testicoli di Castoreo.* Gal. Bieure. Ger. Ein Byber.



Fiber anceptis uitæ animal, plerūque cū piscibus & Caneris ex aqua uictū capeßit. Huius testes serpētiū uenenis aduersantur: sternutamenta mouēt, & in uniuersum uarios obtinent usus: siquidē menses ac partus ciunt, duabus drachmis cū pulegio poti: partus secundasq́; eijciunt, contra inflationes, tormina, singultus, uenena, ixiamq́; ex aceto bibuntur. Lethargicos, & utcunque ueterno obdormiscentes excitant infusi: cum aceto autem & rosaceo, olfactu & odoris suffitu, idē faciunt: poti & illiti prosunt tremulis, conuulsionibus, & omnibus neruorum uitijs: in summa, calfactoriam uim habent. Eligi debent testes ex uno ortu cōnexi sunt (fieri enim nō potest, ut gemini folliculi

in una

in una membrana coniuncti reperiantur) liquore intus ueluti ceroso, odore graui, & uirus redolente, gustu acri mordẽte ac friabili, naturalibus tunicis circundato. Quem fraude aliqui corrũpunt, conijcientes in follem gummi, aut ammoniacum cum sanguine & castorio subactum, & ita exiccantes. Vanũ est quod traditur, testes ab ipsis euelli, & à sese abijci, cum uenatu urgentur: siquidem tangi nequeunt, ita, ut in sue, substricti. Operæ autem pretium est diuisa pelle melleum liquorem cum euestiente tunica assumere, &, siccatum potui dare.

CAstor inferiori Germaniæ & Galliæ notum animal, quà Rhodanus Rhenus, & Danubius fluunt, tamen Austriæ & Vngariæ, amphibiũ est in terra & in aquis viuẽs, Lutræ simile, præterquã quod aliquãtum maior est. Qui fit vt inter medicos quidã, Lutræ testes, pro castoreis vsurpent. Forocissimis & acutissimis est dentibus, quibus trũcos arborum dissecat, ad parenda in cauernis tuguria. A demorso membro dentes non prius aufert, quã tusorum ossium crepitũ senserit. Castoreum calidũ est & siccum. Cum in spasmo, tremore, stomachi singultu, paralysi, abundantia humorum eijcienda, ac desiccandũ est, tum Castoreum in potionem. aut exterius impunè applicabitur. Quod fieri nõ nisi maximo detrimento potest, quibus spasmus è sicca qualitate proueniit ex humorũ & alimenti defectu, mordacitate, vel acrimonia. Huius grauis sapor & odor, corpori nihilum nocent, si probè applicentur.

Mustela. CAP. XXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. γαλῆ. Lat. Mustella. Ita. Domola.
Gal. Hermine. Ger. Meuszdres.

MVstela quæ in domibus nostris oberrat, ambusta exenteratur, & inueterata sale, in umbra siccatur. Ea binis drachmis cũ uino pota, aduersus omnia serpentiũ uenena præsentaneo est remedio. Toxico, simili sumpta modo, resistit. Eius uentriculus Coriandro farctus inueteratusq́, percussis à serpente, & comitialibus potu auxiliatur. Cremata in fictili podagricis cõfert, cinere ex aceto illito: sanguinéue perunctæ strumæ iuuan

uantur, comitialibus etiam prodest.

MVstella Latinis Græca duo nomina repræsentat, nẽpè γαλῆ & ἴκτις Galarũ species sunt, Mustella, quæ licet generis sit nomẽ, tamen id propriè animal significat, quod Galli Herminas vocãt. Vuisella vulgaris est fouinus. Fretta, & Latinis Viuerra, est quẽ Furonẽ nũcupãt. Domesticæ Galæ sunt Vuisellæ: Herminæ & Frettæ syluestres. Ictidũ itidẽ duo sunt genera. Vnũ quod Mardrã seu Mardrã vocãt: Alterũ, quod Galli quod puteat, Putoys vocãt. Mustellæ nomẽ, in hæc quinq; protenditur. Dimicaturæ cũ serpẽtibus, Ruta sese ad bellũ muniũt. Cõficiũt & Basiliscos, licet in ipso etiã certamine è graueolentia cõmoriãtur. Mustellæ cinis illitus, capiti prodest, & oculorum suffusioni.

D.n Manuel Castillo es este libro.

Ranæ. CAP. XXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. βάτραχοι. Lat. Ranæ. Ita. Rane.
Gal. Grenoille. Ger. Frosch.

COntra omniũ serpẽtiũ uenena pro antidoto sunt Ranæ, si ex sale & oleo decoctæ edãtur, iusq; earũ itidẽ sorbeatur: contra inueteratos tendinũ rigores pollent: illitus earũ cinis, profluẽtis sanguinis impetus sistit, explẽdis alopeciarũ inanitatibus ex liquida pice illinitur. Viridiũ Ranarũ cruor auulsos genis pilos renasci prohibet, in uestigia euulsorum instillatus. Decoctæ in aceto & aqua, dentium dolores collutione leniunt.



INter Ranas, marinæ, fluuiatiles, palustres recipiũtur: terrestres venenatæ sunt. Nascũtur nigris tãtum et minutis carneis portiũculis,

Rana

lis, è queis totum deinceps corpus protenditur, cum antea nihil aliud essent, quam oculi & cauda. Vulgatum hodie ranarum oleum, expetitum in podagris fructum non assequitur. Quorundam experientia cõpertum Ranarum sanguinem non eo esse effectu, quem describit Dioscorides.

Silurus. CAP. XXV.

NOMENCLATVRA.

Gr. Αἴλουρος. Lat. Silurus. Ital. Siluro.
Gal. Ignotus. Ger. Balich.

Silurus recẽs in cibo nutrit, & facilẽ præbet aluũ: sale uerò cõditus, minimũ suppeditat alimentũ, arteriam expurgat, & uocem expedit. Illita saliti caro, aculeos & infixa corpori spicula extrahit. Muria eius incipientibus dysenterijs prodest, si in desidentium fotus adijciatur: fluxiones siquidem ad summa cutis elicit, ischiadicis infusa medetur.

Silurum non esse Storionẽ ex Aristotole & Plinio cõstat, quorũ alter robustis adeò dẽtibus Silurũ scribit, vt ferreos etiã hamos cõminuat: alter inualentes equos inuadere: cũ Storiones quãuis prægrãdes, edẽtes tamẽ sint. Ambo fluuiatilẽ Silurũ describũt: at Storio mari, quã fluuijs frequentior. Silurus Matthiolo, in Vngariæ Danubio nascitur, & ab accolis Acchia nominatur: nec aliter in Germania ab accolis Rheni Bolich. Obuium omne animal inuadit, ferrocissimis est dẽtibus, huicq; opiniõi astipulatur Plinius qui dicat Silurũ in Rheno & Danubio nasci.

Smarides. CAP. XXVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Σμάρις. Lat. Smaris. Ital. Smaride. Non satis de gallico nomine constat.

Smaridis piscis caput exustum, excrescentes ulcerum oras puluillosquè reprimit, nomas cohibet, thymos clauosq; absumit, caro non secus atque salsamentum prodest à scorpione percussis, aut à cane demorsis.

Mænæ. CAP. XXVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. μαίνις. *Lat. Mæna. Ital. Mena.*

Piscis non satis nobis cognitus.

MAenarum ex capitibus cinis si illinatur, callosas sedis rimas abolet: eius etiam garum oris putrilagines collutione sedat.

Gobius. CAP. XXVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. γώβιος. *Lat. Gobius. Ital. Gobio.*

Gal. Gouions.

GObius recens in suillum uentrem coniectus, si consuta rima in duodecim aquæ sextarijs donec duo supersint decoquatur, excolatus & sub diuo refrigeratus, potui detur, aluus sine molestia deijcitur, illitus contra serpentium canumque morsus auxilio est.

SMarides & Mænæ pisces non satis noti. Matthiolus non asseuerãter tamen similẽ Mænæ profert piscẽ, qui Italis Menole dicitur. Nec errare censet eos qui Smarides putarint, minutos hosce pisciculos, qui Mænis similes Venetijs vulgo Giroli vocãtur. Gobius frequens in Venetiarum Lacunis prouenit, & fœtificat. Quod nõ secus scribit Aristoteles Gobiũ marinis littoralibus, & vbi pauca sit aqua lacunis delectari. Veneti Go vocitant. Gustu persnaues sunt, facile digeruntur, probè nutriunt, præcipuè qui in arenosis & saxosis littoribus & scopulis capiũtur. Qnin & in fluuijs & lacubus Gobij repperiuntur, ob iecoris saporẽ in pretio, maximè ouis onusti, hijq; perfacilè digeruntur.

Thunus. CAP. XXIX.

NOMENCLATVRA.

Go. θύννος. *Lat. Thunnus Ital.*

Tonno. Gal. Thun.

Conditanei Thunni caro, quam Omotarichon uocant, sumpta ijs auxiliatur, quos uipera, nomine Prester, momorderit: sed oportet uinũ quàmplurimum subinde cogantur haurire, ita ut uomitione reddatur. Contra acrimonias esitatorum maximè ualet: canum morsibus utilissimè illinitur.

Thunnus crassus & pulposus piscis, porco similis, sub mẽsem Maiũ ex Oceano per columnas Herculis in Tyrrhenum & Aegeum maria, in amplissimas partitus turmas fugienti similis procurrit, pulsus ab ingenti pisce, quem vulgo Spada vocant, quod ori insidentem habeat durissimum & acutissimũ os, ensi persimile, quo demergit & perferat naues. Thunnorum fuga, Gaditanis & spectaculum præbet, & prouẽtum. Piscatum enim totus accurrit populus, cum ingenti strepitu vocum tympanorum, & sclopetariorum. Stolidum & pauidum animal Thunnus, hoc rumore stupefactus, in terræ proxima vada deuoluit sese, & inibi in retia prægrandia incidens, præda fit, & quæstus. Diebus canicularibus percellitur à vermiculo, è quo in furias abactus, totas naues præteruolat, nec id temporis gratus est cibis. Thunnorũ pinguitudo gustui satisfacit, stomachum offendit: Contra caro gustui ingrata, non æque stomacho molesta est. Ingentes ij pisces carne sunt dura, digeruntur ægrè, parum nutriunt, superfluos creant humoros, ob idque saliti probiores recentibus, duritia & viscositate à sale consumptis.

Garum. CAP. XXX.

NOMENCLATVRA.

Gr. γάῤῥον. Lat. Garum. Ital. Garo.

Gal. & Off. Ignotum.

Garũ omne, quod ex piscibus carnibusq́; sale maceratis liquamen est, si ex eo fotus fiat, depascentia ulcera sistit: morsis à cane medetur: dysentericis atque ischiadicis infunditur nonnullis ut exulcerata adurat: alijs autẽ lacessenda ad quæ ulcera non senserunt.

Ius piscium. CAP. XXXI.

NOMENCLATVRA.

Gr. ζωμὸς νεαρῶν ἰχθύων. Lat. In recentium pisium.

Ital

Ital. Brodo de i pesci freschi. Gal. Le brouet des poissons frais.

R*Ecentium piscium ius, modò per se, modò ex uino potum aluũ subducit. Priuatim ad hunc usum conficitur è Phycidibus & Scorpionibus, & Iulide, è Percis, & recẽtibus alijs saxatilibus, nec uirus recipientibus, simpliciter cum aqua oleo & Anetho.*

G*Arum antiqui vocauere, quod ex piscis Gari interaneis, macera-tis & dissolutis cũ sale conficerent. Id posteà & ex Scõbro factum est: fuit olim Garum cõplurimorum ciborum condimentum.* De isto *tamẽ non intellexit* Dioscorides, *sed generatim de omnibus piscium & carniũ salsamẽtis.* I*us piscium esculentũ, satis ab ipso auctore explicatũ est.*

Cimices lectularij. CAP. XXXII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κύρεις. *Lat. Cimices. Ital. Cimici.* Gal. Punaises.

C*Imices, qui in cubilibus enascuntur, cauis fabarum inclusi, si ante febrium significationes septeni deuorẽtur, quartanis auxilio sunt: & citra fabas sumpti, percussis ab aspide prosunt: uuluarum exanimationes olfactu reuocant. Poti cum uino aut aceto, adhærentes sanguisugas abigunt. Triti & urinariæ fistulæ impositi, urinæ angustias leuant.*

C*Imex nocturnũ & infestum animal nõ suo priuatur in medicinæ remedio. Viuas appliquant recentes medici, non mortuas, vt præscribit* Dioscorides. M*atthiolo id magis placet quod è motu illo quem in genitali suscitant, vim vrinæ expultricem proritent.*

Millepeda. CAP. XXXIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ὀνισκ@. *Lat. Asellus, Millepeda. Ital. Porcelletti.* Gal. Cloporte. Ger. Esel.

Millepedæ, quæ sub aquario uase stabulātur animālia sunt multis pedibus nitentia, quæ cōtacta manu, contrahūtur orbem. Hæ ex uino potæ difficili urinæ, & regio morbo auxiliantur. Millepedas illini anginis cum melle utilißimum: tritæ & in cortice mali Punici calfactæ, doloribus aurium addito Rosaceo, conuenienter instillantur.

Blata pistrinaria. CAP. XXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σίλφη. *Lat. Blatta pistrinaria. Ital. Blatte de i mulini.* Gal. Grillons de molins.

Blattæ eius quæ in pistrinis inuenitur, interanea trita aut cum oleo decocta, aurium dolores instillatu mitigant.

Multipedis noti animalculi vires apertè describit Dioscorides. Blattæ itidem satis notæ. Veruntamen non sunt vulgares grilli, at preßiore corpore, & subtilioribus penè araneorum in morem pedibus & ob incursum velocißimæ. Mirum in modum lucem odere, locos amāt humidos.

Pulmones. CAP. XXXV.

NOMENCLATVRA.

Gr. πνεύμων θαλάσσιος. *Ital. Pulmo marinus. Ital. Pulmone marino.* Gal. Chappeaux de chair.

Podagras pernionesqué emendat Pulmo marinus recens tritus & illitus. Suillus & agninus ursinusqué pulmo impositu, attritus à calceamentis contractos, ab inflammatione tuetur. Vulpinus uerò si arefactus bibatur, suspiriosos adiuuat. Adeps quoque liquefactus, infususq́ auris dolorem finit.

Pulmo

PVlmo marinus zoophyton, vt Vrtica, Stella, cum super vndas maris fertur, tempestatem denunciat. Si ex eis bacilli atterantur, lumē tedarum iustar reddunt. Reliqua plana sunt.

Genitale cerui. CAP. XXXVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Αἰδοῖον ἐλάφου. Lat. Genitale cerui. Ital. la Verga del Ceruo. Gal. la Verge d'vn Cerf. Ger. Der Ramp.

GEnitale Cerui tritum, & in uino potum, à uipera demorsis auxiliatur.

MAris Cerui genitale valet ad retentam vrinam, ad dolores colicos, probè elotum, haustaque lotione. Quidam siccatum & tritum in puluerem proponunt in dysenteria, asserentes efficacissimum esse remedium.

Vngula asini. CAP. XXXVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ὄνυξ ὄνου. Lat. Vngula Asini. Ital. l'Vnghie dell'Asino. Gal. l'Ongle d'vn Asne.

VNgularum asini cinis per dies multos binis cochlearibus potus, proditur comitiales adiuuare, eædem oleo subactæ strumas discutiunt. & illitæ pernionibus medētur. Caprinarum cinere perunctæ ex aceto alopeciæ sanantur.

RAsis, & Vaccæ vngulas producit, & mulæ: has ad inhibendam impregnationem, illas ad lac pecori prouocandum.

Lichenes equorū. CAP. XXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Λειχῆνες ἵππων. Lat. Lichenes equorum.

Ital. Calli delle gambe de i Caualli. Gal. Les Cal. des iambes des cheuaux.

L*ichenes sunt in equorum genibus, & super ungulas in flexu harum partium indurati calli, qui triti & in aceto poti, comitialibus mederi traduntur.*

Iocinera. CAP. XXXIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ηπατα. *Lat. Iecinora. Ital. Fegati.* Gal. les Foyes.

A*sini iecur inassatum esu comitialibus prodest, ueruntamẽ ieiunis edendum præcipitur. Capræ uerò inassati decidua sanie, inungi lusciosos prodest, & dum coquitur, apertos oculos halitu eius uaporari: prodest in cibo tostum ad eadem. Tradunt hircini iocinoris cibo comitiales deprehendi. Aprinum recens si arefactum teratur, ex uino potum contra serpẽtium uolucrumq; morsus auxilio est. Iecur canis, qui rabie exagitatur tostũ & in cibo ab emorsis sumptum, ne tententur metu aquæ tueri creditur. Vtuntur autem ad arcendos aquæ pauores dente eo, qui caninus dicitur: hunc à cane qui momordit exemptum, & folliculo inditũ, pro amuleto brachio adnectunt. Inueteratum autẽ sale mergi iecur, ex Hydromelite binis ligulis potũ, secũdas pellit.*

C*Allos in puluerem tritos prodesse dicit* Plinius*, dolori dentium si in aures infundãtur cum* Oleo. Galẽnus & Paulus*, ad omnem animalis morsum. Satis sese in iocinoribus explicat* Dioscorides.

Coria ueteramentaria. CAP. XL.

NOMENCLATVRA.

Gr. Καστυματα. *Lat. Coria veteramentaria. Ital. Scarpe uecchie.*

Veteris corij cremati illitus cinis ambusta igni, intertrigines, necnon calceamentorum attritus sanat.

Veterum calceamentorum corium, carbonibus impositum, hausto fumo, mirum in modum mulieres a matrice suffocatas refocillat. Expellit hic fumus serpentes, non è domibus tantum, at è corporibus etiam, quod expertum in Vipera est.

Gallinæ. CAP. XLI.

NOMENCLATRA.

Græ. Ἀλεκτορίδες. *Lat. Gallinæ. Ita. non aliter.* Gal. Gellines. Ger. Henner.



Dissectæ gallinæ, & adhuc calentes appositæ, serpentium morsibus auxiliãtur: sed identidem alias sufficere oportet. Earum cerebellum in uino bibendum datur contra serpentium morsus: sanguinem à cerebri membrana profluentem sistit. Quæ interiore uentriculi galli sinu residet membrana, secti in laminas cornus specie similis (ea uerò inter coquendum abijci solet) siccatur, tritaq; in uino conuenientissimè stomachicis datur in potu. Ius è uetere gallinaceo aluum deijcit. Abiectis itaque interaneis salem conijci oportet, & consuto uentre decoqui in uiginti sextarijs aquæ, donec ad tres heminas redigantur, totum

id refrigeratum sub diuo, datur. Aliqui incoquunt olus Marinum, Mercurialem, Cnicum, aut Filiculam. Crudos humores crassosq́, atram bilem, & strigmenta elicit: prodest longis febribus, suspirijs, articularijs morbis, & inflationibus stomachi.

IVs Gallinarum simplex, astringit corpus, quàuis ius veterum gallorum longo tempore cum sale incoctorum, soluat. Vulgatum deglabare sedes Gallinarum, & plagæ venenatorum apponere, quo indè venenum exugant. Datur & ius Gallinarum iuuenum cum Sacchar o manè in modum syrupi, in declinatione febrium ad rectificandos humores. Testes gallorum gallinis haud dum admissorum, valenter lapsas vires reparant, & ideò hecticis dantur, & longo morbo extenuatis.

Ouorum natura. CAP. XLII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ὠόν. *Lat.* Ouum. *Ita.* Vouo.
Gal. Oeuf..

OVum molliculum plus alit sorbili, & durum plus molli. Luteum oui, contra oculorum dolores utile est: inassatū sedis inflammationibus prodest, cum Croco & Rosaceo: & cōdylomatis, cum Meliloto: cum uua autem fruticis eius, quem Rhoa dicunt, aut Galla, in patinis frigitur, ut cibo aluos sistat, per se etiam offerri solet. Candidum oui crudum refrigerat, spiramenta cutis occludit, inflammationes oculorum infusum lenit, ambusta, si statim eo perungantur, pustulas non sentiunt, faciem à solis adustione tuetur, fronti impositum cum Thure fluxiones arcet, auertitq́: inflammationes oculorum lana exceptum, addito Rosaceo, Melle & uino, mitigat: utiliter contra hæmorrhoidis serpentis morsus crudum sorbetur: summè tepidum, prodest uesicæ rosionibus, renum exulcerationibus, gutturis scabritiæ, reiectionibus sanguinis, destillationibus, & thoracis rheumatismis.

GAllinarum oua sapore & gustu omnibus alijs præstant. Ab his Otidum & Phasianorum. Anatum, anserum & aliorum aquatilium oua stomachum grauant, crassos gignunt humores, & difficulter digeruntur. Calida sunt columbarum, & plus medicinam quam cibum resipiunt. Damnantur in totum pauonis & struthij. Laudantur oua tremula, quæ pressi lactis more tremant. Albumine & vitello simul cum oleo rosato contritis vtimur ad inflammationes palpebrarum, aurium, mammarum, quauis è ratione prodeant, cubiti, digitorũ, fibrarum, iuncturarum manuum & pedum. Incocta aceto & manducata, fluxus corporis sistunt, & frixa lento igni sine fumo, cum simplici quopiam astrictorio, vt Rhoe, Gallis, flore & testa mali Punici, cochleis cum testis exustis, aut aliquo similium, iuuant fluxus tum stomachales, tum dysentericos. In medicinis quæ humiditatem desiccant, elixa sint oportet, frixa, aut tosta: cum in eis qui lentos, & viscosos pectoris & pulmonis humores incidunt, aquæ incoquenda sint, quousque probè calorem conceperint, ijsque non secus vtendum in cannæ gutturis aspretudine, è nimio clamore, aut humorum defluxu conciliata. Quod ex ouorum vitellis, oleum exprimitur, perfectè primum in patella torrefactis, perunctu prodest cuti scabræ, impetigini, scissis labris, manibus, pedibus, & sedi: Valet ad dolentia iuncturarum, ac omnium neruosorum locorum vlcera: ad auriumque dolores & vlcera. Vnguntur eo vtiliter ambusti igne, & mirandum in modum contusas cerebri membranas, à partibus sanis segregat, quod summo suo cum honore & ægrorum emolumento expertus est diuinus ille Matthiolus. Hippocrates Aristoteli cõpugnãs, Creatur (inquit) pullus è vitello, nutritur ex albumine, cũ pullus a feminis, ex ouo, extractus, magna corporis parte vitello implicita comperiatur. Testudinis oua etsi in aqua bulliant, nunquam tamen cõdensantur, vitello licet durissimo, & reperit testudinem Matthiolus, cum septem ouis testa obductis in ventre. Id animalium alio nulli contigit.

Cicadæ. CAP. XLIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. τέττιγες. *Lat. Cicadæ. Ita. Cicale.*
Gal. Cigalles.

CIcadæ quæ inassatæ manduntur, uesicæ doloribus prosunt.

Cica-

Cicadæ vocale animal, duorum eſt generum. Sunt maiores, ſunt minores Cicadæ. Minores celerius prodeunt, tardius finiunt, & non cantant. Maiores tardius naſcuntur, velocius finiunt, & cantant. A meſſe in campis cauda terra producta, fœtificant, & in vineis. Imbre ad fœturam aluntur. Vt primum à partu, è terra prodiere, vermiculorum ſpeciem referunt, qui creſcendo in animalia euadunt quæ vocamus Tettigometra, è quibus circa æſtatis ſolſtitium noctibus Cicadæ volando proſiliunt. Rore viuunt, & ore carent. Ligulam habent in pectore, è qua rorem attrahunt. Caua eſt hæc, canalis inſtar, ac ex ea ſoni illum mixtum & mirandum edūt. Oleis gaudēt, atque adeo omnigenis arboribus. In frigidis regionibus non proueniunt. Parthi, & alij quidã Orientales Cicadis veſcuntur, & Ariſtoteles ſuauiſsimi guſtus, ante volatum prædicat. Dolores colicos ſedant cum pari granorum Piperis pondere, iſque vſus è paroxiſmorum ratione variatur.

Locuſtæ. CAP. XLIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ακρίδες. *Lat. Locuſtæ. Ita. itidem.*

Gal. Sauterelles.



Locuſtæ odoris ſuffitu urinæ difficultates adiuuant: præſertim quæ fœminas malè habent: earum carnes nullo ſunt in uſu. Eſt & quoddam genus Locuſtæ, quæ Aſiracos aut Ouos dicitur, ſine pennis, prælongis cruribus. Exiccata autem ſi ex uino bibatur, contra ſcorpionis morſus magnoperè proderit,

hac

hac abundè ueſcuntur Aphri, qui Leptin incolunt.

Locuſtæ mares, maiores fœminis, hæ defixa in terram cauda, oua parturiunt, è queis poſtea naſcuntur vermiculi tenui membrana cõditi, qua rupta Locuſtæ procreantur. Calidas amant regiones, nec temerè in frigidis reperiantur. Ex æſtuoſis quandoque in Europam tranſuolant. Quod ætate Plinij contigit, & non ita pridem anno. 1542. Cyrenaici, Lemnij, & Syrij, turmatim bis, ter ve per annũ ad vaſtãdos Locuſtarum nidos, & cum editæ ſunt, conficiendas proficiſcuntur. Indicæ trium pedum longitudine, mordaces admodum ſunt.

Oſsifragus. CAP. XLV.

NOMENCLATVRA.

Gr. φίνις.. Lat. Oßifragus. Ita. Oßifrago.

Venter eius auis quam Latini Oſsifragum appellant, particulatim potus, calculos cum lotio pellere proditur.

Oſſifragum ex Aquilarum genere eſſe conſtat, qui earum pullos, ſeditione in cibo excitata, nido expulſos, foueat ad perfectum volatum. Plinius Alieti (Aquilæ marinæ) pullum, nec propriam eſſe ſpeciem, ſed ex Aquila diuerſis maribus admiſſa, procreari. Albertus, aquaticam auem eſſe contendit, cigno maiorem, oblongo roſtro, cuius pars inferior ſacci ſpeciem præferat, in quam magnum piſcium numerum occulit, quos poſtea paulatim deglutiat. Hos Itali vocant Agrotti. Eruditorum nullus eſt, qui ſuperiores duos cognouiſſe conſtanter aſſeueret.

Galerita. CAP. XLVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. κορυδαλλος. Lat. Galerita. Ita. Lodola. Gal. Alouette.

Galerita auicula eſt parua, apicem in uertice, pauonis modo, geſtans: quæ aſſa in cibo ſumpta, cœliacos adiuuat.

Galeri

Calerita & sine, & cum crista reperitur. Campestres aues, cibantur vermiculis, & quæ decidunt aut creduntur terræ seminibus. Mares argutè canunt, auiumque primæ, æstatem cantu præsagiunt. Accipes aues adeò verentur, vt Speruieri & Smerili feroci volatu terrefactæ, in hominis sinum, asylli loco confugiant.

Hirundines. CAP. XLVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. χελιδόνες. *Lat. Hirundines. Ita. Rondini.* Gal. Arondelles. Ger. Ein Waldlerch.

Dissectis crescente luna pullis Hirundinis, qui primo partu exclusi sunt, in uentre eorum lapillos offendes: è quibus duos, unum colore uarium, alterum purum eximes: ij priusquam terram attigerint, in iuuencæ corio, aut ceruina pelle brachio aut collo adalligati, comitialibus proderunt, & sæpe prorsus eos recreabunt. Hirundines, uti ficedulæ, in cibo, acici uisus medicamentum præbent: tam pullorum quàm matrum in fictili olla crematarum cinis cum melle oblitus, oculis claritatem adfert, anginæ eo commodè perunguntur: uuæ & tonsillarum inflammationibus hoc cinere succurritur: & ipsæ & pulli exiccati, si drachmæ pondere ex aqua bibantur, hos iuuãt qui anginæ morbo consuctantur.

Hirundinum vna species domibus nostris nidos figit. Altera vetustorum ædificiorum muros, cauernulas, & montium scopulos expetit. Tertia fluuiorum ripas sectatur. Vt primo æquinoctio prodeant, tum vt autumnali secedant, reparandóque pullis visui Chelidoniam inquirant, nulli non in cõperto est. Soiæ auium, non rapacium, carnes edunt.

Ebur. CAP. XLVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ελεφαντος οδοντος ρηνισμα. *Lat. Eboris scobs. Ita. La Limatura dell' Auorio.* Gal. La scieure de L'yuoire.

Ebo-

EBoris scobe illito paronychia sanantur. Vim adstringendi Ebur obtinet.

EBur elephantorum sunt dentes, quod vt alias summoperè, expetitum, ità nostro sæculo pretiosissimum. Eò factum vt nullibi penè verum Ebur *reperiatur, at quod vulgò huius vice in officinis prostat, marinorum piscium sunt dentes.* Cum *de* Elephantis *recentiores qui meridianum orbem lustrarunt, satissuperque scripserint, superuacaneũ mihi visum est hac de re cartam onerare, at stolidam hanc ex hominum mentibus opinionem optarim extirpari, nimirum continuis esse pedibus, cũ nostratis etiam temporis homines viderint, inflexis in genna pedibus, & in hæc procumbentes, solem & lunam adorare.* Eboris, *porphyrij (quem vocant) planitie intriti, cinis, valet ad fluxus albos feminarum, potum in lacte seminis lactucæ, cum aqua ferro extincta, extracti.*

Suillus talus. CAP. XLIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀστράγαλος ὑός. *Lat. Suillus talus. Ita. Talone del porco.* Gal. Talon de Porceau.

SVis talus comburitur, dum è nigro albescat: qui tritus & potus, inflationibus coli, longisq; torminibus medetur.

Ceruinum cornu.

CAP L.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἐλάφου κέρας. *Lat. Ceruinum cornu. Ita. Corno del Ceruo.* Gal. La corne de cerf. Ger. Hertzhorn.

Cerui

Ceruini cornu cinis elotus, binis ligulis epotus prodest dysentericis, excreātibus sanguinem, cœliacis, regio morbo, & uesicæ doloribus cum tragacātha: fœminis fluxione uuluæ laborantibus, cum liquore huic rei accommodato. Cerui cornu contusum, crudo fictili luto circumlito, & in furnum indito uritur donec albescat. Id Cadmiæ modo elotum, ulceribus oculorum & defluxionibus salutare est, infrictum dentes expurgat. Crudi cornu suffiti nidore serpentes fugantur: feruefactum in aceto, si eo gingiuæ colluantur, maxillarum à dentitione dolorem adimit.

Planum est xlix. cap. illud tamen sciendum, non omnia animalia os in iunctura pedum habere, talum vocant. Quod ad Ceruos attinet, Dictamnum herbam eÿciendis vtilem sagittis in Creta docuere: manifesto felle, et iecore carent, quemadmodum equi, asini, muli, cameli, & piscium, vitulus marinus, & delphinus. Fellis loco venas per intestina sparsas habent, in queis inspersus est liquor ille, quo in animantium cæteris fel conficitur, & ea est causa amaroris, qui perpetuus earum in carne sentitur. Viridis est eis in cauda humor, mortifer, si edatur. Sanguis Cerui cū oleo attritus, clysteris in modum valet ad vlcera & antiquos intestinorum fluxus, potus in vino, ad sagittas venenatas prodest. Cerebrum, neruorum & iunctarum abscessus emundat. Cornu, cōbustum & potum cum pauco melle, vermes è corporibus eÿcit. Ceruorū iuuenum cornua pilo cōuestita, in portiunculas dissecta, vasi testaceo indita, quod postea probè coopertum & lutatum fornaci credatur, siccata & in puluerem redacta, mirabili sunt effectu ad dolores colicos, si cum Pipere & Myrrha præbeantur. Os cordis Ceruini eximiæ in omnia venena mortifera virtutis est: & vtiliter inseritur remediÿs, quæ in pestem fiunt.

Eruca. CAP. LI.

NOMENCLATVRA.

Græ. κάμπη. *Lat. Eruca. Ita. Bruchi.*
Gal. Chenilles. Ger. Kanp.

Eru

ERucis quæ in oleribus gignuntur, cum oleo peruncti, à uenenatis bestijs feriri negantur.

ERucæ ex herbarum & præcipuè Braßicæ folijs naſcuntur, has ab hortis eijciet, qui equæ cranium ad palum horti medio ſuſpenderit, idem efficiet fluuiatilis cancer. Si arbuſculi, quem Sanguin uocant, ramuſculo herbæ & caules attingantur, non diſpar ſequetur effectus.

Cantharides. CAP. LII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κανθαρίδες. *Lat.* Cantharides. *Ital.* Cantarelle. *Gal.* Cantarides.

FRumentis congeſtæ cantharides ad recondendum idoneæ ſunt, quæ fictili uaſe non picato conduntur, & raro linteo obligato ore, & deorſum conuerſo ſuſpenduntur ſuper aceti feruentis quàm acerrimi halitum, donec æſtu exanimentur, poſtea lino transfixæ reponuntur. Potentißimæ omnes uariæ, luteis lineis, quas in pennis tranſuerſas habent, promiſſoq́; corpore craſſæ, ac Blattarum modo perpingues: ſed inertes ac imbecillæ, quæ unius ſunt coloris.

Bupreſtes, & pinorum erucæ. CAP. LIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Βουπρήστεις καὶ πιτυοκάμπαι. *Lat.* Bupreſtes & pinorum erucæ. *Ital.* Bubreſti, & Bruchi de Pini.

SImili modo reconduntur Bupreſtes, genera quædam Cantharidum, & pinorum Erucæ. quæ ſupra cribrum ſuſpenſum feruenti cinere pauliſper intoſtæ, reponuntur. Vis omnium communis erodere, ulcerare, calorem elicere. Qua de cauſa admiſcentur medicamentis, quæ lepras, feraſque lichenas & carcinomata ſanant: menſes ciunt, peßis emollientibus additæ. Aliqui Cantharidas antidotis impoſitas, aquæ ſubtercutẽ auxiliari

prodiderunt: argumento, quòd urinam moueant. Alij penas pedesq́; contra potarum ueneficia, remedio esse tradiderunt.

CAntharides vulgata sunt animalia, noménque à Cantharo deductum, ac si diceres, pusillos scarabeos. Eligi debent vigentis ætatis, nam veteres tabescunt, & in vsum medicinæ sunt inutiles. Buprestes in Italia & Gallijs non perindè vulgares, Animal est (Cordo) scarabeo simile, sublatis pedibus, vltra cimices fœtidum, eò frondes & fructus, si qua per eos repat, inficit. Tela qua sese inuoluunt pinorum erucæ astringendo sanguini valet. Medicorum vulgus ex Hippocrate (vt putant) in præbendis Cantharidibus caput, alas, & pedes abijciunt, pernitioso in duobus Hydropicis, quemadmodum narrat Galenus, exemplo, qui paucis post diebus à sumptis ità Cantharidibus periere. At non ea fuit mens Hippocratis, caput, alas, & pedes auferendos, sed potui præbendum priuatim corpus, post caput, alas, & pedes, & non corpus extremitatibus abiectis, nam ita priuarētur remedio, quod eis ob veneni malitiam, à natura datum est. Cerotis & emplastris inditæ, scabros vngues exerunt. Inseruntur & medicamentis quæ lepram & scabiem sanant, in queis integræ apponendæ. Præstantiores sunt quæ in triticéis campis reperiuntur, lineis rubris alas intersectæ. Hæc è Galeno decerpta, cuius Cantharidum & Buprestium, quod omnibus notum sit, præparandi præscriptum hic non additum.

Salamandra.

CAP. LIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σαλάμανδρα. Lat. & It. Salamandra.
Gal. Salamandre. Ger. Ein olin.

SAlamandra lacertæ genus est, iners, uarium, quod frustra creditum est ignibus non uri. Vim habet erodentem, calfactoriam, exulcerantem. Additur, ut Cantharis, in medicamenta, quorum uis est exesse, & lepras abolere, similiq́; modo reconditur:



conditur. Liquefacta in oleo pilos euellit. Exenterata, detractis pedibus & capite, in melle seruatur ad eundem usum.

SAlamandra tempore pluuio sub initium veris & autumno conspicua est, at calente æstate & frigescente admodum vere, raro exit è terra. Animal est corpore lacertis simili, præterquã quod maiore sunt capite & corpore, altioribus pedibus, & breuiore cauda, ad cursum tardißimæ. Colore sunt nigro & ruffo virgis adeò ad viuum à natura expreßis, vt æs arte sumaria attritum dixeris. Aliquanto tempore pro sua frigiditate in igne Salamandra perdurat, si diu tamen perstiterit, absumitur. Marem aut fœminam Salamandra non habet, sed è putrefactione generatur. Venenatus est harum morsus, & si quà fructus aut herbas attigerint, saliuam quampiam relinquunt, quæ proculdubio mortifera est, quod multi suo damno experti sunt.

Araneus. CAP. LV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αραχνη. Lat. Araneus. It. Ragno. Gal. Areine. Ger. Spinn.

ARaneus, quem holcum, alij lycon, id est, lupum uocant, subactus cum splenio, & linteo illitus, prolatusq; utrisq; temporibus aut fronti, tertianos circuitus persanat. Tela eius imposita sanguinem sistit, uulnera quæ summam cutem occuparunt, ab inflammationis iniuria uindicat. Est & alterum Aranei genus qui candidam, tenuem, densamque telam

orditur, quem in aluta ligatum, & lacerto appensum, quartanis circuitibus mederi narrant. decoctus ex rosaceo & infusus, aurium doloribus auxiliatur.

SEx Araneorum sub Phalangij nomine genera describit Aetius. Primum est Rhagius seu acinosus, acino uuæ nigræ similis, & inde nomẽ sortitus: os habet in uentris medio, & pedes quaquauersum breuissimos. Secundum Lupus, hic in cibum captat & conficit muscas. Largum est illi corpus est vodubile, & incisæ partes collo proximæ. Tertiũ Formicarius, quod forma grandes formicas referat, fuliginij est coloris, stellatis maculis notato corpore, & præcipuè dorso, Quartum, Cranocolaptes, figura corporis oblonga, colore uiridi, adiacente collo spina qua transfigit. Quintum Sclerocephalus, capite est saxi in morem duro, corporis lineamentis in totum Farfale similibus. Sextum Scoletius, vermi attrito & maximè circà caput adsimile. Phalangios in Italia nasci negat Plinius. Est tamen in Apulia Aranei genus quod Tarentole vocant. Id miserè, horrificè, & variè ictos aflictat. Quod è diuersis & varijs tum animantis, tum ictorum naturis prouenit. Animantium horum venenũ musicæ sono mitescit. At cessante sono, paulatim redit morbus. Et eam ob causam vsitatum est musicorum instrumentorum sonum non antè cessare, quin pariter cesset etiam morbus. Quod longus sonus & desultatio elicito per iocum sudore, vincat tandem veneni malitiam, tantum si interim dum sonus hic perdurat, offerãtur ægro Theriaca & Mithridatum, & generatim quæ ad morsus serpentum & aspidum valent.

Lacerta. CAP. LVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Σαύρα Lat. Lacerta It. Lucertola. Gal. Lisarde.

LAcertæ caput intritum & appositum, aculeos & omnia corpori infixa extrahit, uaros, formicantes uerrucas, & pensiles, quas acrochordonas uocant, tollit. Iecur exesis dentibus coniectum, dolores finit. Si diuulsa admoneatur, ictis à scorpione leuamentum præstat.

Seps.

Seps. CAP. LVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σὴψ. *Lat.* Seps. *It.* Sepa.

SEps, quam aliqui lacertam Chalcidicam uocarunt, in uino pota, morsus suos sanat.

LAcertæ, quas hic describit Dioscorides, Lacertis vulgaribus vt plurimum similes, oua vt serpentes pariunt, cochleis inimicißimæ. In calidis regionibus grandiores quam in nostro orbe reperiuntur. Nicander Chalcidicas Lacertas nostris similes esse contendit. Græci aliquando Lacertam pro Ceraste seu Sepe vsurpant, & hæc confundunt nomina, aliquando Sauron, aliquando Cerasten genus facientes. Romæ Lacertæ gignuntur dorso stellis notato, quæ quod sub terra lateant, Terrantole vocantur, tam atroci veneno vt Chalchidicæ haberi poßint, aut saltem antiquorum Stelliones. Seps sine pedibus serpens, vipere similis, a Chalcidica lacerta diuersa est, sed nomina apud auctores confunduntur.

Scincus. CAP. LVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σκίγκος. *Lat.* Scincus. *It.* Scinco.

SCincus aut Aegypti, aut Indiæ, aut rubri maris alumnus, quamuis inueniatur in Lydia Mauritaniæ. Est autem terrestris Crocodilus sui generis, sale inueteratus cum Nasturtio. Aiunt carnes, quæ renes amplectantur, id sibi uirium uendicasse, ut si drachmæ pondere bibantur, uenerem accendant. Verum decocto lentis cum Melle aut semine Lactucæ cum aqua poto, ueneris cupiditates inhibentur. Additur in antidota.



MArini Stinci qui è mari rubro & Aegypto Venetias asportãtur, licet crocodilorum speciem referant, magnitudine tamen prægrandes Lacertas nõ excedunt, squamis sunt albis in luteum vergentibus, cum cæsia à capite ad caudam linea. Hanc crocodili non habent, dorso enim natura sunt liuido. Pausanias in Lybia nasci scribit duum cubitum longos. Officinæ fluuiatilibus cùm marini desunt vtuntur, non pari tamen effectu.

Terreni vermes. CAP. LIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. γῆς ἔντερα. *Lat. merreni vermes It. Vermi della terra.* Gal. Vers de terre Ger. Regen Wuurm.

TErreni uermes impositi, præcisos neruos glutinant, tertianas discutiunt. Decocti cum anserino adipe, infusi, affectis auribus medentur: cum oleo autem decocti, si in contrariam aurem instillentur, dentium doloribus præstant auxilium: triti in potu, ex passo, urinam ciunt.

ELumbricis fit oleum, ad neruosorum locorum, & iuncturarum sedandos dolores. Verus præparandi modus in balneo Mariæ, nam inde humor & virtus extrahitur, nihilum ambusto aut torrefacto oleo, vel Lumbricis. Id oleum podagris calidis multum prodest, perunctо

primum

primum oleo, loco vbi sentitur dolor, dein suprà illitis vermibus incoctis, tritis & immistis cum æquali pondere ceroti, quod triapharmacum vocant. Lumbrici probè in vino eloti, ac posteà in vas vitreũ diligenter, obturatum vt in balneo Mariæ bulliant inditi, in viscosum quempiam humorem vertuntur, qui solus neruorum & intestinorum plagas consolidat. At præstantius operatur cum oleo gummi Laricis, aut Abietino oleo, quod mirum in modum recentes omnes plagas consolidet, præterquam capitis. Ambusti & in subtilissimũ puluerem reducti Lumbrici, potique cum aquis Marrubij & Absinthij, ictericos iuuant.

Mus araneus. CAP. LX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μυγάλη. *Lat. Mus araneus. Ita. Topo ragno.* Gal. Rat areigne.

Mvs araneus dissectus & impositus, sui morsus ueneficia luit.

MVs Araneus colore est mustellino, magnitudine muris vulgaris, ore vt talpa in acutũ desinẽte, in hoc altrinsecus ordines duos dẽtium habet, tenues, acutos, cauda quàm mus breuiores. Huius morsus quibusdam in locis innocuus, quemadmodum & scorpij.

Mures. CAP. LXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μύες. *Lat. Mures. It. Topi.* Gal. Ratz.

Mvres, qui in domibus oberrant, concisos scorpionum plagis utilissimè imponi, in confesso est: si inassatos infantes ederint, oris saliuam exiccari promittunt.

DOmestici sunt, syluestres, & montani mures, sunt & terrestres & marini, de domesticis tamen loquitur Dioscorides. Murium adeps retractos neruos & iuncturas remollit.

Lac. CAP. LXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Γάλα. *Lat. Lac. Ita. Latte.* Gal. Laict.

Lac generatim omne boni succi est, corpus alit, aluũ emollit, stomachum & intestina inflatione uexat, uernum tamen dilutius æstiuo habetur, & è uiridi pabulo aluum magis emollit. Probatur autem candidum, æquali craßitudine, quod ungui instillatum cogitur. Aluum minus tentat Caprinum, quoniam pecus hoc adstringentibus pabulis, Robore, Lentisco, & oleaginis frondibus, & Terebintho magna parte uescitur, inde stomacho accommodißimum reddi solet. Ouilum autem dulce, crassum, & præpingue, non usq; adeò utile stomacho, Bubulum tamen, Asininum, & Equinum, uentri magis idonea, sed ipsum turbant. Quibus in locis pecora Scammoniam, Veratrũ, Clematidem, aut Mercurialem pascuntur, lac omne uentrẽ & stomachum subuertit: quale in Iustinis montibus esse à nobis proditum est. Siquidem Capræ quibus candidum ueratrum pabulo fuerit primo foliorum partu euomunt & eorum lac haustũ nauseam creat, & stomachum in uomitiones effundit. Ventrem adstringit lac omne decoctum, præcipueq; candentibus calculis marinis exustum: & in summa, omnibus auxiliat[illegible] internis exulcerationibus, præsertim faucium, pulmonis, inter[illegible]eorum, uesicæ & renum: foris uerò contra pruritum cutis, eruptiones papularum, & uitiatos corporis succos: recens cum melle crudo, addito sale, datur exigua aqua dilutum. Minus inflat quodcunque semel feruefactum: decoctum cum calculis marinis ad dimidias, ulcerosas uentris fluxiones adiuuat. Lac quodcunque serum continet implicitum, quod ubi discesßit à lacte, multò potentißimum ad purgationes redditur: datur quibus sine acrimonia uolumus deiectionem moliri, ut melancholicis, comitialibus, lepris elephãtijs, & erumpentibus toto corpore papulis. Ex omni lacte fit, quod Schistum, id est, scißile, appellãt. Lac autem fictili nouo feruet, ramoq; ficulneo recẽti mouetur, insparsis, post quàm bis aut ter efferbuerit, totidem aceti mulci cyathis, quot sunt heminæ

lactis

lactis. Ita enim serescens liquidum ab eo diuiditur quod in caseũ concreuit: sed cùm feruet, ne superfundatur, conueniet spongia ex frigida continuò fictilis labrum detergere, sextariũq; argenteum frigidæ aquæ plenum demittere. Bibitur heminis per interualla singulis, usque ad quinas, ita ut intercedentibus spacijs potantes ambulẽt Lac autẽ recẽs efficax est cõtra rosiones, ustiõesq; ab exitialibus medicamentis factas ut à Cantharidibus, aut Salamandra, Bupreste, aut pinorum Eruca, Hyascyamo, Dorycnio, Aconito, aut Ephemero: præsertim Bubulum ad id eximiè confert: gargarizatur autem exulceratis faucibus, tonsilisq;. Asininum peculiariter collutos dentes gingiuasq; stabilit. Fluxiones alui, si ulcera sentiantur, tenesmosq;, ouillum, bubulum aut cáprinum cum marinis lapillis decoctum, sistit: per se autem & cum hordeacea Ptisana, aut Halicaceo cremore infusum magnoperè intestinorum rosiones mitigat: exulceratæ uuluæ immittitnr. Humanum lac dulcissimum est, & maximè alit: mãmis autem exuctũ, prodest tabi, & stomachi rosionibus: cõtra haustum Lep[illegible]m marinum præsidio est: oculis cruore ex ictu suffusis, cum [illegible]uris polline instillatur: podagricis utile est cum Meconio & cerato illitum. Lac omne respuendum splenicis, Hepaticis, comitialibus, uertiginosis, & neruorum uitio laborantibus: febriculosis, & capite dolentibus: nisi si quis interdum purgationis gratia, ut ostendimus, Schistum præbeat. Primiparæ canis lacte perunctos narrant glabrescere: potum contra uenena, antidoti uicem obtinet abortus, mortuos expellit.

QVo nunc vtimur Lac aut humanum est, aut Caprinum, aut Pecorinũ, aut Vaccinũ aut Bufalinũ, aut Asininũ antiqui etiã equino & camellino vtebatur. Est Lac humanum omnibus præstantius, quod in tribus suis qualitatibus tẽperatum sie. Porro omne Lac est sanguis bis coctus, è caseo compositus, butyro, & sero. Caprinum sequitur in omni sua substantia temperatum. Spissius est pecorinum, & præ alÿs minus habet seri, plus casei. Vaccinum & Bufalinum tum spissum,

tum cæteris graßius est. Asininum plus habet seri, minus craßi. Lactis bonitas colore, odore, sapore, & substantia dignoscitur. Colore summè albo, splendido, claro, & non liuido. Odore sincero, aromatico, non horribili. Sapore dulci, non acerbo, non aceroso, non amaro, non salso. Substantia media inter spissum & tenuem, sic vt vngui gutta superposita, non spargatur, sed in se coacta permaneat. Eximium quod istiusmodi est, optimum sanguinem: his destitutum dotibus, peßimos humores generat, corpus & stomachum sursum deorsum voluit. Optimum lac constantis ætatis hominibus conuenit, qui natura frigidi non sunt, colericis, ecticis, extenuatis, & in summa vbi stomachus mundus est à prauis humoribus. Et è diuerso febribus nocet, dolori capitis, male affectis oculis, paralysiæ, spasmo, defluxionibus, lapillis, oppilationi, dentibus, gingiuis, iuuenibus, flegmaticis, & in totum, qui id à cibo sumpserint, & eò plus nocet, quo spißius est substantia. Præter hæc quo prosit Lac, huic indendum modicum Zucchari aut mellis, quò non coaguletur in stomacho. Non offeratur potui aut cibo, cum piscibus, rebus acetosis, nec in tanta quantitate, vt digerere aut euomere stomachus non queat. Ieiuno etiam bibendum, nec alius sumendus cibus hoc non percocto. Sumentem quietum stare oportet, non dormire, non bibere à vino: quodque dentibus & gingiuis noceat, ab eius potu, vino aut aqua mellata os colluendum. A cibo sumptum, multis in rebus nocet. Optimum lac cerebrum auget. Humectat & incrassat corpus. Pectus lenit, & antiquam tußim. Venerem excitat, multiplicato spermate. Prodest ardori vrinæ, corpora macilenta restaurat, generat probum sanguinem & alimentum. Emollit & colorat corpus. Statim conuertitur in sanguinem, & carnem adauget.

Caseus. CAP. LXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. τυρὸς. *Lat. Caseus. Ita. Cascio.*
Gal. Fourmage.

CAseus recens sine sale sumptus alit, stomacho utilis est, et facilè in membra delegatur, corpus auget, aluum modicè emollit: alius tamen alio præstantior, pro natura lactis à quo cõfici

ficitur. Decoctus autem & expressus, deinde inassatus, aluum sistit: illitus, oculorum inflammationibus & sugillatis prodest. Qui uerò recens salitus est, minus alimenti præbet, corpus aptè minuit, stomacho aduersatur, negotium uentri interaneisq́; exhibet: uetustiore sistitur aluus. Sero quod à caseo manauit, quam optimè canes aluntur. Quod Hippacen uocant, Caseus est equinus: ea uirus redolet, magnoperè alit, bubuloq́; proportione respondet. Nec desunt qui Hippacen, equinum coagulum appellarint.

CAseus laudatur recēs, non enim nocet stomacho, & aliis citius digeritur. Vetus, quod linguam pungat, quibusdam est gratus, est tamen omnium pessimus, sanguinem incendit, sitim inducit, difficulter digeritur, lapillos in renibus & vesica generat, iecur opillat, restringit corpus, colicam generat, & melancolicos humores, & maximè in corporibus qui superfluo calore abundant. Et quāuis caliditatis ratione extenuandis humoribus conueniat, ea tamen posteà sequuntur incommoda, vt plus duplo noceat, quàm iuuet. Caseus mediæ ætatis, non probatus ducitur, quamuis minus noceat, quam vetus. Cæteris præstantior est, pecorinus. Vaccinus crassior, & maioris est nutrimenti, at difficilius digeritur. Caprinus recens, probus: vetus, omnium pessimus.

Butyrum, & eius fuligo.
CAP. LXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. βούτυρον. *Lat. Butyrum. Ita. Boturo.*
Gal. Beurre. Ger. Butter.

E Lacte pinguissimo probatum fit Butyrum, quale Ouillum est: fit & ex Caprino, agitato in uasis lacte, donec pingue separetur. Butyrum natura oleosum est, & emolliens: unde largius epotum, uentrem resoluit: prodest, ubi oleum non adfuerit, contra uenena. Cum melle si infricetur, dentitiones adiuuat: gingiuarum pruritus, & oris ulcera infantibus emendat.

dat. Illitum foris capaciora alimentorum facit corpora, & ab albidis pustulis per summa scatentibus asserit. Contra inflammationes & duritias uuluæ, quod nec uirus resipit, nec uetustatem sentit, Butyrum efficax est: dysentericis, & coli exulcerationibus infunditur: in medicamenta addi solet quæ pus mouent, utile præsertim cùm nerui, aut cerebri membranæ, uesicæ ceruix, uulnera acceperint. Id autem purgat, replet, carnem creat, ab aspide percußis utilißimè imponitur. Recens obsonijs additum olei uicem pensat, & adipis uice fungitur in bellarijs. Colligendæ ex eo fuliginis ratio hæc est: Butyrum in lucernam nouam ingestum accenditur, fictiliq; operculato quod supernè in siphunculi speciem desinat, & infima parte cuniculos clibani modo habeat, crematur, & subinde aliud in absumpti locum sufficitur, dum coaceruetur fuliginis modus, quem facere institueris: penna post deraditur ad usus. Eius effectus est in medicamentis oculorum, exiccare & adstringere: fluxiones cohibet, & ulcera celeriter ad cicatricem perducit.

BVtyrum maturat & digerit in his tantum corporibus, quæ mediant inter molle & durum, & ideo non maturat abscessus, qui sunt in corporibus duris. Per os sumptum, confert pulmoni, difficultati anhelitus, & alijs pectoris morbis. Solum manducatum plus maturat, cum melle verò & amygdalis amaris valentius sputum educit, & excellentius emundat.

Medicina lanarum. CAP. LXV.

NOMENCLATRA.

Græ. Ερια οἰσυπηρὰ ἔρια κεκαίμενα. *Lat. Succidæ lanæ. Lanæ crematæ. Ita. Lana succida, lana brusciata.* Gal. Laine surge. Laine bruslee.

SVccidæ lanæ molles, è collo fœminibusq; laudatißimæ habentur. Subueniunt inter initia uulneribus, percußis, desquamatis

matis, liuidis, oßibus fractis, aceto, oleo aut uino imbutæ: siquidem facilè succos combibunt quibus immergunt: & ob pecudũ sordem, sic enim œsypum uocant, emolliunt: capitis, stomachi, aliarumq; partium doloribus, cum aceto & Rosaceo efficaciter imponuntur. Crematarum lanarum cinis, crustas obducit, excrescentias in carne cohibet, & ulcera ad cicatricem perducit. Mundæ autem & carptæ, in fictili crudo, cæterorum more, uruntur. Nec secus fimbriati marinarum Purpurarum flocculi cremari solent. Aliqui cum sordibus lanas carpunt, & melle irrigant, eodemq; modo urunt. Alij in fictili oris patuli, uerucula inter se distantia componunt, & concerptas carminatasq; lanas oleo ita suffusas, ut ne stillare quidem poßint, assulis tedæ subiectis, & eisdem, lanisq; permutatim interstratis, leuiter succendunt, et ustas tollunt. Quòd si è Teda pix, pinguitudóue ulla profluxit, collecta reconditur. Lauatur ad oculorum medicamenta. Cinerem in labellis, aqua addita, manibus confricant, & considere patiuntur, idq; sæpius, mutantes aquam donec linguam adstringat, nec mordeat.

Oesypum. CAP. LXVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. οἴσυπος. *Lat.* Oesypum. *Ita.* Sordida grassezza della lana. Gal. La gresse de la laine surge.

OEsypum uocant Græci, succidarum lanarum pinguitudinem: Cuius parandi ratio hæc est. Succidæ molles, radicula non curatæ, calida aqua lauantur, & quibuscunque sordibus expreßis, & in labellum oris ampli coniectis, aqua infunditur, magnoq; impetu ligula, uti respumet, agitatur, aut lignea rude ualidiusculè conturbatur, quò largius sordida spuma colligi poßit, deinde marina respergitur: & considẽte pingui quod supernatabat, collectoq; in altero fictili uase, denuò aqua in labellum

fusa

fusa agitatur: spuma iterum mari perfunditur, & demum eximitur. Hoc tantisper fieri solet, dum consumpta pinguitudine nihil prorsus spumæ extet. Collectum Oesypum manibus emollitur, & si qua insedit spurcitia, confestim demitur: exclusaq; sensim omni aqua, recentiq; affusa, manibus misceatur, donec admotum linguæ Oesypum, astringat leuiter, nec mordeat, atque pingue candidumq; spectetur, tum in fictili uase conditur. Verũ omnia feruido sole fiant. Nonnulli excolatum pingue frigida aqua eluunt, & manibus, non secus atque ceratum mulieres, cõfricant: ita enim candidius redditur. Alij elotis lanis & sordibus quibuscunque exemptis, ac lento igni in æneo uase ex aqua decoctis, pingue quod supernatat collectum, aqua, ut diximus, lauant: colatumq; in fictilem patellam, quæ calidam aquam contineat, linteo operiunt, atque soli mandant, donec candidum fiat, & satis crassum. Alij bidui spacio aquam effundunt, nouamq; adijciunt. Melius est læue, radicula non curatum, quod succidarum uirus oleat, & si manu in concha fricetur cum aqua frigida, albescat, nihil in se duri aut concreti habens, ueluti quod cerato aut adipe adulteratur. Oesypum excalfacit, explet ulcera, & emollit, præsertim sedis ac uuluæ, cum meliloto & butyro: in uellere appositum, menses & partus euocat, ulcera non auriũ modò sanat, sed & genitalium cum anserino adipe: contra erosos angulos oculorum, scabiososq;, genas quæ occalluerunt, & ciliorũ defluuia, efficax est. In testa noua torretur, donec redactũ in cinerem pinguitudinẽ amittat. Ex eo etiam fuligo colligitur, uti demõstrauimus, q̃ in oculorũ medicamẽta cõmodè addi solet.

LAna Succida, quæ & Oesipus, & quem hodie, Ysopum humidum officinæ vocant, quò ab Hissopo, quam pari corruptela Ysopum, distinguant, planißimè à Dioscoride descripta, nihil adijci postulat.

Coagulum. CAP. LXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ.

Gr. πιτύα. Lat. Coagulum. Ita. Caglio.
Gal. Presseure. Ger. Kymmi.

LEporis coagulum tribus obolis ex uino, uenenatorũ morsibus, cœliacis, dysentericis, & fœminis fluxione uuluæ laborantibus, ac reiectionibus à pectore, auxiliatur: sanguinẽ in grumos concretum discutit. Post menstruas purgationes appositum uuluæ cum Butyro, præstat mulieribus ut concipiãt: potũ uerò partus enecat, et à puerperio, pariendi spem adimit. Equi coagulum, quã Hippacẽ aliqui uocãt, priuatim cœliacis dysentericisq; cõuenit. Hœdi, Agni, Hinnuli, Capreæ laticornis, & Dorci, Apri, Cerui, Vituli, Bubaliq; coagula similes naturas sortiuntur: cõtra aconiti potũ, in uino, & concretũ lac, in aceto, cõueniẽter assumũtur. Hinnuli priuatim triduo à purgationibus admotũ, partus spẽ intercipit. Vituli marini, Castorei uires repræsentat, comitialibus, strãgulatis uuluis, potu cõferre existimat̃. Sed si sit Vituli marini, hoc experimẽtũ est: aqua inspergit̃, qua paulisper cũ alterius animãtis, tum præcipuè Agni coagulũ, maduerit: nã si erit syncerũ, statim liquescit in aquã: sin minus, cõsimile permanet. Excipitur aũt catulis, qui nondum natare possunt. In summa, coagulum omne dißipata cogit, & coacta dissoluit.

Adeps. CAP. LXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Στέαρ. Lat. Adeps. Ita. Grasso.
Gal. Gresse. Ger. Feyst.

ADeps Anserinus aut Gallinaceus recens & sine sale cõditus, ad uuluæ uitia proficit: sale inueteratus, & qui temporis spacio acrimoniã concepit, uuluæ inimicus est. Recẽs exemptis membranis in fictilem ollam demissus, quæ altero tantoperè capacior sit, quantus sit modus adipis, quem curare institueris, obstructo diligenter uase, flagrantißimo soli exponitur, eli-

eliquescens inde humor in fictile alterum excolatur, donec adeps omnis absumatur, mox loco uehementer frigido reconditur, & ad usus digeritur. Alij fictile fulciunt super aquam calidam, aut tenuem & elanguidam prunam, quæ solis uicē penset. Est & alia curandi ratio: Exemptis membranis teritur, cōiectusq́ in ollam eliquatur, adiecto minuti salis momento, mox lineo colo transfusus reponitur. Vtiliter in medicamenta additur, quæ laßitudines & fatigationes leuant. Suillus adeps & Vrsinus hoc curantur modo: Recens, præpinguis, renibus potißimùm detractus, in largiore aqua cœlesti & quàm frigidißima, exemptis tunicis, diligentißimè manibus confricatur, & exprimendo fermè siccatur, subindeq́ noua aqua abluitur: cæterùm fictili capacitatis duplæ inditus, in aquam demergitur, & subditis leuibus prunis spatha mouetur, eliquatusq́, colo transfunditur in aquam: ubi uerò refrixit, & guttatim aquam omnem exclusit, in prælotum fictile demittitur, & infusa aqua leniter eliquari debet, & manu deprimi, quò facilius fæculentum uirus pessum eat: postea in pilam spongia madefactam transfunditur: ubi coire cœpit, residens in imo sordes eximitur: tertiò citra aquā eliquatur, repurgatusq́, fictili bene operculato, perquàm frigidis locis reponitur. Hircinum seuum, Ouillum, ceruinumq́ ita curato: Elotum ex his quodcunque, tunicis, (ut in suilli mentione dictum est) exemptis, pilæ emolliendum tradito, ac manibus fricato, affusa paulatim aqua, donec ne amplius quidem cruentum uirus excernatur, aut pingue aliquod innatet, sed nitida spectetur. Deinde in ollam fictilem conijcito, & adiecta aqua ut supereemineat, leui pruna liquefacito, & moueto, atque in aquam colato: cumq́ refrixerit, iterum in loto fictili eliquato, & quæ antè diximus facito: tertiò sine aqua liquefactum, in perfusam liquore pilam colato, refrigeratumq́, ut in suilli ratione diximus, recōdito. Bubulum autem seuum, renibus maximè detractum

tractum

tractum, exemptis membranis, aqua marina ex alto petita eluẽdum est, mox in pila tundendum diligenter, affusa maris aqua: cùm uerò dissolutum fuerit, in fictilem ollam conijciendum, & marina aqua, quæ non minus dodrante supereemineat, proluendum: decoquendũ donec omnis aboleatur odor, additis ad singulas seui Atticas minas, quaternis Tyrrhenicæ ceræ drachmis ex colatumq́ʒ, detractis quæ pessum ierant sordibus, in nouo fictili reponendum: opertumq́ʒ soli interdiu credendum, ut ad candorem reducatur, & odoris uirus euanescat. Priuatim Taurorum pingue sic curari debet: Renibus euulsum pingue profluente amnis aqua abluito, detractisq́ʒ tunicis, fictili nouo postquàm exiguum salem insperseris, liquefacito, dein in nitentem aquam ex colato, & ubi concrescere cœpit, manibus iterum confricando uehementer lauato, aqua sæpius infusa, refusaq́ʒ donec quamoptimè elotum uideatur. Rursus in olla cum pari modo uini odorati decoquito, & cùm iterum efferbuerit, dempto ab igni uase, ibidem sinito pernoctare: postridie si grauiter adhuc oleat, noua olla repetitum, uino odorato perfundatur: eadẽ quæ prius fiant, dum omne uirus euanescat. Colliquatur & sine sale, præsertim affectionum earum causa, quibus sal aduersari solet, sed ita paratum non magnoperè albescit. Eodem modo pardorum ac leonum pinguia curari oportet. Taurinum autem & Vitulinum pingue, necnon Ceruinum, atque etiam huius animalis medulla, odoramentis imbuitur hac ratione: Pingue quod odoratum reddi debet, demptis, quo diximus modo, mẽbranis, elotum & uino quàm odoratissimo, nulla maris aqua diluto, feruefactum, pernoctare sinitur: alterum id genus uinum eadem mensura infunditur, colliquatur, & exquisitè colatur, nouemq́ʒ eius heminis, Iunci Arabici septem drachmæ adijciũtur. Quod si ipsum odoris fragrantioris fieri uoles, quadraginta floris eiusdem drachmæ, cum paribus Palmæ, Calami, & Casiæ modis

adduntur, & Xylobalsami, Aspalathi singulæ drachmæ, Cinamomi, Cardamomi, & Nardi, singulæ unciæ: omnia exactius tunduntur, & affuso uino odorato, in uase operto, quod supra carbones firmiter collocatum sit. Ter efferuescunt, & semoto ab igni uase inibi pernoctant. Postridie uinum effunditur, aliudq́ generis eiusdem adijcitur Ter similimodo bene conferuescat. Deinde matutinis exempto adipe uinum effundatur, & abluto uase, si quid imo subsedens hæsit, detergatur: postremò eliquatum pingue & excolatum, ad usus reconditur. Hoc autem modo odoramentis imbuitur, quod antea curatum est, uerùm antè dicta prius inspissari solent, quò facilius sibi odoramentorum uires adsciscant. Itaque assumens quodcunque horum uoles, cum uino feruefacito, impositis unà Myrti ramulis, Serpyllo, Cypero, item Aspalatho plenius tuso. Aliqui tamen ad hunc usum, uno duntaxat horum contenti sunt: cùm autem ter efferbuit, exemptum leniter, & linteo colatum, aromatis, uti expositum est, imbuitur. Adipibus spissamenta sic fiunt (quemcunque acceperis, oportet ut recens tundatur) Syncerus & sanguinis expers adeps, rèliquas habens notas, quas sæpe retulimus, in ollam nouam demittitur, infuso uino albo, uetere, odorato, quod semipedis altitudinem superet: lento igni feruescat dum uernaculus odor aboleatur, planeq́ uinum redoleat: ac ubi deposito uase refrixit, duæ adipis minæ in ollam mittuntur, & duo uini eiusdem sextarij, & seminis Loti eius inquam, cuius è ligno ludicræ tibiæ factitantur, tusi minæ quatuor adijciuntur, lento igni subinde miscendo decoquuntur, cumq́ odoris uirus euanuerit: excolatusq́ adeps refrixerit, una contusi Aspalathi mina, cum Amaracini floris minis quatuor, & uetere uino subigitur: nocte una hæc odorem rapiunt, combibúntue: postridie in fictilem ollam tricongialem ea omnia cum adipe iniecta

cta, additis sextarijs tribus uini unà feruescunt, quousque & uim & odorem spissamentorum adeps ipse contraxerit, qui eliquescens colatur, & reponitur. Quòd si maiorem odoris fragrantiam efflagites, drachmas octo quam pinguissimæ Myrrhæ uino maceratæ, quod multos in annos asseruatum est, misceto. Gallinaceus Anserinusq; sic odoribus imbui solent: Cuiusuis eorum percurati sextarij duo fictili olla excipiuntur, Erysisceptri, Xylobalsami, Palmæ elatæ, & Calami planè contusi, singulorum sescuncia admiscetur: uini Lesbij ueteris cyathus unus adijcitur, ea ter efferuescunt prunis, mox uase sublato ab igne, die noctuq; refrigerantur: postridie liquata per linteum crassum, mundum in uas excolantur. Vbi uerò adeps coierit, concha excipitur, fictiliq; nouo densius aperto perfrigidis locis reponitur. Hyberno tempore id instituere oportet, æstate siquidem pinguia non coguntur. Nec desunt qui Tyrrhenicæ ceræ momentum adijciant, quò facilius in unum corpus omnia coalescant. Eadem ratione Suillus adeps & Vrsinus, cæteriq; id genus, odoramentis imbuuntur. Verùm Sampsuchi odorem adeps ipse repræsentabit hoc modo: Curati quamoptimè adipis, præsertim Taurini, mina una, tempestiuiq; Sampsuchi exquisitè confracti sesquimina miscentur, & insperso largiore uino digeruntur in offas, quæ in uase cooperto nocte quiescunt: matutinis in fictili olla leuiusculo igni, affusa aqua, leuiter coquuntur, dúmque suum adeps odorem exuerit, defæcatus ac bene opertus, nocte tota permanet: postero die dctersa sorde quæ pessum ierat, Sampsuchi, ut dictum est, contusi iterum sesquimina priori pastillo adijcitur, eodemq; modo in offas cogitur: alijs quæ diximus peractis decoquitur, & colatur, & si qua fundo hæsit spurcitia, deraditur, & frigido loco reconditur

tur. Si quis tamen incuratum adipem Anserinum, Gallinaceũ, aut Vitulinum, à putredine tueri uelit, ita faciendum est: Quem uis adipem diligenter elotum & siccatum in umbra super cribrum, per lintea munda manibus uehementer exprimat linoq́ consutum umbroso in loco suspendat, & post multos dies noua charta inuolutum, frigido loco recondat. Pinguia autem indito melle uindicantur à putredinis uitio. Vis omnium est excalfacere, mollire, rarefacere. Taurinus adeps, bubulus & uitulinus aliquantum adstringunt. [redacted]. Ceruino, Elephantinoq́ perunctos, serpentes fugiũt. Adstringentior est Caprinus, qua ex causa decoctus cum polenta, Rhoe & Caseo, dysentericis datur, & cum Ptisanæ succo infunditur. Ius decocti phthisicis in sorbitionibus prodest. Datur quoque utiliter ijs, qui Cantharidum uenena hauserunt. Hircinus, ut ualidissimè discutiat, podagricis auxiliatur, cum fimo capræ & Croco impositus Huic proportione respondet Ouillus. Suillus uerò contra uuluæ & sedis uitia idoneus est, ambustis igni medetur: è sue uetustissimus quisque sale conditus excalfacit, & emollit, elotus uino pleuriticis ꝓdest: cinere aut calce exceptus inflãmatiõibus, fistulis, ac tumoribus succurrit. Asininum tradunt cicatrices corpori concolores reddere. Anserinus Gallinaceusq́ conueniunt muliebribus malis, & ad labiorum rimas, ad mangonizandam faciem, & contra aurium dolores. Vrsinum constat raptos uitio alopeciæ capillos restituere, pernionibus subuenire. Vulpinus medetur aurium doloribus. Fluuiatilium piscium pinguia, perũctis oculis claritatem afferunt, si in sole liquescant, & melli admisceantur. Viperæ adeps contra oculorum hebetudines suffusionésque efficax est, addita Cedria, Melle Attico, & pari oleo uetere: pillos alis euulsos perunctis radicibus recens & per se illitus obliterat, atque renasci non patitur.

Adeps

ADeps omnis in vniuersum humectat & excalfacit in corporibus humanis (plus aut minus) put natura est animaliū & ob id adeps porci plus humectat, nō tamē excalfacit, vt oleum: humano enim in caliditate sua simile est. Taurinus adeps calidior & siccior porcino. Vitellinus inferior est caliditate taurino & capri adeps cedit adipi capræ: capræ adeps, hircino: taurinus, leonino. Potētius enim est, & validius digerit, quotquot sunt adipibus animaliū quadrupedū, vt potè admodū calidus & tenuis, & ideò cōuenit abscessibus, veteribus nodosis, & induratis, & æquè retractis neruis. Taurinus æquidistat à Leonino & porcino, vt enim hunc caliditate superat, ita vicissim ab illo superatur. Et ob id medicamētis veterū abscessuū indi non aliter quā leoninus potest: itidē in medicamētis tetrapharmacō, qui fiūt è cera, resina, pice, & adipe, nihil refert, vtrū taurinū, vitellinū, hircinū, caprinū, an porcinū imponas: at porcinus magis cōueniet infantibus, fœminis, & ijs qui molli sūt carne: taurinus rusticis, & quibus dura est caro, aut quod ita nati sint, aut quod è viuendi ratione id sibi cōquisierint. Omnis adeps quo vetustior, eò calidior, tenuior, & plus desiccat. Hic summoperè aduertēdum, cū dicit Dioscorides caprinū adipē magis astringere porcino, nō de astrictione pari qua Rhœ, intelligendū, sed fortiorē & acutiorē porcino. Vocat aliàs & saporē astrictoriū, Piperis Pyrethri, Emphorbij, Cepe, Alij cū acre dicere debuerit, & astrictorius propriè sit in Gallis, Balaustijs, Rhoe, & Hypocisthe. Effectum viperini adipis quē noster actor profert, in obliterādis radicibus subalariū pilorū, & curāda suffusione, improbat Galenus, experiētia affirmans nō ita esse. Porcinus adeps omnibus alijs humidius, itidē plus mollit & maturat, & ea causa est cur inferatur flegmonū emplastris: in ijs vero qui erodentē & mordacē dolorem sentiāt in intestino sedis, aut colo, caprino in clysteribus potius quā porcino vtemur: non quod magis repercutiat, & valentius mordacitatem restinguat porcino (è sui enim natura porcinū) sed ideò quòd cum spissū sit caprinū, statim cōgelatur, & adglutinatur patiēti loco: at porcinū, nempè liquidum, foras prodit, vt oleū: idq; appliquatur in dysenteria & tenesmo. Atenim quæpiā tenuis substantiæ ratione, plus repercutiūt quā spissa, & vbi malū altius est infixū in profundo corporis: liquidū duro plus penetrat, aptiusq; corrodēti humori miscetur. Ea de re in erosionibus, quæ erunt in alto corporis, plus repercutiet adeps anserinus quāuis calidior porcino, quos intermediat adeps gallinaceus Marium adeps semper fœminino calidior est: castratorum minus calidus & siccus quod castrati fœminarum naturam referant. Adeps animalium in cibo sumptus, languidum reddit stomachum, oppilat, augmentat flegma,

paruum nutrit, deprauatum sanguinem generat, infirmat vim retentricem stomachi, dysentericos & quosuis alios fluxus in corpore excitat, satiat non sumpto legitimo cibo, sensus & intellectum obtundit, somnolentiam prouocat, & calidum stomachum in bilem & vapores conuertit.

Medulla. CAP. LXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μυελός. *Lat. Medula. It. Midolla.*
Gal. Moelle. Ger. Marck.

L*Audatißima est Ceruina, mox Vitulina, post hanc Taurina, dein Caprina, & Ouilla. Colliguntur æstatis exitu, cùm appetit autumnus: quippe cum alijs anni temporibus concrementum sanguinis, & ueluti caro friabilis, in oßibus inueniatur, nec facilè cognosci potest, ni quis eam oßibus extrahat & recondat. Omnes medullæ molliunt, calfaciunt, rarefaciunt, ulcera explent: Ceruina perunctos uenenata fugiunt. Curantur recētes, adipis modo, aquæ resperſu subactæ, selectisq; oßibus tantisper elotæ, & in linteum expressæ, donec aqua syncera emanet: & detersa sorde penna, si qua innatet, liquatæ in duplicato uase in pilam exprimuntur, & ubi coiere, omni fece, quæ ad ima sidit, derasa, fictili nouo reponuntur. Quòd si libet incuratas reponere, facito omnia, quæ de Anserum & Gallinarum adipe demonstrauimus.*

M*Edulla animalium duritiem omnino emollit, in musculis, tendinibus, fibris, & interioribus. Præstantißima est ceruina, ab hac boū iuuenum, & vitulina. Hircina, taurina, robustior est, mordacior, & siccior, Qui fit vt duritias nodosas non emolliat. E ceruina & vitellina peßi fiunt ad emolliendas matricis duritias, vngūtur & muliebres loci ad eundem effectum. Medulla è spina itidem vt ex oßibus animaliū extrahitur, quamuis quæ è spina educitur, durior sit & siccior. Galenus quo è muco & situ integras Medullas asseruaret, sub veris initiū inter Lauri frondes siccis in ædibus reponebat: Instāte æstate æditis locis, frigidiusculis, & quo Aquilo non peruaderet, fenestellis in diurnum & nocturnum euri spiramentum apertis. Calidis enim locis putrescit, &*

situm

ſitum contrahit: in humidis verò & terræ propinquis, mucum. Quæ editur è ſpina medulla, flegma generat & ſpiſſos humores, difficulter digerit, nocet ſtomacho, nauſeam prouocat, ſi tamẽ valentem digeſtioni ſtomachum repererit, non improbatè nutriet. Quæ ex oßibus educitur, licet & ipſa in cibo nauſeam proritet, & flegma generet, attamen ſi digeratur probè, nutrit & guſtui gratior, quàm ſpinalis eſt.

Fel. CAP. LXX.

NOMENCLATVRA.

Græ. χολή. Lat. Fel. Ita. Fiele.
Gal. Fiel.

FEl omne curatur hoc modo: Recens præligato ore folliculi lino tandiu demiſſum in feruentem aquam, dum quis ſpacium trium ſtadiorum percurſaret, mox exemptum ſiccatur umbroſo loco, à ſperginem non redolente. Sed quod ad oculorum medicamenta adijci ſolet, ligatum lino in uitreum uas, quod mel habeat, immittitur, circunuoluto ad os uaſis lini principio, & operto uaſe reconditur. Eſt enim uis omnium acris & excalfaciens. Intenſis tamen & remißis uiribus differunt. Siquidem præſtantius in effectu eſſe uidetur Fel marini Scorpionis, & piſcis qui Callionymus appellatur, marinæ Teſtudinis, Hyænæq;, item Perdicis, Aquilæ, gallinæ candidæ, & ſylueſtris Capræ, quod priuatim prodeſt contra ſuffuſiones incipientes, & oculorum caligines, argemas, & genarũ ſcabritias. Ouillo, Suillo, Hircino, atque Vrſino, Taurinum multò efficacius. Felle omni perfacilem, præſertim infantibus, deiectionem quis molietur, ſi intinctũ eo tomẽtũ aut fimbriã ſedi ſubijciat. Priuatim Taurino anginæ cũ melle perungũtur: ſedis ulcera ſanat, & ad cicatricẽ vſq; perducit. Idẽ auribus fractis & purulẽtis cũ muliebri lacte aut Caprino inſtillatum medetur, & ſibilo earundem ex porri ſucco. Admiſceri inſueuit, uulnerarijs emplaſtris & circun-

linitionibus, quæ contra uenenata parantur, phagedænicis ulceribus, colis & scroti doloribus, ex melle prodest: lepras, furfures cum nitro & terra cimolia quàm optimè purgat. Ouillum & Vrsinum contra eadem pollent, uerùm inefficacius hæc præstant. Vrsinum eclegmate comitiales adiuuat. Fel testudinũ anginis, & in ore infantium nomis, prodest: naribus inditum comitiales erigit. Syluestrium Caprarum felle peculiariter perunčti lusciosi sanantur. Hircinum idem obit munus: thymia abolet & luxuriantes elephanticorum extuberationes illitu reprimit. Suillum autem contra aurium ulcera, reliquaq; omnia, magno usu assumitur.

FEl ipsissima animalium est bilis, & humorum quos in se continent calidissimum. Cuiusuis animalis natura, fel plus minúsue calidum efficit. Fel quò liquidius, & magis in pallorem deuergẽs, eò minus calidum, illo qui spissius est, & coloratus. Habet taurus in felle lapidẽ, qui potus vesicæ lapidẽ frãgit. Is tritus & naribus afflatus, visum expedit, & aquæ in oculos descensum inhibet, cum dilatantur tunicæ. In puluerem lentis pondere reductus, & naribus attractus cum succo Betæ, prodest malo caduco. Fel Auratæ piscis, Lucij, Perdicis, & Galli mire in Venere fœminas oblectant.

Sanguis. CAP. LXXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αἷμα. Lat. Sanguis. Ita. Il Sangue. Gal. Le sang.

SAnguis Anseris, Anatis & Hœdi, utilissimè in antidota miscentur. Palumbi autẽ, Turturis & Columbæ, necnon Perdicis, oculis cruore suffusis, & recẽtibus eorum uulneribus, lusciosisq; illinuntur: peculiariter Columbæ sanguis, cruorẽ membranis cerebri erumpentẽ inhibet. Hirci, Capræ, Cerui & Leporis sanguis inassatus sartagine, dysenterias & cœliacorũ profluuia sistit: in uino potus cõtra toxica efficax est. Leporinus sanguis ita ut tepet illitus, uitia cutis in facie, lentiginesq; emaculat. Ca-

nin

ninus commodè ab his bibitur, quos efferata in rabiem bestia momorderit: contra epotum toxicum auxilio est. Testudinis terrestris sanguinem epotum tradunt prodesse comitialibus: marinæ autem Testudinis cum uino & Leporis coagulo Cuminoq; contra serpentium morsus, & hausta rubetæ uenena, conuenienter bibitur. Taurinus cum polenta illitus, duritias discutit, emollitq;. Sanguis equarum quæ admissuram expertæ sunt, in medicamēta additur quæ erodunt, septica uocant. Sanguine Chamæleonis genarum palpebras euelli creditum est. Hoc enim uiridiū Ranarum sanguine præstatur. Menstrua sanguis fœminarum, circunlitu conceptum inhibere existimatur: aut si omnino mulier menstrua supergrediatur. Leuat podagræ dolores, & ignē sacrum illitus.

IMprobat Galenus totū hoc caput de sanguine, & ne multis morer, dicit se experta nunquā remedia reliquisse, vt eis vteretur, quibus nullus vtetur qui se circunuentum non sentiat. Ipsa nos docet experientia recentem columbæ sanguinē caligini oculorum prodesse, & Tauri sanguine multos in historijs legimus suffocatos. Matthiolus è Galeno Dioscoridis caput hoc emendat, & vbi habetur, Ranarum sanguine genarum palpebras euelli, legendum putat, Vnctis ranarum sanguine genis, quæ deciderint palpebras non renasci. Itidem, vbi legitur, equarum sanguis, legendum, emissariorum sanguis.

Fimum. CAP. LXXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀπόπατος. lat. Fimum. Ita. Lo Sterco. Gal. La Fiante.

ARmentariæ Bouis fimum si recens admoueatur, uulnerū inflammationes mitigat, folijs autem inuoluitur, & calfactum cinere feruenti superponitur: coxendicis cruciatus fotu cōpescit. Illitum ex aceto duritias, panos & strumas discutit. Priuatim suffitu fimi, quod à masculo Boue redditum est, procidentes uuluæ reprimuntur, accensi nidore culices abiguntur. Fimum

Caprarum, præsertim in montibus degentium, potum in uino, regium morbum emendat: menses cit cum odoramentis haustũ & partus euocat. Tritum in farinam, & impositum lanis cum Thure, fœminarum profluuia sistit: cæterosq́; sanguinis impetus ex aceto cohibet. Medetur alopecijs exustum, & cum aceto aut oximelite illitum: cum axungia uerò impositum, his qui podagra tentantur, auxilio est. Caprillum in aceto decoctum imponitur serpentium morsibus, ulceribus quæ serpunt, igni sacro, & parotidibus. Vtilem ischiadici ustionem hunc in modum accipiunt: in eo interstitio ubi pollex brachiali committitur, caua ueluti lacuna subsidet, in qua lana oleo imbuta substernitur, deinde sigillatim feruentes stercoris Caprini pillulæ imponuntur, dũ uapor per brachium ad coxam sentiatur peruenire, & coxendicis dolorem mitigare: adustio id genus Arabica appellatur. Ouillum illitum sanat epinyctidas, clauos, pensiles uerrucas, thymos & ambusta igni, rosaceo cerato exceptum, Fimum suis syluestris aridum, in aqua aut uino potum, reiectiones sanguinis sistit: uetustum lateris dolorem mulcet: ad rupta & conuulsa ex aceto bibitur: luxatis cũ cerato rosaceo medetur. Tam Asinorũ quã Equorum fimũ siue crudum siue crematũ, addito aceto, sanguinis eruptiones cohibet. Armentarij, qui herba pascitur, siccum fimum liquatum in uino, mox potum, contra scorpionum ictus magnoperè auxiliatur. Columbinum uehemẽtius & excalfacit & urit: cum hordeacea farina mixtum strumas ex aceto discutit carbunculos emarginat, tritũ cum melle, lini semine & oleo, ambustis igni medetur. Gallinaceum uerò omnia eadem, sed efficacius præstat: priuatim tamen contra uenena fungorũ, & coli cruciatus ex aceto aut uino bibitur. Ciconiæ fimum, si ex aqua hauriatur, comitialibus prodesse credunt. Vulturini fimi nidore partus excuti produntur. Murinum detritum cum aceto, & illitum, alopecijs medetur: cum Thure

&

& mulso calculos expellit: subditæ infantibus muscerdæ, alui deiectionem promouent. Caninum quod flagrantißimo canis syde re fuerit exceptum, cum uino aut aqua potum, sistit aluum. Humanum stercus illitum, uulnera ab inflammatione uindicat, & obiter intumescere non patitur, sed ea statim glutinat: sicco ex Melle anginæ perungi cõmodißimè traduntur. Terrestris Crocodilli fimum, Crocodileã uocant, quæ mulieribus colorem nutrit in facie, nitoremq́ seruat. Optima est candidißima & friabilis, Amyli modo, minimè ponderosa, in humore statim eliquescens, quæ cùm teritur, fermenti acorem quadantenus refert. Adulterant eam Sturnorum fimo, quos captos Oriza pascunt, ipsumq́ non dißimile uendunt. Alij Amylum aut Cymoliam miscent, & adscito Anchusæ colore per rarum cribrũ paulatim exprimunt, ut se contrahat in uermiculorum speciem: qui siccati pro Crocodilea ueneunt. Inter omnes conuenire inuenio, humanum stercus caninumq́ gutturi impositum, anginis auxiliari.

INter *animantium stercora laudat Galenus bouinum, caprinum, crocodilinum, caninũ, & huius mirabilẽ effectum recitat, si arte & modo educetur. Aqua è stercore humano per alembicum extracta, valet ad fistulas, ad erodentia vlcera, & quæ difficulter coagmẽtãtur, ad vlceræ capitis manantia, ad albuginem oculorum, ad cancros, extra applicatũ. Oleum quod, ab aqua, aucto circa alembicum igni, distillat, valentior est ad iam dicta.*

Vrina. CAP. LXXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. οὖρον. *Lat. Vrina. Ita. Orina.*

Gal. l'Vrine.

H*Vmanam urinã suam cuique bibere, contra Viperæ morsus, ac uenena, incipientemq́ aquam intercutẽ proderit.*

Scor-

Scorpionis, Viperæ marinorum, Draconisq; morsus ea conuenientißimè fouentur. Canina ad perfundendos canis morsus idonea est, pruritus & lepras nitro addito expurgat: sed uetus, ulcera capitis manantia, furfures, psoras, & feruidas eruptiones, multò magis abstergit: nomas, & præcipuè genitalium, cohibet: auribus infusa manãs pus supprimit: decoctaq; in calyce mali punici, earum uermiculos abigit. Pueri impubis resorpta urina, orthopnoicis auxiliatur: decocta in æreo uase cũ melle emendat cicatrices, & argema, caliginesq;: ex ea & cupro idoneum auri ferrumen conficiunt. Quod in urina subsidit, illitu ignem sacrum mitigat: feruefactum cum Cyprino, inditumq;, uuluæ dolores mulcet, strangulatus leuat, genas deterget, oculorum cicatrices expurgat. Taurina, si cum Myrrha instilletur, aurium dolores lenit. Aprina uiribus eisdem prædita est: priuatim comminuit uesicæ calculos, & potu expellit. Caprina ad aquã quæ cutem subijt, cum Nardi spica quotidie binis cyathis cum aqua bibitur: urinamq; per aluum extrahit, aurium doloribus instillata medetur. Asinina traditur renum uitijs mederi. Lyncis urinã, quã Lyncuriun appellant, simulac excernitur, glaciari coireùe in calculi duritiam, uulgò creditum est: quare quod de ea proditum est, uanum esse conuincitur. Est enim quod à nonnullis uocatur Succinum Pterygophoron, ideo dictum quòd pennas ad se alliciat. Id potum ex aqua, stomacho aluòq; fluxione laboranti conuenit.

ANimaliũ vrina, vt eorũ natura, plus minus ve calida est. Omniũ debilior, & minus calida, est humana, huic proxima porcina. Apri acris est. Ex hac Thusci mixta cum oleo, ac in sua vesica relicta, cũ ad fumum appenderint, quousq; spißitudinem mellis contrahat, ad vermes infantium vtuntur, perungentes ea nares & carpum, ac inde mirabilis sequitur effectus. Galenus Dioscoridis sententiæ non astipulatur, Vrinã infantiũ iuuare astmaticos, & quibus strictum est pectus. Verũ Lyncuriũ species est Succini quæ paleas attrahit & plumas, nõ ex vrina Lyncis in terra condensata, concretus lapis. Lapis Lyncis quam offici

nis

nis impostores vēdunt, nec est Lyncurium Succini, nec vlla vi ad prouocandam vrinam, nec ad lapides in renibus aut vesica comminuēdos, vt stolidè quidam opinantur.

Mel. CAP. LXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μέλι. *Lat. Mel. Ita. Mela.*
Gal. Miel. Ger. Hartig.

PRincipem locum obtinet Mel, quod Atticæ regionis est, præcipuè ex Hymetto, mox Cycladibus insulis, & è Sicilia, cognomine Hybleum. Magis probatur dulcius & acre, odoratius, subflauum, nec humectum, graue, & minimè fluxum. quod ob sequacē lentitiam non facilè abrumpitur tractumq; resilit in digitos. Mel abstergendi uim habet, ora uenarum aperit, humores euocat, qua ratione in sordida ulcera sinusq; commodißimè infunditur. Decoctum atque impositū, abscedentē carnem glutinat. Medetur impetigini coctum cum liquido alumine, & illitum: item aurium sonitui & dolori, cum foßili sale trito, tepidum instillatur: lendes & fœda capitis animalia illitū necat: nudā glandem recutitis operit, præsertim quæ circunsione aperta nō est, si Melle præputiū à balineo triginta diebus emolliatur: oculorum caliginē discutit, faucibus, tonsillis, anginæ collutum gargarizatúmue medetur, urinam ciet, auxiliatur tußi, & à serpente percußis: contra haustum Meconium, cum Rosaceo calidum assumitur: aduersus uenena Fungorum, & rabiosi canis morsus linctum aut potum proficit: crudum tamen aluū inflat, tußim laceßit, & ea de re despumati usus aptior est. Primatum tenet in mellis genere uernum, deinde æstiuum, hybernum uerò, ut potè quod craßius constet, deterrimum reputatur, ceraginis halitum expirat. Quod in Sardinia gignitur. Mel, amarum est, quoniam apes inibi absinthio uescantur: quo uitia

tia cutis in facie & maculæ aptißime perunguntur. Heracliæ in Ponto quibusdam anni temporibus, propria quorundam florum dote, mel cõflatur, quod qui edere, mente abalienantur, ac sudore diffluunt. Remedio sunt, esitata Ruta, & salsamenta, aut epotum mulsum, resumpta. quoties uomitione reijciutur, acre autem est, & olfactu sternutamenta mouet. Quod cum costo illitum, fœminarum cutem emendat, & cum sale sugillationes rapit. Est aliud concreti Mellis genus, quod Saccharon nominatur. In India uerò & felici Arabia in arundinibus inuenitur: salis modo coactũ est, dentibus ut sal, fragile, aluo idoneũ, & stomacho utile, si aqua dilutũ bibatur: uexatæ uesicæ renibusq; auxiliaт̃, illitũ ea discutit, quæ tenebras oculorum pupillis offundũt.

MEl liquior eximius, dulcoris & noticiæ euulgatißimæ, satissuperque expressum à Dioscoride. Duo præcipue nocentioris Mellis genera veteres recensuere. Vnum Sardoũ, quod in ibi ex Absinthio & quapiam Ranunculi specie apes pascantur. Alterum Ponticum, primo nocentius, quod Aconito & Nerij floribus eo loci nutriãtur. Ingens inter recentes medicos est controuersia, Sit ne id Saccarũm quod sub mellis specie Dioscorides & Galenus describunt nasci in India, & Arabia fœlice, idem cum nostro Saccharo, & ab eadem ne planta prodeunt, è qua nostro sæculo è Medera, fortunatis insulis, & alijs multis locis in frusta cõdensatur. Et sanè antiquorum Saccharum est ipsarummet plantarum liquor extra cannam, vt gummi ex arboribus, erumpens, ac per poros resudans, & postea è sole supra condensatus. Nec enim Dioscorides aut Galenus id mel in ramos vel frond s deciduum è cœlo faciunt, sed cannis insidens. Accedit ad hæc qđ cũ Dioscorides, Galenus & Plinius id Saccharum album salis in morẽ, clarum, friabile describant, satis declarãt non esse ex rore concretum, sed quod (vt potè viscosum) adhereret cannis, vbi postea à sole coagmentaretur, eo artificio quo à nobis igne decoquitur, vt istud sit Saccharum factum à natura, nostrum arte & igne præparatum. Et quod ad Paulum Æginetam & Auincennam attinet, qui sal Indum laudant ad scabrã & siccã linguam in acutißimis febribus, postquam spes lucri quotannis plantas hasce incidere docuit, impedita est ab operatione sua natura, & sicq; deperijt antiquorũ Saccharum, in cuius locum recentibus medicis succeßit quod Candicũ vocamus, arte cõfectũ. Scabræ enim è siccitate linguæ multũ prodest, & asper

ciat

tudini pectoris, maximè si æstate in vasis iulebi violati conficiatur: Aqua siquidem, & violarum infusio, vim humectādi leniendiq; augēt.

Cera. CAP. LXXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κηρός. *Lat. Cera. Ita. La Cera.*
Gal. Cire. Ger. Wachs.

CEra optima est subfulua, subpinguis, pura, odorata, & halitū quadā tenus melleū referens, natione Pontica, aut Cretica: secundū locū obtinet candicans, & suapte natura pinguis, Candida fit hoc modo: Ex ea radunt albū syncerūq;, atq; transfundūt in uas, quod satis habeat marinæ ex alto petitæ, inspersoq; nitri momento decoquunt: cūq; iterū tertióue inferbuit, separatū uas refrigerant, ac Ceræ pastillū eximunt, detersa sorde, si qua forte adhæsit: tum denuò indita noua maris aqua feruet, uti retulimus: & uase dempto ex igne, fundum ollulæ nouæ aqua frigida madafactum, in Cerā summā suspensa manu intingunt, quò celerius concrescat, & quàm minima portio extrahatur. suscepto primo Ceræ orbiculo, iterū uasissimū aqua re frigeratū, tantisper in cerā immitti debet, dum tota excipiatur. Orbiculi lino cōsuti, interuacante, spacio, suspendūtur, & interdiu, cōtinuo sub sole, noctu sub luna aspergūtur, usq; dū perfectè albescāt: uerū si eximius ille candor desideretur, eadē factitari, & idē tidē recoqui operæ prætiū est. Nec desunt qui pro marina, in muria quā acerrima semel aut iterū excoquāt, dein lagūcula tenui, rotūda, ansam habēte, extrahūt postea orbiculos, sub strato affatim cespite herboso, insolāt, donec candorē summū cō traxerit. Præcipiūt hoc obeundū munus uere, cū sol remissa uehemētia humorē pariat, ut nō facilè liquetur. Cera omnis mollit, calfacit, modicè explet corpora. Datur in sorbitione dysentericis: ac Milij magnitudine, decem grana Ceræ hausta, lac in nutricibus non patiuntur coagulari.

Cera Galeno mediat inter calida, frigida, humida, & sica. Substãtiæ est spissæ, & quadãtenus viscosæ. Et ob id non desiccat tantũ sed etiam fortuita quapiam operatione humectat corpora, pororũ trãspirationem inhibens. Attamen Cera magis vtimur medicamentis calidis & frigidis inserta, quàm ipsa sola, quod modice digerat: intus sumpta, pauxillum habet virtutis calidæ digestoriæ, quæ ei à Melle, quod illa abundat, superest.

Propolis. CAP. LXXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. προόπολις. *Lat.* *Propolis.* *Ita.* *Propoli.*
Gal. & Off. nomine latino vtuntur. Ger. Vorstoß.

Propolis eligi debet flaua, odorata, Styracem referens, in vehementi ariditate mollis, & Masticbes more ductilis. Magnoperè calfacit & euocat: aculeos & omnia infixa corpori extrahit: in: uetere tußi suffita proficit, impetigines admota tollit: ea in aluariorum foribus cerosæ naturæ inuenitur.


Propolis Dioscoridi & M. Varroni præ foribus aluearioru reperitur, seu vt planius dicam, præ spiraculis è queis intrant & exeunt apes. Plinius crustam craßioris iam materiæ additis floribus, nondũ tamen Cera, sed fauorum stabilimentum, qua omnes frigoris aut iniuriæ aditus obstruuntur, odore etiamnum graui, vt qua plæriq; pro Galbano vtantur. Populi ferunt in folijs guttam, ex qua apes Propolim faciunt. Atenim Metys quam crustam facit saporis amari, primum eidẽ est, in apibus, operis fundamentũ. Secundũ. Pissoceros, quæ supra eã veniat, picantium modo, ceu dilutior. Tertium Propolis. Valentius astergit Propolis, quam attrahat. Substantia constat tenui, & ob id excalfacit in fine secundi gradus, aut tertij principio.

Triticum. CAP. LXXVII.


NOMENCLATVRA.

Græ. πυρὸς. *Lat.* *Triticum.* *Ita.* *Grano.*
Gal. Froment. Ger. Weyssen.

Opti



Trimeſtre.



Triticum.

OPtima è Tritici generibus ad ſecũdæ ualetudinis uſus habentur, quæ recentia & iam perfectè adulta, colorem luteum referunt: dein ſequuntur trimeſtria, quæ nonnullis Sitania nominãtur. Itaque cruda in cibis teretes tineas gignunt, canum morſibus proſunt, manſa & impoſita. Confectus eorum ſimilagine panis, plus alit quàm cibarius. E trimeſtrium farina panis leuiorem cibum præbet, & qui facilè in membra demandetur. Farina eorum cum Hyoſcyami ſucco illinitur aduerſus neruorũ fluxiones, quas Græci rheumatiſmos uocant. Item contra interaneorum inflationes, lentigines ex aceto mulſo tollit. Furfures autem in acri aceto decocti, turgentes mammas ſedant: Viperarum ictibus auxiliãtur, & torminoſis proſunt. Farinaceũ fermentũ calfaciendi extrahendiq; uim habet: priuatim callos pedum, cla

uosq́ extenuat, & cætera tubercula furunculosq́ ex sale concoquit, & aperit. Sitaniorum farina contra uenenatos ictus cũ aceto aut uino commodißimè illinitur. Eadem si decocta in glutini modum delingatur, cruentis excreationibus, proderit: cōtra tußim & exasperatas arterias, cum Mentha & butyro decocta, efficax est. Tritici pollen, si ex aqua mulsa, aut hydrelæo decoquatur, omnem discutit inflammationem. Panis & crudus & coctus cum aqua mulsa inflammationes omneis illitu mulcet: cùm emolliat, & quadantenus refringeret: sed herbis succisue huic rei accommodatis admisceatur. Vetus panis aridus, adiectis conuenientibus, citam aluum cohibet: recens, muria maceratus, illitu uetustas impetigines sanat. Glutinum ex similagine & polline, quo chartæ glutinantur, sanguinem excreantibus prodest, si liquidum ac tepidum cochlearis mensura detur sorbendum.


T*Riticum, quod granum ob excellentiam vocamus & frumentum, omnibus notum est: Id in* Lolium *pluuia & admodum frigidam anni tempestate degenerat. fit è* Tritico *inter duas laminas modice ignitas stricto oleum, quod fistulis conuenit, cutiasperæ, & fissuris quæ ex frigore proueniunt.* Triticum *extrinsecus applicatum excalfacit primo gradu, & quamuis nec desiecet nec infrigidet, quadantenus tamen viscosum est, & opillatorium. Idem si coctum manducetur, grauat stomachum, caput vento & vapore complet.*

Hordeum. CAP. LXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. κριθὴ, Lat. Hordeum, Ita. Orzo.
Gal. Orge. Ger. Großgerst.

H*Ordeum optimum est candidum purumq́: id minus quã triticum alit. Ptisana tamen ob cremorem in decoctione redditum,*


Hordeum.

redditum, plus alimenti præbet, quàm polēta ex Hordeo facta. Contra acrimonias atque gutturis scabritias, exulcerationesq́ pollet: quibus etiam triticea ptisana præsidio est, sed plus alit, magisq́ urinam mouet: lac abundè suppeditat, si cum Fœniculi semine decocta sorbeatur. Hordeum abstergit, urinam ciet, inflationem parit, stomacho aduersatur, tumores concoquit. Farina hordeaca decoquitur in mulsa aqua cum fico, ut inflammationes collectionesq́ discutiat: duritias cū resina & fimo columbarum concoquit: cū Meliloto autē & Papaueris calyce dolores finit, qui latus excruciant. Aduersus intestinorum inflationes cum Lini semine, Fœnograeco, & Ruta illini iuuat, strumas cum pice liquida, cera, oleo, & impubis pueri urina, ad concoctionem perducit: & cum Myrto aut uino, aut Malicorio, aut syluestribus Pyris, aut rubo, alui profluuia sistit: podagricis inflammationibus, cum cotoneis aut aceto prodest. Decocta in acri aceto, modo quo hordeaceum cataplasma, & calida imposita, lepris medetur. Cremor uerò farinæ ex aqua, atque cū pice & oleo decoctus, puri mouendo est: cum aceto subactus itidem, & cum pice: contra articulorum fluxiones prodest. Farina ex his aluum cohibet, inflāmationesq́ mitigat.

Multæ Hordei sunt species, vt è granis patet & spicis. Grana quibusdam rotunda, parua, & in se contracta, in alijs longa & maiora. Spicarum aliæ granorum ordines duos habent, aliæ tres, aliæ quatuor, & postremum aliæ quinque, & sex. Ad hæc spicarum quæpiam longæ sunt & raræ, quædam breues & granis refertæ: quædam altius à folijs protensæ, aliæ humiliores & folijs propinquæ. Est & granis suũ discrimen, siquidem alba & rubra sunt, ex quibus maior farinæ copia, quàm ex albis colligitur. In Francia habetur Hordeũ mundum, quod cribro excussum mundum exeat. Vertitur in Lolium iisdem de causis, quibus Triticum. Hordeum frigidum & siccum in primo ordine, & aliquantum abstersorium. Paratum quouis pacto Hordeum nihilum magis excalfacit: desiccat amplius, si primum torreatur ex eoque polenta fiat. humectat cum eo fit Ptisana. Recentes medici cum Ptisanæ è Galeni & antiquorum præscripto rationem inire non possent, Hordeum optimè decoquere docuere, & deindè in vase lapideo contritum, setaceo (vt dicunt) panno traducere, strobilosque saccharum, ac amygdalarum lac, aut papaueris semen adiungere. Panis Hordeaceus stomachum onerat, frigidos & crassos humores gignit, modicè nutrit, ventum procreat, sunt tamen qui dicant podagræ prodesse.

Zitum. CAP. LXXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. ζύθος. *Lat.* *Zytum.* *Ita.* *Zitho.*
Gal. Biere. Ger. Byer.

Ex Hordeo potus fit, cui Zytho nomen est: is urinam cit, renes & neruos tentat: membranis, præsertim cerebrium uestientibus, officit, inflationem parit, uitiosum succum creat, elephantiasin gignit. Perfusum Zytho ebur, obsequiosum & operi tractabile redditur.

Curmi.

Curmi. CAP. LXXX.

NOMENCLATVRA.


Græ.κοῦρμι Lat.Curmi.

Gal.Ceruoise.

F*It & ex hordeo potus, quem Curmi nominant, eòque sæpè potu pro uino utūtur. uerùm dolo rem capitis mouet, malum succum gignit, neruis nocet. Consimilia etiam potus genera ex Tritico fieri solent, in Iberia, quæ occidentem spectat, & Britannia.*

Z*Ytum & Curmi apud veteres vsitata quibusdā regionibus pocula fuere, quæ tamen differūt à ceruisia & Biera nostratibus.*

Zea, seu semen. CAP. LXXXI.



Curmi.

NOMENCLATVRA.

Græ.ζειὰ.Lat. zea, seu semen. Ita. Spelta.

Gal.Espeautre.Ger. Blitren.

Z*Ea duorum generum est: una simplex, altera in geminis putaminibus grana bina iūcta gerit, ob id Dicoccos appellatur: plus quàm hordeum alit: ori grata, digiritur in panificia, minus quam triticum alens.*

Zea ipsissima est Spelta, & ex ea in ligneo mortario contusa & trita fiebat antiquis halica. Zea, Galeno, medium tenet locum inter Triticum *&* Hordeum.

Crassior farina.

CAP. LXXXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. κριμνον. *Lat.* *Crimnon.* *It.* *Crimno.*
Gal. Res non satis nota. Ger. Krieß.

Crimnon crassior est ex zea triticoq́ farina, ex qua pultẽ faciunt. Abundè alit, facilè conficitur: aluum uehementius astringit, si zea, ex qua fit, prius torreatur.

Crimnus crassior zea, aut Tritici *crassior farina est, qua ad pultẽ conficiendam antiquitus vtebatur, & diu locum panis tenuit.*

Siligo. CAP. LXXXIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ὄλυρα. *Lat,* *Olyra.* *Ita.* *Olira*
Gal. Espece d'Espeautre.

Eidem generi Siligo adscribitur, sed minus aliquanto nutrit: in panes, ut zea, cogitur. Fit quoq; è Siligine crassior farina, quam Græci Crimnon uocitant.

Olyra zeæ species medij temperamenti inter Triticum *&* Hordeũ, *non est nostrum* Secale, *siquidem ex* Olyra *dulcissimus fit panis, è* Secali *amarus & insipidus, & famelicis tantum vtilis:* Nec *itidem antiquorum siligo, è qua antiquitus fieret candidissimus & leuissimus panis, & ex* Olyra, *dulcis. Quin & ipsi Galeno, vox hæc,* Σιλίγνις, *quæ Latinis siligo dicitur, græca non est dictio, nec vllam Græci habent, qua*

Latinum


Latinum nomen exprimant. Quod profectò dicturus non fuerat, si Olyra Siliginem reddidisset. Ex his apparet Olyram, Siliginem, Secale, frumenti species esse diuersissimas.

Athera.

CAP. LXXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αθήρα. *Lat. & Ita. Athera.* Gal. res ignota. Ger. Kinderbapp.



Tragus

Athera ex zea fit tenuissimè molita. Est autem sorbitio, quasi liquida pulticula, infantibus conueniens, & cataplasmatis efficax.

Athera sorbitiuncula secundum diuersos authores, ex Tritico, Hordeo *& Amydo fieri potest.* Id *pultis genus germani edendum panis vice, non lactantibus tātum apponunt, sed in ipsas etiam mensas euocant.* Id eis fit è *farina, lacte & butyro.*

Tragos. CAP. LXXXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Τράγος. *Lat. Tragus* cerealis. *Ita. Trago.* Gal. Ble Turguet. Ger. Hamelkorn.

TRagos quandam Halicæ frugis figuram gerit: multò minus quàm zea nutrit, quod multũ aceris habeat: quare ægrius conficitur, aluumq́ magis emollit.

TRagus peregrinum & Orientale frumentum, nobis edacitate tẽporum deperijt, itidem vt alia multa plantarum genera quæ veteribus Romano florente imperio ex Oriente afferebantur, quæ postliminio quopiam in terras indigenas rediere.

Auena. CAP. LXXXVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Βρῶμος. Lat. Auena. Ital. la Vena.
Gal. Auoine. Ger. Weisz Haber.



Auena.

AVena genicula quædam habet: folio & stipula triticum imitatur & in cacuminibus dependentes paruulas ue luti locustas bipedes gerit, in quibus semen cõtinetur, utile ad cataplasmata uti hordeum. Pulte huius lauus sistitur, prodest tussientibus in sorbitione succus.

ESt Auena frumenti species: est Auena sterilis. Vim eandem cum hordeo habet, indita emplastris digerit, aliquantum astrictoria, vt laxum corpus restingat. Galeno cõmodo tempore Auena editur cum vino dulci sapa aut vino melato. Næuos tollit farina Auenacea illita cum aceto. Panis Auenaceus cum oleo rosarum & aqua illitus, emollit absceßus, & cum aqua mellata duritias.

Oryza. CAP. LXXXVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ὀρύζα. *Lat.* *Oriza.* *Ital.* *Riso.* Gal. du Ris.

ORyza frugũ generis est, in palustribus riguisq; nascens. Mediocriter alit, sed aluum suprimit.

ORyza cui temperatum barbaries Rizi nomine indidit modice corpus astringit maximè si vt Halica coquatur, difficilius tamen digeritur, & minus nutrit, atque adeò ipso gustu insuauior est.

Halica. CAP. LXXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. χόνδρος. *Lat. & Ital.* *Halica.* Gal. & Off. res nõ perinde nota.

HAlica fit ex zea quam Dicoccon appellauimus: plus alit quàm Oryza, aluum magis cohibet, stomacho longè vtilior. Decocta in aceto illitaq; lepras tollit, unguium scabritias extricat, incipientibus ægilopijs medetur. Decoctum dysentericis, quos excruciat dolor: infusum, idoneum est.

PLinius quo pacto antiquitus Alica fieret, docuit. Tundebatur in pila lignea donec granum à tunicis secerneretur: tundebatur rursus, sic tusa cribro secernebatur, pars subtilis à media, media à crassiori, atque ad eum modum tres Alicæ species fiebant, atque huic postremum creta alba miscebatur, quæ teneriuscula & candidiuscula è Puteolis afferebatur, addebatur & gypsum. Nec tamen putandum est non ex purgurtã prius à creta & gypso Alicã, aut manducasse veteres aut in vsus medicinæ sumsipsse. Siquidẽ manducatũ gypsum, vias spirituum opilat & suffocat. Proinde veteres Alicam lauabãt, vt hodie fit in gigimbere, quod è terra rubra, qua illitum vt duret, eluitur. Alica Galeno frumeti species est validissima, viscosi natura humoris, vt aqua cum vino mellato incoquatur, aut cũ vino dulci, aut austero, aut oleo, aut sale. Hæc vt decet concocta, colata, & condita, eis prodest qui punctiones

sentiunt in intestinis, aut ob humores biliosos, aut quauis alia de causa. Hæc scripsi non inscius Alicam diuersis apud antiquos frumenti specie bus fieri, sed hæc enumerare, cum ea uti desierimus, superuacaneum fuerit, ratus satis ipsam apertius deliniasse, quando apud authores eius frequens fit mentio.

Milium. CAP. LXXXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κέγχρος. *Lat. Milium. Ita. Miglio.* Gal. Millet. *Offi. nomine Latino utuntur.* Ger. Hyrsen.



Sorgi.



Milium.


Milium in panes coactum, minus cæteris frugibus alit, sistit pulte sua aluum. Vrinam cit. Torretur Milium, ferue nsq; in sacco ponitur, ut torminibus, reliquisq; doloribus, si foueatur,

ueatur, auxilio sit.

Milium Harundineis folijs & iuba, frigidum est primo ordine, & siccum tertio, aut in fine secundi. Minus nutrit quouis alio frumenti genere, desiccat & astringit corpus, calidum extrinsecus in sacculis applicatum, morbos discutit, qui mordacibus medicamentis non egeant. Desiccat illitum emplastri modo: atenim adeò detrita & sicca farina, vt difficulter liquoribus misceatur. E Milio panis aridus est & friabilis, arenæ & cineri similis, siquidem crassum est Milium, & aliquantũ viscosum. Rustici antiquitus edebant Milij farinam lacti permixtam. Et nostro hoc sæculo carbonarij in valle Anania tantum se (vt faciunt) laborem ferre non posse Matthiolo nullo alio cibo assirmarunt, quàm eo qui è Milij farina & lacte conficitur.

Panicum. CAP. XC.

NOMENCLATVRA.



Panicum.

Græ. Ελυμος. Lat. Panicum. Ita. Panico. Gal. Paniz. Ger. Pfemch.

Panicum frumẽtaceis seminibus annumeratur, Milio simile. Eodemq; modo in panes subigitur, eosdem habet usus, minus tamen & nutrit & stringit.

Non ignotum est Panicum Milio simile, & quod ad eius facultatem attinet, modicè nutrit & desiccat. Fluxus corporis sistit, vt Milium, et extrinsecus applicatum, refrigerat et desiccat.

Sesama. CAP. XCI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Σήσαμον. *Lat.* & *Offi. Sesamum. Ita. Sisamo.* Gal. de la Iugliome. Ger. Leindotter.

SEsama stomacho inutilis cibus: halitus grauitatem facit, quoties inter mandendum commissuris dentium inhæsit, neruorum craßitiem illitu discutit: medetur auribus fractis, ambustis, inflammationibus, coli doloribus, & ceraſtæ morsibus: capitis dolores, qui æstuatione concitantur, ex rosaceo lenit: eadẽ efficit herba decocta in uino: præsertim inflammationibus oculorum doloribusq́ prodest. Ex ea fit oleum, quo Aegyptij utuntur.

SEsami semen notum est officinis, & non perinde ipsa planta, nec in Italia *seritur, quod terras admodum macilentiores reddat: è* Græcia *affertur &* Peloponneso. *Quidam frumenti, quidam leguminum generi adnumerant, culmo est farulaceo, folijs sanguineis, semine candido, quod vasculis vt papauer continetur, radice simplici & alba.* Aestiua Sesama *quadraginta diebus maturatur à flore.* Sesami *semen præpingue, ideoq; conditium oleosam contrahit naturam, quapropter vescentes confestim implet, & redundantiam parit, stomachũque in vomitiones effundit, tardè conquoquitur, pingue ministrãs alimentum: nec ventrem firmat, nec roborat, & cum crasso constet succo, nec descendit facile, nec permeat rarus solius vsus.* Melli *tamen crudo permiscetur, vt in placentas concrescat, quæ* Græcis Sesamides *appellantur.* Calida *præditum est natura, quam ob causam siti mandentes excruciat.* Epiphoris *oculorum & doloribus illinitur decocta in vino herba.*

Lolium. CAP. XCII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αἶρα. *Lat. Lolium. Ita. Gioglio.* Gal. yuroye.

Lolium

Olium quod inter segetes nascitur, molitum, illitu nomas, putrescentia ulcera, gangrænasq́ emarginat. Sanat cũ Raphanis, sale & aceto feros lichenas: & ex aceto & sulphure uino, lepras: strumas quoque discutit, cum fimo columbino & Lini semine decoctum in uino rumpit quæ ægrius ad coctionem perducuntur. Decoctum ex aqua mulsa utilißimè ischiadicis illinitur: si cum polenta, Thure, Myrrha, aut Croco suffiatur, conceptionem adiuuat.

Olium, Latinis degenerans frumentum, Dioscoridi inter hordeacea & triticea sata nascitur, terra humidiore, aut vere pluuio & frigido. Pseudomelanthium, Lolium non esse ex capite de Phœnice quarto libro apparet. Ibi dicit Dioscorides, Phœnicem spicam proferre Lolio similem, quo claret Lolium spicam, non caput, aut calycem proferre, vt Pseudomelanthium, Papauer, & similia. Lolium ebrietatem & somnolentiam inducit. Calidum est tertij ordinis initio, & siccum in fine secundi.

Amylum. CAP. XCIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αμυλον. *Lat. Amydum. Ita. Amydo.*
Gal. Amydum.

Mylum ex eo appellatum est, quòd sine mola fiat. Optimum ex trimestri, natione Creticum aut Aegyptium. Ratio faciundi Amyli hæc est: Purgatum trimestre triticum madescit quinquies die, & si fieri potest, nocte: cùm emollitum fuerit, effunditur sensim, sine agitatione, aqua, quo minus cremor utilis unà excludatur: ubi mollißimum esse uidetur, mutata aqua pedibus calcari oportet: rursus infusa, teri: tum demum enatantes ibi furfures incerniculo eximendi, reliquumq́ quallo

sportisq́

ſportisq́ʒ ſiccatum tegulis nouis confeſtim torreatur flagrantiſſimo in ſole: namque ſi pauliſper udum maneat, acorem concipit. Contra fluxiones oculorum, puſtulas, cauaq́ʒ ulcera efficax eſt: ſanguinis reiectiones potu cohibet. Exaſperatas fauces lenit, lacti atque obſoniis admiſcetur. Fit etiam Amylum ex Zea, quæ maceratur ac eluitur uno aut altero die, & ſubactæ farinæ modo manibus ſubigitur, preſſaq́ʒ feruentiſſimo in ſole, ut antè retulimus, exiccatur: nullius in medicina uſus, ad alia tamen conueniens.

SElectum Amylum (quod Amydum officinæ vocant) probatur leuitate, læuore, atque vt recens ſit. Plinius eius inuentionem Chio inſulæ tribuit. Fit ex omni tritico & ſiligine, & maximè trimeſtri. Amylum Galenus ex tritico confici tradit, viribus partes exaſperatas læuigandi pollere, quod ab arida conſtringente acrique proficiſcitur corpulētia, ad quod obeundum opus, diluta quædam facultas quæritur omnis qualitatis expers. Amylum ſimilem elotis panibus naturam ſibi vendicat, in alendo maiori tenuitate præditum: nec tamē apertè calfacit, ſicut nec elotus panis, quod tamen aliis eſt donatum panificiis. Amylum & ex Zea fit, macerata aqua die vel biduo, & axungiæ inſtar manibus impreſſo, nec non accerrimo in ſole reſiccato. Eſt & placentæ genus Amylum, ſed hoc nihil ad Dioſcoridem. Amylum membrorum aſpretudines læuigat, ſiſtit aluum, & ſangninolentam excretionem. Datur in doloribus veſicæ aliquantum calidum, dimidiatæ vnciæ pondere, cum ouo & vua paſſa.

Fœnumgræcū. CAP. XCIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. τῆλις. *Lat. & Offi. Fœnumgræcum. It. Fœnogræco.* Gal. Senegré. Ger. Fenigrec.

FOenigræci farina uim habet emolliendi diſcutiendiq́ʒ: in aqua mulſa decocta aduerſus tam internas, quàm externas inflammationes efficaciter illinitur: lienem cum aceto & nitro extenuat. Succus decocti eius fœminarum malis ſubuenit: & ſiue


Fœnumgræcum.

siue tumor, siue præclusio sit uuluæ, fouentur, & insidet. Fœnigræci in aqua decocti cremor expressus, capillos, furfures, & manantia capitis ulcera purgat: locos dilatat & emollit, si cum anserino adipe pessi uice subijciatur. Viride cum aceto utilissimum imbecillibus locis, et ulcera sentientibus. Decoctũ eius prodest aduersus tenesmos fœtidamq; dysentericorum proluuie. Oleũ quod ex eo exprimitur, & Myrto, capillos & genitalium cicatrices abstergit.

VVlgare & notum officinis Fœnigræci semen. Fœnumgræcum calidum est secundo ordine, & siccum primò, ideóque abscessibus calidis illitum, amplius incendit. Eò fit vt minus calidis & durioribus conueniat.

Linum. CAP. XCV.

NOMENCLATVRA.

Græ. λίνον. Lat. Linum. Ita. Lino.
Gal. Lin. Ger. Lein.

LInum uulgo notum est, cuius semẽ easdẽ quas Fœnumgræcum uires habet. Discutit et emollit omnem intus forisq; inflãmationẽ, cũ Melle, oleo, exiguaq; aqua decoctũ, aut Melle

cocto



Linum.

coćto exceptũ: uitia cutis in facie uarosq́; crudũ tollit. Illitũ cum Nitro & ficulneo cinere, parotidas duritiasq́; discutit: ulcera quæ serpunt, fauosq́;, cum uino decoctum expurgat: ungues scabros eximit, cum pari modo Nasturtij & mellis: uitia pectoris extrahit, si ex melle in eclegmatis uicem substituatur: tußim lenit, uenerem stimulat, si farina Piperis & Melle exceptum, pro placẽta largius adsumatur. Huius decoctum interaneorum uuluæq́; erosionibus immittitur, alui excremẽta euocat: ad uuluæ inflammationes in deßeßionibus perquàm utile.


OLeum seminis Lini mirabilis est effectus in spasmum. Valet ad emolliendas neruorum & iuncturarum duritias, confert omnibus sedis malis, & duros fœminarum locos mollit. Elotum cum aqua Rosarum aut Nenupharis, admodum prodest ambustis, & ad cauterij crustas emarginandas. Sunt qui in lateris dolore bibendum præbeant, triũ aut quattuor dragmarum pondere, mirabili effectu, præcipuè cum recens datur, & ineunte morbo. Semen Lini calidũ est ferè primo ordine, & medium inter siccum & humidum.

Cicer. CAP. XCVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ερέβινθος. *Lat. Cicer. Ita. Ceci.* Gal. Ciche. Ger. Kichern.

Cicer



Cicer.

Cicer satiuum aluo idoneum est, urinam ciet, inflationem parit, colorem commendat, menses ac partus expellit, lac auget. Cum Eruo decoctum illinitur ad inflammationes testium, uerrucosas informicationes, ad scabiem, ulcera capitis manãtia, impetiginesq;. Contra carcinomata, & ulcera quæ cacoethe uocantur, cũ melle & hordeo prodest. Alterum genus Arietinum nominatur: utrũque cit urinas, dato, cum Rore marino, hydropicis aut regio morbo laborantibus, eorum decocto. Lædunt ea exulceratum uesicam, & renes: [redacted]*. Syluestre Cicer folijs satiuo simile est, odore acri, sed semine discrepat: idem quod satiuum præstat.*

Est Cicer candidum, cui etiam Columbino nomen est. Est rufum, quod Venereum dicitur, & ideo excitandæ veneri quibusdã aptũ videtur. Est nigrum & paruum, quod ab Arietini capitis similitudine Arietinum dicitur. Id genus absterforiæ facultatis sunt, & fabis potentiores, renales lapillos rumpunt & comminuunt. Syluestre Cicer manducatum luxat ventrem, sed ventum procreat, & int stinorum dolorem. Cicer legumen ventosum satis nutrit, & commodat corpori, vrinam euocat & menstrua, lac & sperma copiose generat. Orobini attrahunt, discutiunt, incidunt, & abstergunt. Eapropter iecur splenem, renes

nes, scabiem, & impetiginem emundant. Discutiunt qui sub auribus enascuntur abscessus, in duritias testium atque adeo in vlcera malignæ potentes sunt.


Faba. CAP. XCVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κύαμος. *Lat. Faba. Ita. La Faua.*

Gal. Feues.

Ger. Bon.



Faba.

Faba inflationem excitat, ægrè concoquitur, tumultuosa somnia facit tussi confert, carnem gignit, media calidi frigidiq; natura. Decocta in posca, & cum suo cortice esitata, dysenterias & cœliacorum profluuia sistit: contra uomitiones conuenienter manditur. Inflatio leuior contrahitur, si aqua prior inter coquendum abyciatur, uiridis plus negotij stomacho exhibet, maioremq; flatum parit. Lomentum eius & per se, & cum polenta illitum, inflammationes quas uulnus excitauit, mitigat, cicatrices cõcolores facit, turgentes grumoso lacte mãmas, etiã si inflammatione tententur, adiuuat, lac restinguit, furunculos, sugillata, parotidasq; cum Fœnigræci farina & melle disc

discutit: cum Rosa autem Thure & oui candido, procidentes oculos, tumores, uuasq; reprimit. subactum uino, suffusiones & ictus oculorum recreat. Manducata sine cortice Faba, ad auertendas fluxiones fronti illinitur, Decocta in uino testium collectiones sanat, quò tardius pubes erumpat, pueris imo uentri illinitur, uitiliginem purgat. Fabarum cortice illiti capilli, qui post euulsionem renascuntur, gracilescunt, & minus alimenti capessunt: cũ polenta, scisso Alumine, & uetere oleo impositi cortices, strumas discutiunt: decocto earum lanæ inficiuntur. Faba dempto cortice in illas parteis diuisa, in quas suaptè natura scinditur, imponi solet sanguinis defluxionibus ab hirudine concitatis: nanque eas supprimit, si semisecta apprimatur.

FAbæ non multum absunt à temperamento desiccatorio & infrigidante. Pulpa abstersoriæ quadantenus est facultatis, tunicæ aliquantum astrictoriæ sunt participes. Quantumuis Fabæ coquantur, flatuosam tamẽ (vt ptisana) qualitatem non exuunt. Fabarum substantia nec densa est nec grauis, at fungosa & leuis, & ideò abstersoriam aliquantum vt ptisana, vim habent, sordibusque cutis eluendis, poliendis & mundandis corporibus, seu virorum, seu fœminarum, parem vsum & gradum obtinet, quem Nitrum, spuma Nitri, & absterforia quæuis alia res. Illitæ faciei itidem vt ptisana, lentigines, maculas è sole contractas, & omne genus pustulas tollunt. Tali facultate Fabæ præditæ, tamen vbi nutriendi ratio habetur, nõ tardè transeunt, quod in viscosis & densis contingit, in queis nihil absterforiæ virtutis inest, cuiusmodi sunt Tragum, Alica, Amylum, & similia. Frixæ Fabæ vt flatum amittunt, non perindè facilè digeruntur. Tarde è stomacho exeũt, & toto corpori grossum nutrimentum gignũt. Quæ recentes & immaturæ eduntur, multum humidi nutrimenti procreant, & ob id maiorem superfluitatum copiam, non in vijs tantum alimentariarum & interiorum membrorum, sed in toto generatim corpore. Eò fit vt minus nutriant, & celerius pertranseant. Porro non ignorandum flatuosos omnes cibos cum his corrigendos rebus quæ excalfactoriæ & desiccatoriæ sunt facultatis.

Faba Aegyptia. CAP. XCVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Αἰγύπτιος κύαμος. *Lat. Faba Aegyptia.*
Ital. Faua d'Egitto. Gal. res non satis nota.

Aegyptia faba, quàm aliqui Ponticam uocant, in Aegypto plerunque prouenit, in Asiæ etiam Ciliciæq; lacubus inuenitur. Folia habet ampla, etiam si ad arborum frondes comparentur: caulem cubitalem, digiti craßitudine: florem roseum, dupla Papaueris amplitudine, & ubi flore exuitur, fert folliculos uesparum fauis similes, in quibus Faba supra operculum, bullantis ampullæ modo, prominet. Ciborion ideo nominant, id est, arculam, quoniam seratur ipsa, humenti glebæ mandata, & ita in aquam demissa. Radice firmatur harundine craßiore, quæ cruda coctáue estur, ei Colocasiæ nomen est. Faba uirens manditur, & exiccata nigrescit, uulgarem magnitudine superat. Adstringendi facultatem obtinet, & stomacho utilem. Dysentericis, cœliacisq; prodest, insperso, polentæ uice, lomento: datur quoque in pulte. Cortices in uino mulso decocti, si terni inde cyathi bibantur, magis proficient. Facit ad aurium dolorem, quod in earum medio uiride spectatur, gustu amarum, si tritum & cum Rosaceo coctum instilletur.

Faba Aegyptia nihil nostratis Fabæ præter nomen referens, Colocasia Aegyptijs vbi ab inundatione Nili nascitur, & Dioscoridi in Asiæ & Ciliciæ lacubus, prouenit referente Matthiolo in quibusdam apud Venetias, & Neapolitanis hortis, quo loci viuere videtur etiam aquæ nō implātata. Fabæ Aegyptiæ, Galeno, vt nostratibus maiores itidem & humidiores, & magis superfluis humoribus replent corpus.

Lens. CAP. XCIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. φακός. *Lat. Lens. Ital. Lenticchie.*
Gal. Lentilles. Ger. Linsen.

Lens



Lens

LEns frequenti cibo aciem oculorum obtundit, ægrè concoquitur, stomachum malè habet, eumq́ & intestina inflat, sed aluum cum cortice cocta sistit. Præstat in cibo quæ facillimè coquitur, nihil atri in maceratione reddens: uim habet adstringẽdi, qua ex caussa aluum cohibet, si detracto antea cortice discoquatur acuratè, primaq́ aqua inter coquendum effundatur (quippe primum id decoctum uentrem resoluit) somnia tumultuosa excitat: capiti, neruis, ac pulmoni inutilis: melius suo fungetur munere cõtra alui fluxiones, addito cũ aceto Intybo, aut Portulaca, aut Beta nigra, aut baccis Myrti, aut putamine Punici, aut aridis Rosis, aut Mespilis, Sorbisue, Pyris Thebanis, aut malis Cotoneis, aut Cichorio, aut Plantagine, aut Gallis integris, quæ post decoctionẽ abijciuntur, uel uuarum Rhois, quæ obsonijs inspargũtur: uerum acetum cum eo diligenter percoqui debet, aliàs aluũ conturbat. Cõtra subuersionem stomachi, triginta grana lentis delibrata deuorari proderit. Decocta cum polenta, & illita, podagras lenit, sinus cum Melle glutinat, crustas rũpit, ulcera purgat. Decocta in aceto duritias & strumas discutit. Cum Cotoneo aut Meliloto medetur inflammationibus oculorum, sedisq́, addito Rosaceo: sed in amplo sinu aut inflammationibus sedis, quæ maius remediũ exigunt, cũ putamine punici, ac siccis Rosis,

adiecto Melle, decoquitur: nomis quæ in gangrænam euaserũt, adiuncta maris aqua, pustulis, & his quæ serpunt, igni sacro pernionibusq́, ut antea dictum est: contra mammas in quibus lac in grumos coijt, & præ nimia sui copia profunditur, cocta in aqua maris, & illita auxiliatur.

LEntes temperamẽto sunt frigidum inter & calidum, & desiccant secundo ordine. Hic *Dioscoridi Galenus non concinit. Cum enim ea Dioscoridis verba sint, Vim habet astringendi: qua ex causa aluum cohibet, si detracto antea cortice discoquatur accuratè primáq; aqua inter coquendum effundatur, quippè primum illud decoctum ventrem resol uit. At Galenus. Cortex (inquit) Lentiũ vehemẽter astringit, carnea te nuiter substãtia, quæ & craßi succi & terrestris est. Succus porro Lẽtis astringenti est contrarius. Quocirca si elixæ in aqua iusculum sale, garo, oleoq́; conditum bibatur, aluum deijciet. At quod ex his decocta Lente ferculum apparatur, cõtrariam succo vim obtinet. Nam, quæ ventri obueniunt fluxiones, desiccat, os ventriculi, intestina, & totum deniq; ventrem corroborãs. Quãobrem cœliacis & dysentericis accõmodatus est cibus. Lens vero decorticata, vt illam astringendi vehementiam, cumq; hac, alia videlicet omnia quæ consequũtur amittit: ita alibilior quam integra illa efficitur, crassum prauumq; succum gignens, tardè cõmeans alui tamen fluores haud desiccat, vti ea quæ cortice nõ est spoliata. Hæc sibi ex diametro cum pugnent, tamen ex Galeni sententia standum est, quem & doctrina clarum, & experientia eximium reddit. Porro quod ad Lentis cibum attinet, ipsa tantum Galeni verba describam. Solis quibus viciosa est habitudo, ob aquam in carne diffusam, Lens cibo vtiliter prebetur, ceu aridis & squallentibus admodum damnosè. Eãdem ob causam visum integrũ & inculpatum hebetat, immoderatè exiccãs. Ei vero qui contrario modo se habet, humidiori videlicet, opitulatur. Hæc cum scribat Galenus, qui Lentis edulium temerè sumpserit, quis nõ Lenticulæ vnguentum credere dixerit? His enim nemo sanæ mentis vte tur, nisi cui è mala habitudine competet.*

Phasioli. CAP. C.

NOMENCLATVRA.

Gr. φασίολος. *Lat. Phasioli. Ital. Fagiuoli.* Gal. Phaseoles.

Phasi-



Phasioli.

PHasioli inflãt, spiritus cient, ægrè coquuntur, uirides cibo aluum emolliũt, ad uomitiones idonei.

SVnt Phasioli in Italia vulgares, & diuersarum specierum. Sunt enim candidi, rubescẽtes, fului, & è diuersis coloribus variegati. Candidi quibus granum reliquis pusillius est, seminantur leguminũ more. At rubescentes, flaui, & variegati seruntur in hortis, alijs ve locis vbi vmbra æstiua aucupanda est. Nam præter id quod peculiarem suum fructum reddunt, suis etiã inuolucris, ac sequaci capreolorũ reptatu, cameras, domunculas, pergulas opacant, ac radios solares inhibent, non aliter quam vites, Lupuli, Bryoniæ, Periclymeni, plantæque aliæ, quæ arboribus & sepibus sese contorquent & inuoluunt. Id Phaseolorum genus censent. Matthiolus Smilacem esse hortensem, Smilacẽque eundem hortensem, Dolichos esse scriptos à Theophrasto, iiij. Cap. viij. Lib. de Plantarum historia, & à Galeno primo de facultate alimentorum, libro, & primo itidem Pauli libro. Non sunt enim Dolichi id Pisellorum, vt ita loquar, genus, quod in Mediolanẽsi territorio Rouiglione, & alibi, Arabeia, quã sub Ocri nomine describit Galenus, vt claret eo quem modo citauimus loco. Porro hoc capite Dioscorides de candidis Phaselis aut Phaseolis loquitur, qui verè Phaseli sunt. Siquidem alijs distincti coloribus, Dolichi & Smilaces leues siue satiuæ dicti habentur, & eorum siliquæ Lobi.

Eruum. CAP. CI.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὄροβος. *Lat. Eruum. Ita. Orobo.*
Gal. Ers.



Eruum.

Eruum paruus frutex omnibus cognitus, angusto folio, tenuis, semina in ualuulis habens, è quibus farina fit, nomine Eruina, ad medendi usus conueniens. Eruum capiti onerosum est, aluum esu turbat, sanguinem per urinam extrahit: elixo boues saginantur. Parandæ farinæ ratio hæc est: Vberiora grana candidaq; deliguntur, permiscendóque aqua respergũtur, donec sufficienter combibant: postea torrentur, usque dum hians cortex disrumpatur: molitaq; farinario cribro incernuntur: postremò farina recõditur. Hæc aluo utilis est, urinam ciet, meliorem colorem efficit, sanguinem per uesicam aut aluum cum torminibus elicit, si largius in cibo aut potu assumatur, ulcera cum melle purgat: lentigines & uitia cutis in facie, & maculas, totumq; corpus emendat: nomas, gangrænas, duritiasq; serpere non patitur: mammarum duritias emollit: atra ulcera quæ Therio mata uocant, fauosq; emarginat: carbunculos rumpit: cum uino subacta illitu morsibus uiperarum, canum, hominũq; medetur: urinæ difficultates, tenesmosq; ex aceto mitigat. Eruũ tabidis, qui alimentum non sentiunt, tostum, & ad nucis magnitudinem melle exceptum, sumptumq;, conuenit. Eius cremor

per

perniones, & pruritus in toto corpore, sanat fouendo.

EX Alexandria Venetias adfertur Orobi semen Viciæ simile, sed id proculdubio nō est verū Orobi semen. Eruum non illa est, quæ Italis (vt diximus) Rouiglione dicitur, quā Galenus, Theophrastus, & Paulus Ocrum vocant, nulla nempè in ea sentitur amaritudo, nec quātumuis manducata, sanguinem per vrinā extrahit, quæ in Orobo verò requirunt Dioscorides & Galenus. Orobus inter frumenta nascitur, sed à paucis noscitur. Dioscorides farinam ex Erui candidis granis eligit, at Galenus candidos in medicina, ruffis & pallidis inferiores facit. Orobus primo ordine excalfacit, & desiccat in fine secundi, & è sua amaritudine abstergit, incidit, & aperit. Sumptus cum melle à flegmate & grossis humoribus pectus & pulmonem emundat.

Lupini. CAP. CII.

NOMENCLATVRA.

Græ. θέρμος. Lat. Ita. & Off. Lupini.
Gal. Lupins.

SAtiuus lupinus notus est. Cuius farina cū Melle delinctu, aut potu, uentris animalia expellit: ipsi quoque macerati, & cum sua amaritudine esitati, eadem efficiūt. Decoctum eorum idem munus præstat, cum Ruta & Pipere potum: quare lienosis prodest. Eodem ulcera tetra, quæ Theriomata uocant, gangrænas, incipientem scabiem, eruptiones pustularum, ulcera in capite manantia, uitiligines, maculasq; fouere utilissimum: menses & partus extrahit, cum Myrrha & Melle subditum in uellere. Eorum farina cutem liuoresq; corrigit: inflammationes cum polenta & aqua mitigat: tubercula, & coxendicum cruciatus ex aceto lenit: strumas in aceto cocta illitaq; dissipat, carbunculos rumpit. Decocti cœlesti aqua, donec in cremorem lentescant, faciem abstergunt: medentur pecorum scabiei, cum radice nigri Chamæleontis, ita ut tepente decocto abluantur.


Lupini.

cit urinam radix cum aqua cocta. Lupini triti, ubi maceratu dulcescere cœperint, cũ aceto poti, fastidium detrahunt, & cibi auiditatem faciunt. Gignuntur & syluestres Lupini, satiuis similes, sed omnino minores, qui eadem quæ satiui possunt.

LVpini notum legumẽ aptè à Dioscoride descriptum, nihil amplioris annotationis requirit, prꝛterquam quod eorum farina omnes decoctionis effectus reddit.

Rapum.
CAP. CIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. γογγύλη. *Lat. Rapum. Ita. Le Rape.*
Gal. Naueaux.
Ger. Rueben.

DEcocta Rapi radix alit, inflationem parit, humentem ac fluxam carnem creat, uenerem stimulat: decocto podagræ, pernionesq; fouentur: contritoq; Rapo atque imposito iuuantur: si excauatæ radici Rosaceum ceratum adigatur, & feruenti cinere eliquescat, exulceratis pernionibus proficiet. Cymæ eius decoctæ manduntur, & urinam ciunt. Semen antidotis & theriacis, præsertim quæ sensum doloris auferunt, anodyna uocant, idoneum est: potum contra uenena salutare est. Venerem concitat. Rapum muria conditum, minus alimenti sufficit,



Rapum satiuum.



Rapum syluestris.

cit, sed multò magis apetentiam recreat. Syluestre Rapum in aruis nascitur, fruticosum, in cubiti altitudinem assurgens, ramosum, læue: in cacumine folia fert læuia, digitali latitudine, aut maiora: & fructum in siliquis calyculatis: cumq; eorum inuolucra aperiuntur, alia intus siliqua spectatur, quæ quandam capitis speciem præbet, in qua semina paruula concipiuntur, foris nigra, intus alba. Additur in medicamenta quibus ad detergendam cutē in facie, totoq; corpore utimur, præsertim quæ ex Lupini aut Erui, Tritici aut Lolÿ farina, fieri solent.

RApa domesticæ triū sunt generū, prassa lōga, rotūda. Quæ æstate seruntur immunia reddūtur à bruchorū & erodentiū animalculorū iniuria, cōmixta sationis tēpore semini fuligine, aut macerato per noctē in succo Aizoi semine. Columella id vt rē expertā asserit: hic obseruādū Rapū syluestre fruticosius esse Raphano syluestri, & multas alas

ramu

ramulosque ad latera spargere, in queis lutei flores, nasci in aruis pinguibus, radice pollicem crassa: At Raphanum sylueſtrem pallidioribus constare, & parua radice.

Napum. CAP. CIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Βουνιὰς. *Lat. Napus. Ita. Nagoni.*
Gal. Raues.



Napum.



Radix

Cocta Napi radix inflat, modicùm alit. Semen eius potum uenenorum uires hebetat: antidotis admiscetur. Conditur sale radix.

Napo

NAporum Theophrastus & Plinius plura faciũt genera, cùm nostro tempore candidi tantum & crocei reperiãtur. Crocei crassiores licet, & oculis magis adblandiantur, insuauiores tamen gustu sunt candidis. Aegyptij è Naporum semine oleum conficiunt.

Radix. CAP. CV.

NOMENCLATVRA.

Græ. ῥάφανος. La. & Off. Radix, Rhaphanus.
Ita. Radice. Gal. Refort.
Ger. Raetich.



Rhaphanus.



Rhaphanus syluestris.

RAdix, quæ Græcis Rhaphanus dicitur, excalfacit, flatus gignit, ori suauis est, sed stomacho aduersatur, ructus ciet, urinam pellit aluo aptior, summo tamen cibo sumi debet, quò magis eius distributionem adiuuet: cum autem præsumitur, cibum suspendit, quare uomituris commodissimè datur ante cibum

bum. Senſuum aciem excitat: decocta contra ueterem tußim, & pituitæ craßitiem in pectore, efficax eſt. Cortex ex aceto mulſo, celerius uomitiones mouet: hydropicis commodißimè illinitur, lienoſis utilis ſugillata cum Melle rapit, & nomas amolitur: contra uiperarum ictus auxiliatur, alopecias ad pilum reducit: lentigines cum Loliacea farina emendat: his qui fungis ſtrangulantur, tam cibo quàm potu ſalutaris eſt. Semen uomitiones facit, urinam mouet, menſes cit, lienē extenuat, cum aceto illitum gangrænas ualidißimè emarginat, coctum cum aceto mulſo, anginis per quā utiliter gargarizatur. Contra Ceraſtis morſus, potū ex uino, auxilio eſt. Syluestris Rhaphani, quā Romani Amoraciā uocāt, folia ſatiuo ſimilia, ſed magis Lampſanam imitantur: radix gracilis, tenera, ſubacris. Tam folium quàm radix in olera recipitur. Sed hæc excalfacit, urinam concitat, æſtuoſa eſt.

RHaphanus qui & radix, & Radicula Latinis, diſtinguendus ab herba lanaria radicula, quæ etiam Radicula ſimpliciter dicitur, Græcis ſtruthion, à Rhaphano diuerſißima. Eſt Rhaphanus ſatiuus, eſt ſylueſtris, qui Armoracia Latinis nuncupatur. Rhaphanus ſatiuus calidus eſt tertio ordine, ſiccus ſecundo: Armoracia in his duabus qualitatibus ſupereminet. Semen tota planta potentius eſt. Digerit, ob idq; liuidis & cōtuſis conuenit. Acres ne ſint Radiculæ è folijs agnoſcitur, nā earū læuor etiam nō guſtata radice, minorem eius acrimoniam denotat.

Siſer. CAP. CVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σίσαρον. *Lat. Siſer. Ita. Siſaro.*

Gal. Cheruy.

SIſer uulgo cognitum, cuius radix decocta ori grata eſt, & ſtomacho utilis, urinam ciet, & appetentiam inuitat.

Siſer



Siser satiuum.



Siser syluestre.

Siser omnium radicum quæ edẽdo sunt saluberrima. Hanc Tyberius *princeps flagitabat omnibus annis à* Germania: *nonnihil amaritudinis cum astrictione pauca resipit.* Radix *grata stomacho.* Vrinã *proritat.* Galeno *secundi est excalfacientium ordinis.* Paulus *in tertium asserit.* Sentit *& semen tenuium esse partium, & discutiendi naturæ constare, ac ideò singultientibus & torminosis ex vino dari.*

Lapathum, siue rumex.

CAP. CVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. λάπαθον. *Lat. Lapathum. Ita. Rombice.*
Gal. Ozeille. Ger. Meugel.

Ex generibus rumicis, Oxylapathũ uocant, quod in acutũ tendit, prædura habẽs extrema, nõ nisi palustribus nascẽs.

Ali



Lapatum acutum.

Alius eſt ſatiuus, illi diſsimilis. Tertium genus ſylueſtre, paruum, Plantagini proximum, humile & tenerum. Quartũ eſt, quod alij Oxalida, alij Anaxyrida, aut Lapathon uocant. Folia eius ſylueſtri ac exiguo Rumici ſimilia, caule non magno, ſemine ſubacuto, rubẽte, acri, in caule & agnatis appendicibus emicante. Omnium decocto olere aluus emollitur: crudi illitu melicerides, Roſaceo aut Croco adiecto, diſcutiuntur. Sylueſtris & Oxylapathy, & eius quam Oxalida nominant, ſemen ex aqua aut uino utiliter bibitur cõtra dyſenterias, & cœliacorum affectus, ſtomachi faſtidia, ſcorpionum ictus: quod ſi quis in potu præſumat, nihil moleſti ex ictu patietur. Radices ex aceto coctæ aut illitæ crudæ, lepras, impetigines, & ſcabroſos ungues per ſanant: ſed antea locus aceto & Nitro in ſole perfricandus eſt. Pruritus corporis decoctum earum ſedat, ſi foueatur, aut in ſolijs balnearum confricetur. Coctæ in uino & inſtillatæ, aurium dentiumq́ dolorem mulcent, ſtrumas parotidasq́ diſcutiunt: lienem cum aceto extenuant: Aliqui amoliendis ſtrumis radicum geſtamine utuntur, eas collo appendentes: tritæ & admotæ fœminarum profluuia ſiſtunt: cum uino autem potæ, regio morbo medentur, calculos ueſicæ comminuunt, menſes cient, ſcorpionum ictibus auxiliantur. Hippolapathon

olus

olus est magnum, in paludibus nascens: easdem habet uires, quas supradicta rumicis genera.

RVmicis seu Lapati multa produntur genera. Oxylapathum in palustris nascens, in cacumine acutiora duraque folia habet, ob id nostrates officinæ Lapatiũ acutũ nuncupant. Alterũ genus hortensis, illi dissimile. Tertium syluestre, paruum, Plantaginis figuræ, molle, humiliter fructicans, Acidula aut minuta Oxalis vulgo dictũ. Quartũ genus alij Oxalidẽ, alij Anaxaridẽ, alij Rumicẽ syluaticũ appellãt. Huius folia syluestri & exiguo simila sunt, caulis teres, sesquicubitũ altus, semine rubro in mucronem acuminato, quod foliaceo vestitur inuolucro, sapore acri, è scapo adnascentibus cauliculis erumpente. Id partim seritur, partim sponte in incultis prouenit. Omnibus exploratum, quod plærunque iuribus incoctum valet, & in acetarijs crudum singularem habeat gratiam. Quintum, carnibus intingendis succi viridis acrementum subministrat, nec aliud in obsonijs maiorem sibi vendicauit authoritatem. Omnes ferè, quòd gratum acorem palato representet, Acetosam cœperunt appellare. Gallicũ vulgus oxalim adhuc imitatione græca nuncupat, aliqui oxellam, alij vinetam. Huius semen rubrum in mucronem emissum desinit, cæteraque Dioscoridis picturæ suffragantur, quare nemo Rumicem acetosum id esse genus, ibit inficias. Est & Hypolapathum olus magnum, officinæ grandem oxillam, vulgus parellam vocant, paludibus familiare. Lapathum discussoria facultate præditum est. Oxilapathum mixtas sibi vires vendicauit. Nanque discutiendi & repellendi natura donatum est. Sed omnium semen, tum maximè Oxilapathi manifeste constringit, ita vt dysenteriæ & alui profluuio medeatur.

Lampsana. CAP. CVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. λαμψάνη. *La. Lampsana. Ita. Lasana.*
Gal. Sanues blanches. Ger.
Wild. Koel.

LAmpsana syluestre olus est: plus alit quàm Rumex, & stomacho utilius. Cuius folia caulesq; coquuntur in cibo.

LAmpsana, Plinio, olus syluestre est, pedalis altitudinis, trium foliorum Napi simillimorũ, nisi candidiore essent flore. hac se apud Dyrrachium vixisse milites Iulio Cæsari, in triumpho, iocis militaribus exprobauerunt. Rura hanc sauuas albas vocant, quasi syluestres napos.

Vulgares Lampſanæ flores amiciſsimos apibus creant, & fauorum cetas exuberant. In cibo noxium humorem creant. Illita detergendi diſcutiendique naturant habent.

Bunium. CAP. CIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. βούνιον. *Lat. Bunium. It. Bunio.*
Gel. Herbe à charpentier. Ger. Barbrren.

BVnium caulem emittit quadrangulum, & in eo folioſos ramulos, tenues, prætenuibus foliolis & floſculis ſcatentes, longitudine digitali: folia propter radicem, Apio ſimilia, ſed multò tenuiora, & quæ modo quodam folia Tribuli imitentur. flores Anethi ſemen odoratū, minus Hyoſcyamo. Excalfacit bunium, urinam ciet, ſecundas detrahit, lieni, renibus & ueſicæ utile. Eo humenti aridóue utuntur, exempto radice & caulibus ſucco, ex aqua mulſa.

BVnium vulneraria herba eſt, & vulgò carpentariā dicitur, quod vulneribus è ſecuri & dolabra acceptis ſubitò medeatur.

Blitum. CAP. CX.


NOMENCLATVRA.

Græ. βλῆττον. *Lat. Blitum. It. Biedoni.*
Gal. Porree rouge. Off. idem cum beta faciunt.
Ger. Mayer.

BLitum eſtur oleris modo, áluo utile eſt: nullius in medicina uſus.

BLitum rubes eſt & album, vtrunque notum, iners olus, ac ſine ſapore & acrimonia vlla, nullo in medicina momento, leuiuſculam quidem alui deiectionem moliri poteſt, nullum tamen acrementum n.

troſum



Blitum.

nitrosum ve poßidet ingenium, quo valeat intestina ad iustam excretionem lacessere.

Malua. CAP. CXI.

NOMENCLATVRA.

Gr. μαλάχη. *Lat. & It. Malua.* Gal. Malue. Ger. Roennsch Bappel.

Malua satiua esui longè aptior syluestri, stomacho aduersatur, aluum iuuat: sed multò magis caules, interaneis & uesicæ utilis. Cruda folia cum salis exiguo manducata, ægilopas ex melle sonant: nerùm cum cicatricem trahere cœperint, ea demum citra salem utendum est. Contra aculeatos apium uesparùmque ictus, illita efficax est: eadem cruda cum oleo trita perunctí, non feriuntur. Vlcera manantia in capite, furfurèsque cum urina sanat: sacris ignibus & ambustis decocta folia, tritàque, utilißimè ex oleo imponuntur. Eius decoctum uuluas insessione mollit: prodest erosionibus uesicæ, & intestinorum, uuluæ, sedisq; clystere infusum. Ius decoctæ cum radice sua, contra omnia uenena auxiliatur, si continuò à bibentibus reuomatur. Contra Phalangiorum morsus remedio est, lac euocat. Semen in uino



Malua vulgaris,



Malua satiua.

potum, addito Loti syluestris semine, uesicæ cruciatus lenit.

Malua hortensis est & syluestris. Est etiam Rosam referens Malua, nostro tempore in hortis frequentissima. Malua, quam veteres hortensẽ vocarunt, penè nullibi nostra incuria colitur. Galeno Maluæ hortenses syluestribus humidiores, proindé viscosum quippiam in se continent Maluæ hortenses. Eædem manifestæ non infrigidant, nimirũ tepida caliditate præditæ. Conditæ cum oleo & sale citius descendunt, cum aliàs tamen non tardent.

Atriplex. CAP. CXII.


NOMENCLATVRA.

Græ. Ατράφαξις. *Lat. Atriplex. Ita. Atriplice.* Gal. Arrouches. Ger. Scherß malter.

Atriplicem



Satiuus.



Syluestris

ATriplicem aliqui Chrisolachanon uocant, cognitum olus est. Duo eius genera: syluestre & satiuum. Coctum estur ut olus. Aluum mollit, panos discutit, siue crudum, siue coctum illinatur. Semen cum aqua mulsa potum, regium morbum sanat.

ATriplex vulgatum olus humidũ in secundi ordinis medio, & frigidum in primo, & quod fluidum corpus faciat, permeat celeritur. Abstersorium est Atriplicis semen, ac ideò regio morbo conueniet, quem flegmatis oppillatio, procrearit, Vomitum euocat, & soluit corpus.

Brassica. CAP. CXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. κράμβη. Lat. Brassica. It. Cauolo.

Gal. Choux. Ger. Breyter. Koel.




Braßicæ primum genus.



Secundum.

Braſsica ſatiua aluo eſt idonea, ſi modò leuiter feruefacta edatur (nam percocta aluum ſiſtit: ſed multò magis bis cocta, aut quæ in lixiuio coquitur) ſtomachum autem malè habet: acrior eſt æſtiua. In Aegypto propter amaritudinem non eſtur. Cæcutientibus & tremulis eſſe prodeſt: ſummo cibo ſumpta crapulam diſcutit, & uini uoxam reſtinguit. Melior ſtomacho cyma: ſed acrior, & ad ciendam urinam ualidior. Ea condita ſtomacho inimica eſt, aliuũ conturbat. Crudus ſuccus cum Nitro & Iri deuoratus, aluum emollit: cũ uino quoque epotus

uiperarum



Tertium



Quartum

uiperarum morsibus auxiliatur, cum Fœnigræci farina, podagris & articulorum uitijs illinitur. Prodest & sordidis ulceribus, & netustis, illitus, caput purgat naribus infusus, menses extrahit, cum Loliacea farina inditus. Folia per sese illita, aut cum polenta trita, conferunt inflammationibus: tumoribusque. Epinyctidas, ignē sacrum, leprásque sanant: carbunculos ex sale rumpunt, fluentes capillos retinent, cocta. addito melle, aduersus depascentia ulcera, gangrænasq́ ualent: lienosisq́ ex aceto cruda prosunt. Mansa, deuorato succo, retusam uocem instaurant. Decoctum eius potu, aluum & menses ciet. Flos post conceptionem in pesso subditus, partum abortu uitiat. Semen eius, præsertim quæ in Ae-

gypto nascitur, potum tineas repellit: in antidota theriaca additur, faciei cutem lentiginesq́ expurgat. Virentes cauliculi cum radice cremati, & adipe porci uetusto excepti, diuturnos laterũ dolores mitigant.

Brassica syluestris. CAP. CXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κράμβη ἀγρία. *Lat. Brassica syluestris. Ital. Cauolo saluatico.* Gal. Choux sauuages.

S*yluestris Brassica, maritimis præruptisq́ locis magna ex parte gignitur, satiuæ similis, sed candidior, hirsutiorq́, amara. Cuius cyma in lixiuia cocta, ori non insuauis. Folia illitu uulnera conglutinant, & inflammationes tumoresq́ discutiunt.*

Brassica marina. CAP. CXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κράμβη θαλασσία. *Lat. Brassica marina. Ita. Cauolo marino.* Gal. & Off. Soldanella. Ger. Meer Koel.

M*arina Brassica à satiua prorsus abhorret, quòd folia ferat rotundæ Aristolochiæ, prælõga, tenuia: singula à ramulis rubentibus exeunt, singulari, ut Hedera, pediculo: albo succo prædita est, sed pauco, salso gustu, & aliquantum amaro, pingui concretu. Herba in totum stomacho inimica, acris: uehementissimè aluum ciet, in cibo cocta. Coquitur propter acrimoniam cum pingui carne.*

B*rassica quæ & Caulis, Crambe græcis, multorũ est generũ. Est uulgaris, est crispa, quæ* Appiana *Catoni dicitur, est capitata & sessilis. Est cuius caulis inter folia* Rapi *in morẽ subinde crassescat, & mũdatus edẽdo est ut rapũ.* Crãbe Plinio *speciali nomine coma est læui parua, rotũda, ra*

da, ramis folijsq; permultis cõdita, satiua cãdidior, succo aspero & instar medicamẽti amaro. Braßica cibo vel exterius applicata quantũuis nõ ad modũ acris, desiccat, ac quiddã abstersoriæ facultatis continet. Succus sua quapiã vi expurgat nec aliã ratiõe tota eius substãtia è siccitate sua re stringit, & ob id cũ laxãdũ braßica corpus, aquæ pauxillũ immergẽda tum modice incocta, probè cũ oleo & sale cõdita, edẽda: cũ verò fluẽs al uus restringẽdus, coctæ ad secundã ebullitionẽ, proiecta priore aqua, cali dam oportet superinijcere, & ad eum decoquere modum vsque dum te- nerescat. Braßica marina ea est, quam Soldanellam officinæ vocant.

Beta. CAP. CXVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. τεῦτλον. Lat. Beta. Ital. Bietola.
Gal. Porree. Ger. Rotter mangolt.



Beta.



Beta nigra.

BEta duorum generum est, è quibus nigra coquitur cum Lenticula, ut uentrem sistat, quod magis radice eius præ-

 statur

ſtatur. Candida aluo utilis eſt. Vtraque tamen propter nitroſum humorem, quem habet in ſe, noxij ſucci eſt. Vnde ſuccus earum cum melle naribus inditus, caput purgat, aurium doloribus auxiliatur. Decoctum radicis & foliorum, furfures lendesq; deterget, perniones fotu mitigat. Crudis folijs uitiligines, nitro antè perfrictas: alopeciarum inanitates, ſcalpello prius exaſperatas, atque depaſcentia ulcera, illini prodeſt. Eruptionibus papularũ, igni ſacro, ambuſtisq;, cocta medetur.

EST Beta nigricantibus è Purpura folijs. Hæc nigra vocatur Latinis. eius radices Rapis magnitudine & forma ſimiles ſunt. Candida præterquam colore, quem folia eius in candido viridem habent, nigræ ſimilis. Eſt & quædam ruſſa radice, Paſtinacæ non abſimilis. Nitroſæ qualitatis eſt Beta, & ideo diſcutit & abſtergit, candida magis quã nigra, ſed eo cocta priuatur, ſiquidem nigra aſtringit, maximè radice. E Liene malè affectis, medicina potius eſt, quàm cibus.

Portulaca. CAP. CXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ανδράχνη. Lat. Portulaca. Ita. Procacchia. Gal. Pourpier. Ger. Burtzelen.

PORtulacæ uis aſtringit: capitis doloribus, inflammationibus oculorum, cæterisq;, cum polenta imponitur: ardoribus ſtomachi, ſacro igni, ueſicæ doloribus, auxilio eſt. Commanducata, dentium ſtupores ſedat: ſtomachi & inteſtinorum æſtuationem, fluxionesq; mulcet: renes & ueſicam adiuuat, etiam ſi eroſionem ſentiant: ueneris impetus exoluit. Succus epotus ſimili effectu prodeſt, in febribus ualens. Contra teretes uentris tineas, cruentam excreationem, dyſenteriam, hæmorrhoidas, & profluuia ſanguinis, percocta efficax eſt. Item contra ſepis morſus. Ocularibus medicamentis utiliſſimè commiſcetur: interaneis fluxione



Portulaca ſylueſtris. Portulaca ſatiua.

xione laborantibus, atque uuluarum eroſionibus infunditur. Contra dolores, quos æſtus excitauit, caput ex Roſaceo & oleo fouetur: eruptiones papularum in capite, cum uino emendat: uulneribus quæ ad ſyderationem ſpectant ex polenta illinitur.

Portulacæ, notæ herbæ, temperamentum, frigidum & aqueum eſt, pauxillum de auſtero participans. Fluxus reſtringit & præcipuè bilioſos & calidos, ſiquidem tertij eſt infrigidantium ordinis, & humectantium ſecundi. Parum nutrit in cibis, vt potè humida, frigida, & viſcoſa. Stuporem dentium ſedat, quòd viſcoſa, non pungat.

Aſparagi. CAP. CXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ασπάραγος. *Lat.* Aſparagus. *Ita.*

Aſpa-

Asparago. Gal. Asparge.



Asparagi.

Corruda siue sylvestris Asparagus uulgaris est notitiæ. Huius cauliculi in cibo cocti uentrem emolliūt, urinam cient. Radicis decoctum contra urinæ difficultatem, regium morbum, renū uitia, & coxendicum cruciatus, in potu proficit: cum uino autem, phalangiorum morsibus auxiliatur. Si decocti succus super dente contineatur, eius dolori medetur. Semen potum ad eadem ualet. Canes, ut aiunt, si decoctum bibant, emoriuntur. Asparagum etiam nasci prodiderunt, arietis cornibus cō tusis, atque defossis: quod, quantum equidem sentio, planè à ueritate abhorret. Altilis autem Asparagus multis ramis fruticat, folijs Fœniculi, longis, numerosis: radice rotunda, grandi, spongiam habente. Huius teneri cauliculi triti in uino albo, renum dolores sedant. Assus autem coctusue, urinæ stillicidium, difficultatemq́; ac dysenterias mitigat. Radix cum uino aut aceto cocta, luxatos artus mulcet. Decocta cum ficis aut ciceribus, sumpta, regium morbum sanat: coxendicis cruciatus stranguriamq́; leuat. Alligata radix, aut haustum eius decoctum, conceptum adimit, & sterilitatem adfert.

ASparagus hortēsis, Galeno, Regius dicitur: palustris & syluestris, Helius. Abstergunt Asparagi non protensa tamen manifesta calidita

liditate aut frigiditate. Grati sunt stommacho, vrinam proritant, & quãuis paruum prestent alimentum, plus tamen nutriunt, quàm quæuis aliæ herbarum cymæ.

Plantago. CAP. CXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀρνόγλωσσον. *Lat. Plantago. Ita. Piantagine.* Gal. Plantain.



Maior.



Minor.

DVo Plantaginis genera: minor folia habet angustiora, minora, molliora, læuiora, & tenuiora: caule anguloso, in terra sessili: floribus pallidis: semine summis caulibus emicante. Altera maior, lætior, virentiorq́ue, latis constans folijs, oleracei



Aquatica.



Media.

cei generis: cuius caulis cubiti altitudinem petit, angulosus, subruber, à medio ad uerticem tenui semine circundatus, radicibus nititur teneris, hirsutis, candidis, digitum craßitudine æquantibus. Nascitur in lacunosis, sepibus & locis humidis. Multò utilior magna est. Vim habent folia exiccatoriam, cõstringentem: quare omnibus malignis ulceribus, & fluxioni opportunis atq; elephanticis, sordidisq; illita prosunt: profluuia sanguinis, ulcera quæ serpunt, epinyctidas, carbunculos, nomasq; cohibent: uetera ulcera & inæqualia cicatrice obducunt, chironia sanant, sinus conglutinant: morsibus canis, ambustis igni, inflammationibus, panis, parotidibus, strumis, ægilopijs, illita cum sale prosunt. Coctum cum aceto & sale olus, dysentericis, cœliacisq; sumptum subuenit. Datur & in locum Betæ cum Lenticula coctum, Et

ad

ad aquam intercutem, cui leucophlegmatiæ nomen est, datur et herba decocta post aridas epulas, sic ut media antecedat: comitialibus & suspiriosis data proficit. Foliorum succus, colluta subinde oris ulcera, purgat: cum Cimolia aut Cerusa igni sacro medetur: fistulis infusus prodest, lippitudinibus & aurium doloribus idem succus instillatur. Additur quoque in oculorum collyria. Gingiuis cruore suffusis, & sanguinis reiectionibus, potu confert: clystere dysentericis infunditur, contra tabem datur in potu: aduersus strangulationes uuluæ, in uellere subijcitur, etiam si uulua fluxione laboret. Semen ex uino potum alui fluxiones & sanguinis excreationes sistit. Decocta radix & manducatu, & collutione, dentium dolores sedat: eadem cum folijs, ulceribus renum & uesicæ in passo datur. Ferunt treis radices cum tribus uini cyathis, & pari aquæ modo, tertianis auxiliari: & quatuor, quartanis. Sunt qui radicis gestamine, discutiendis strumis utantur.

Est Plantago latifolia, quam vulgus herbariorũ maiorem vocat. Est angustifolia, quæ minor. Tertia Latifoliæ similis, præterquam quod folijs constat longe minoribus & leuiter hirsutis. Plantago mixto conflata est temperamento: aqueum enim quiddam, et frigidum, atque adeò austerum obtinet. Quandoquidem terrestri est, frigida, & sicca substantia, ob idque infrigidantis & desiccantis naturæ ordinem tertium vsurpat. Porrò quæ vna infrigidant & astringunt, vlceribus malignis, dysenteriæ, & omnigenis vlceribus & fistulis prosunt. Et in eo principem locum tenet Plantago. Nam è sui temperamenti proportione, desiccans, non mordicat: infrigidans, non stupefacit.

Lauer, seu Sium.

CAP. CXX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σίον. Lat. Lauer. Ita. Sio.

Gal. Berle.

Sion

SIon in aquis inuenitur, frutice pingui, recto, folijs latis, Olu satro similibus, sed minoribus, & odoratis. Quæ cruda coctaq́, esu calculos rumpunt, atque excernunt: urinas cient, menses & partus extrahunt: dysentericis in cibo auxiliatur. De Sio Crateuas tradit, herbam esse fruticis specie, pauca folia ferentem rotunda, maiora quã Menthæ, nigra, & ad Erucã accedentia.

NAscitur Sium fontibus æstate frigidis, hyeme calidis: Plinio, Sium Apij est similitudine, glareosis & perennibus riuis prouenit, coquiturque vt Olus atrum magna vesicæ vtilitate. Cressionis herbæ (ita vulgo vocatæ) folium, cum primum emicat rotundum, & simul atque adoleuit in Erucæ folium laciniatum, quod ab Apij folio dißidet, satis indicat, Sium Creßionem non esse. Sium Galeno quatenus nonnihil aromatis gustui resipit, eatenus excalfaciendi naturam sortitur. Discutit autem, vrinam ciet, renum calculos terit, remoratos menses pellit.


Sium.


Sysimbrium.

CAP. CXXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σισύμβρωυ. Lat. Sisymbrion. Ita. Menta Romana Gal. Mente aquatique. Offi. Menta rubea.

SIsymbrium, alij Serpyllum syluestre uocant, in solo inculto nascitur, Menthæ hortensis similitudine, odoratius, latiore


* Sisymbrium

tiore folio. Inseritur coronis: calfaciendi uim habet. Contra stillicidia urinæ, calculosq́ semen ex uino bibitur: tormina & singultus sedat. Folia in capitis dolore, fronti aut tẽporibus illinuntur. Item contra uesparum apiumq́ ictus: uomitiones potu cohibet. Alterum Sisymbrij genus, quòd aliqui Cardaminam, alij Sion appellãt: ea herba riguis gaudet, & eisdem in locis, quibus Sion, prouenit. quæ ideo nonnullis Cardamina nominatur, quod gustu Cardamũ, id est, Nasturtium, repræsentet. Folia primùm rotunda prodeunt, adulta Erucæ modo finduntur. Id excalfacit, urinas mouet, crudum estur, purgat lentigines, cutisq́ uitiat in facie, noctibus impositum, matutinisque detractum.

SIsymbrium hortense Matthiolo, Balsamita est officinarum, & ea quam Mentham Romanam vocant, tum quòd delineationes respondeant, tum quòd facillimè non artificio exculta in Mentham degeneret: Atque adeò Dioscoridis Sisymbriũ quod in incultis nasci prodidit, & hortense Sisymbrium vnam & eandem esse, plantam. Et perindè Dioscoridis Sisymbrium, non eum esse quem pingit Theophrastus. Nam si vna res essent: degenerante, non exculto Sisymbrio, in campestribus, non aliter quàm in Mentham permutatum, repperiretur, cum eo loci nullus sit qui colat. Sisymbriumq; aquaticũ non aliud esse à Cressione vulgari, acri sapore, qui simul cum Sio in aquis nascatur, folijs primum rotundis, & deindè in Erucæ formam laciniatis, parúmque & sapore & odore à nasturtio dissentiat. Id à Plinij opinione non discrepat.

Sisymbrium tertij est inter desiccantia & excalfacientia ordinis, idque in singultu & torminibus bibendum præbetur cum vino. Nasturcinum, nempe quod Nasturcium referat, calidum est & siccum tertio ordine, & viride etiam secundum non excedit.

Crithmum. CAP. CXXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. κρίθμον. *Lat. Crithmum. Ita. Finocchio marino.* Gal. Fenoil marin. *Off. Creta marina.*

Crithmum, seu potius, ut aliqui, Crithamon, fruticosa & undique foliosa herbula est, cubiti altitudinẽ ferè petens. Nascitur in maritimis, & petrosis: folijs pinguibus, numerosis, albicantibus, ueluti Portulacæ, latioribus & longioribus, salso gustu: flores candidi sunt, & semen, ceu Rorismarini, odoratum, molle, rotundum, quod siccatũ rumpitur, habet intus tritici modo uucleum: radices digiti craßitudine, tres aut quatuor: grati odoris & iucundi. Radix, semen & folia incocta uino, potu urinæ difficultati & regio morbo auxiliantur: menses cient. Estur crudum coctúmue in olere, seruatur etiam in muria.

Crythmon & Latinis Batis, duplex est. Vna marina, quæ fruticosa est herbula, cubitum vnum alta. Nascitur in maritimis, & petrosis. Hæc cretha marina vulgo dicitur. Altera Batis hortensiana quam Plinius Asparagum Gallicum quibusdam dici tradit. hæc ab olitoribus ad quotidianos vsus consita nonnusquam spectatur comprehẽo disse. Vulgus bacillas quasi baticulas ab Italis vocari didicit. Matthiolo apud Italos Finocchio marino nuncupatur. In hortos traducta, Herba di san Pietro. Batis empetron non est, bilem enim aut flegma non discutit, sed nec hydropinorum aquam, quod in Empetro requirit Dioscorides. Batis herba falso gustu, & quadantenus amaro, quandoquidem desiccatoriæ & absterforiæ est facultatis. Hanc tamen depreßiorem habet, quàm aliæ quæ in amararum genus transeunt.

Coron

Coronopus. CAP. CXXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. κορωνόπος. *Lat.* Coronopus. *Ita.* Serpentina. Gal. Corne de Cerf. Ger. Craynnen.



Coronopus.

Coronopus oblonga herbula est, per terram repens, fissis folijs: coquitur in olere: radicem habet tenuem, adstringentem, quæ in cibo cœliacis facit. Prouenit in aggeribus, & locis incultis, & secus uias.

Coronopus, patrum nostrorum memoria, Ranunculi species habita est. Nunc verò cognosci in acetarium olus, & seri cœpit. Herba stella ab Italis nuncupatur. Foliorum figura apud quosdam Cornu ceruini nomen dedit.

Sonchus CAP. CXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. σόγχος. *Lat.* Sonchus. *Ita* Cicerbita. Gal. Laceron. Ger. merkwdueye.

Sonchi duo genera: syluestrior quidam est, & magis spinis horret: alter teneritate quadam mollescit, cibis expetitus, augulosò caule, inani, interdum rubente: folijs in ambitu per interualla dissectis. Vtriusque uis refrigerat, modicè adstrin-



Sonchus aspera.



Sonchus non aspera.

git, unde æstuanti stomacho & inflammationibus illiti prosunt. Succus eorum stomachi rosiones sorbitione mitigat, lac elicit: in uellere appositus, sedis ac uuluæ collectionibus opitulatur. Tam herba quàm radix illita uibratis à scorpione ictibus subuenit. Alter Sonchus tenerior, arboris instar, latis constans folijs: caulem in ramos exeuntem folia distinguunt: sed ad eadem pollet.

Sonchus, Italis acetarium è folijs & radicibus olus, siquidem teneritudo & dulcor gratum gustui præbet.

Seris, siue Intybus. CAP. CXXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. σέρις. *Lat. Seris. Ita. Endiuia.*

Gal. Endiuie. Ger.

Haenkoel.

Seris



Seris syluestris.



Seris satiua.

SEris duum generum est: altera syluestris, quæ Picris & Cichorion uocatur: altera satiua, latioribus folijs constat, stomacho quàm hortensis utilior. Quæ iterum in duas species digeritur, una folio latiore prodit, Lactucarum simillima, altera angustiore est folio, & gustu amara. Vtraque refrigerat, & astringit, stomacho utilissima: aluum sistit cocta, si cum aceto adsumatur. Syluestres stomacho meliores, quandoquidem æstuantem ipsum &, quem imbecillitas uexet, cibo leniunt: cardiacis per se, aut cum polenta, utiliter illinuntur: podagris, & oculorum inflammationibus auxilio sunt. Herba cum radice illita, percussis à scorpione subuenit: igni sacro cum polenta medetur. Succus cum Cerusa & aceto, ualet ad illitus eorum, quæ refrigerationem desiderant.

EST Intybus satiuus, est syluestris. Satiuus nostro etiã tẽpore Endiui adicitur Italis, syluestri præter folia quæ teneriora & latiora sunt similis. Syluestris qui Cichoreum, Picris, Amarago Gase nuncupatur, Cichorea pharmacopolis, floribus est cæruleis, quæ sese in solis sydus circumagunt, qua è re Heliotropij apud quosdam nomen accepit, cum Heliotropium diuersum sit herbæ genus.

Condrilla. CAP. CXXVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. κονδρίλλη. Lat. & Ita. Condrilla.
Gal. Espece de Cichoree.

COndrilla, quam aliqui Cichorion, alij Serin appellant, caulem, flores & folia habet Cichorio similia: qua ex causa nonnulli syluestris Intubi speciem esse pronunciarunt, uerùm tenuior tota est: in cuius ramulis, gummi Mastiches simillimum, tuberculo Fabæ inueniri solet: quod cum Myrrha tritum, & linteo appositum, instar oliuæ, fœminarum menses trahit. Tusa cum radicibus herba, adiecto melle, diuiditur in pastillos, qui Nitro admisti uitiligines emaculant. Gummi inordinatos pilos replicat: quod item tenera radix efficit, si intincta succo acus, pilis admoueatur. Contra uiperas in uino potu proficit. Succus decocta, in uino, aut per sese potus, aluum sistit. Aliud habetur Cõdrillæ genus, folium ferens oblongum, circum rosum, humi sparsum, caulem succo madentem lacteo: radice tenui, rotunda, leui, uegera, flauescente, succosa, Cuius & caulis & folia concoquẽdi uim habent. Succus incommodos palpebrarum pilos reflectit. Nascitur in lætis & cultis.

COndrilla Intybacei generis in solido & gypsoso solo nascens, Cichoreo tenerior & minor, flore in aliquibus cæruleo, in alijs candido. Altera Condrillæ species luteo flore, pinguem & lutosum agrum, & præcipuè hordeaceum campum amat.

Cucurbita.


Cucurbita. CAP. CXXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. κολόκυνθα. *Lat.* Cucurbita. *Ita.* *zucca.* Gal. Courge. *Off. Latinum nomen habent.*



Rotunda.



Longa.

CVcurbita esui apta: cruda, trita illitu tumores, & abscessu mitigat. Ramenta eius infantibus contra capitis ardorem, quam syriasin uocant, in sincipite illinuntur: oculorum inflammationes podagrasq́ refrigerant. Succus è ramentis tusis per se, aut cum Rosaceo infusus, aurium doloribus auxiliatur: adustiones cutis in ardenti febre illitu adiuuat: totius feruefactæ & expressæ succus, cum melle exiguo & nitro potus, aluum leniter resoluit. Vinum in Cucurbitam recentem excauatam infusum, si mistum sub diuo teneatur, potu aluum leuigabit.

CVcurbitæ semen medicinale est, fructus quãuis multorum sint specierum, tamen vt plurimùm aut longi sunt, aut lati & sessiles. Nascũtur sine semine, quæ perendiè quàm terræ mãdentur, oleo sesamino immaduerint.

Cucumer satiuus. CAP. CXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σίκυς ἥμερ☉. *Lat. Cucumer satiuus. Ital. Cocomero domestico.* Gal. Concombre.




Citrullus. *Cucumis marinus.*

SAtiuus Cucumis aluo & stomacho perquàm utilis habetur, refrigerat, corruptionem non sentit, uesicæ prodest, olfactu reuocat, quos animus liquerit. Semen modicè urinam mouet: cum lacte aut passo, uesicæ exulcerationibus subuenit. Illita

cum



Cucumis ſatiuus.



Pepo.

cum uino folia, morſus canum ſanant, & epinyctidas, cum melle. Peponis caro in cibis, urinam cit, Inflammationes oculorum illita ſedat. Ramenta eius contra aduſtionem infantium, quam ſyriaſin uocant, ſincipiti imponuntur: fronti admota, oculorum fluxiones auertunt. Succus cum ſemine, adiecta farina, ſiccatus in ſole cogitur in ſmegmata, quæ faciem repurgant, & nitorem afferunt. Radix ſicca, & ex hydromelite pota drachmæ pondere, uomitionem mouet. Si quiſquam moderatè ſecundum cœnā uomere cupiat, geminis obolis ſit contentus. Sanat quoque illita cum melle ulcera concreta in modum faui, quæ ceria uocant.

Peponis nomine Græci & Cucumeres & Mellones & Citrios intelligunt. Eſt Italis Auguria Cucumeris genus, antiquis Græcis (ut Matthiolus putat) incognitum.


Lactucæ. CAP. CXXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. θρίδαξ ἥμερος. *Lat. Lactuca satiua. Off. Itidem.*
Ita. Lattuga domestica. Gal. Laictue.



Crispa.



Capitata.

L*Actucæ satiuæ, quibus natura refrigeratrix inest, stomacho gratæ habentur, somnum conciliant, aluum emolliũt, lac euocant: uerùm decoctæ magis alunt, stomachicis illotas esse prodest. Epotum semen, aßiduas libidinum imaginationes in somno compescit, & ueneri refragatur. Ipsæ uerò frequentiores in cibo, claritati oculorum officiunt: inflammationibus & igni bus sacris opitulantur, muria condiuntur. Cùm in caulem exierunt*

runt, uim quandam nanciſcuntur, ſucco aut lacti ſyluestris Lactucæ ſimilem.

Lactuca ſyluestris. CAP. CXXX.

NOMENCLATVRA.

Græ. θριδαξ ἀγρία. *Lat.* Lactuca ſyluestris. *Ita.* Lattuga ſaluatica. Gal. Laictue ſauuage. *Off.* Endiuia.



Syluestris.

Syluestris Lactuca ſatiuæ ſimilis eſt, ſed lõgior caulis, & candidiora folia, graciliora, & aſperiora: amaro guſtu eſt, & uiribus aliquantum Papaueri ſimilis, unde lacteum eius ſuccum aliqui Meconio permiſcuerunt. Aquam per aluum elicit, potus in aceto mulſo ſuccus ad duos obolos argema caliginemq́ repurgat. Cõtra aduſtiones efficaciter illinitur cum lacte mulierum. In ſumma ſomnum allicit, doloris leuamentũ præſtat, menſes trahit, contra ſcorpionum & phalangiorum ictus bibitur. Semen, non aliter quàm ſatiuæ, libidinum imaginationes in ſomno amolitur, ac uenerem arcet. Succus ad eadem ualet, ſed uiribus infirmior. Reponitur in fictili nouo lac eius, antea, ut in alijs liquaminibus moris eſt, inſolatum.


Eſt

Est satiua, est syluestris Lactuca, quæ Serriola siue Scariola Italis, quod folij pars exterior, serræ in morem, aspera sit. In totum, sola teneritudine, læuore, & candore distant.

Gingidium. CAP. CXXXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. γιγγίδιον. Lat. Gingidium. Ita. Gingidio. Gal. & Off. Cerefolium, sed falso.



* Gingidium.

Gingidium, aliqui Lepidion, in Syria & Cilicia plerunque nascitur: herbula syluestri Pastinacæ similis, tenuior, & amarior: radice parua, candicante, subamara. Olus hoc crudum, coctum, condiúmue estur magna stomachi utilitate, urinã cit. Decoctum ex uino potũ uesicæ prodest.

Cerefolium in Italiæ hortis nascens, non est Gingidium, non enim gustatum amaritudinem gustui repræsentat, at acrimoniam potius, & aromaticum odorem. Ciciliæ & Syriæ peculiaris hæc herba est, nec ita pridem ijs è locis cœpit adferri. Hoc quibusdam Carui de Syria dicitur.

Scandix. CAP. CXXXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σκάνδιξ. *Lat.* Scandix. *Ita.* Scandice. Gal. non perinde nota. Off. Dauci genus, ſed falſo. Ger. Wild moron.



* Scandix.

Scandix, ſylueſtre olus eſt amarum, ſubacre, quod crudum coctúmue mãditur, ſtomacho & uentri utile. Decoctum in potu, ueſicæ, renibus, & iecinori confert.

Scandix Galeno, ſapore eſt amaro, & aliquantum acris, vt in fine ſit ſecundi excalfacientium & deſiccantium ordinis, aut in tertij principio. At cum talis non ſit, quæ pro Scandice profertur, ſequitur Scandicem non eſſe geminam.

Caucalis. CAP. CXXXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. καυκαλίς. *Lat.* Caucalis. *Ita.* Petroſello ſaluatico. *Off.* Pimpinella hirſuta. Gal. Perſil ſauuage.



Caucalis.

Caucalis, quā alij Syl uestre Daucum uocāt, cauliculo est dodrantali, aut maiore, subhirsuto: folijs Apio similibus, Fœniculi modo per extrema multifidis, hispi disq́, candida in cacumine umbella, suauiter olēte. Crudum coctúmue olus estur, urinam mouet.

Frequens apud Thuscos Caucalis, nihilum absimilis ab ea quàm pingit Dioscorides. Hanc vernacula dictione, Petrosello saluatico nominant, quod adiacentia terræ folia multum ad Apium hortens., Petroselinum, accedat, æditioribus cunctis fœniculi modo incisis. Flos albus & odoratus non alius, quàm Dauco.

Eruca. CAP. CXXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. εὔζωμον. *Lat. Eruca. Ita. Ruchetta.*
Gal. Roquette.

Cruda Eruca uenerem largiore cibo concitat. Semen eodē effectu prodest: urinam cit, concoctioni prodest, aluo perquàm commodata. Semine ad condimenta utuntur, quod, ut in longum tempus asseruetur, adiecto lacte aut aceto, digerunt in pastillos. Gignitur etiamnum syluestris Eruca, maxime in Iberia,



Satiua.



Syluestris.

Iberia, quæ occidentem spectat, cuius semine pro Sinapi incolæ utuntur. Vrinam uehementius pellit, multò satiua acrior.

E Ruca acetarijs Italicis, & satiua & syluestris omnibus notissima. Medicinalem eius vsum abundè docet Dioscorides.

Ocimum. CAP. CXXXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὤκιμον. *Lat.* Ocimum. *Ita.* *Basilico.*
Gal. Basilic.

O Cimum uulgo cognitum. Id copiosiore cibo oculorum aciem hebetat, aluum mollit, spiritũ mouet, urinã pellit, lac euocat, ægrè tamen conficitur. Illitũ cũ polline polentæ, ace-

to



Ocimum mediocre.



Ocimum maius.

to & Rosaceo, pulmonum inflammationibus auxilio est. Draconis marini & scorpionis ictibus per se prodest: & cum uino Chio oculorum doloribus. Succus uisus caliginem abstergit. Destillationes exiccat. Semen potum conuenit atram bilem gignentibus, difficili urinæ, inflatisq́; naribus haustum, subinde mouet sternutamenta: quod idem herba efficit: sed oculos premi necessum est, cùm sternutamentum urget. Sunt qui in cibis abdicandum censeant, quandoquidem manducatum, & in sole positum, uermiculos creat. Aphri autem adijciunt, si feriantur à scorpione, qui Ocimum ederint, nullo conflictari dolore.

Est Ocimũ, siue Ozimũ, pro ratione foliorũ, maius & minus, et sub Basilici nomine, satis cognitũ. Herba stomacho inimica, ideò in cibis dãnatur, cõuenientius quo maturet, & discutiat, exterius applicabitur.

Siqui-

Siquidem in secundo est excalfacientium ordine, & superfluam, in se continet humiditatem.

Orobanche. CAP. CXXXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὀροβάγχη. *Lat. & Ita. Orobanche.*
Gal. Tigne.



* Orobanche.

Orobanche cauliculus est sesquipellalis, & interdum maior, subruber, hirsutus, tener, sine folio, pinguis: flore subalbido, & in luteum uergente: radice digiti craßitudine, & cùm ariditate flaccescit caulis, fistulosa. Hanc inter quædam legumina nasci constat, & ea strangulare, unde Orobanche sibi cognomentum usurpauit. Estur, ut olus, cruda, & in patinis, asparagi modo, decocta. Legumentis addita, coctionem accelerare creditur.

Orobanche, quam quòd Eruum strangulet, Theodorus in Theophrasto, Eruergam nominauit, caulem profert sine folijs, & cymam paulo craßiorem, vt non iniuria Plinio, Cynomorion, quasi simile quiddam genitali canis nominetur.

Barbula hirci. CAP. CXXXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. τραγοπώγων. Lat. Barbula hyrci.
Ita. Barba di becco. Gal. Barbe de Bouc.
Ger. Bocks bart.

B*Arbula hirci, quæ ab alijs Come uocatur, breui est caule: folijs Croci: radice longa, dulci, ſupina magno ſuper caulem calyce, è cuius ſummo ſemen nigrum dependet, unde nomen inditum est. Herba eſui apta est.*

Ornithogalum. CAP. CXXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὀρνιθόγαλον. Lat. Ornithogalum.
Ita. Ornithogalo.
Gal. Churles.

O*Rnithogalum cauliculus est tener, candicans, tenuis, ſeſquipedalis, tribus aut quatuor in cacumine mollibus adnatis: à quibus, flores prodeunt, foris herbacei, & cùm hiantes ſe pandunt, lactei uiſuntur: inter quos diſſectum, cachryos modo, capitulum emicat. Coquitur cum pane, ut Melanthium. Radix bulboſa, cruda & cocta manditur.*

R*Adix Barbæ Hirci acetarijs, quod dulcis fit & guſtu grata, inditur. Ipſa herba folia habet, Croci largiora tamen & longiora, florem luteum. Aqua per alembicum ex ea educta, recentes in carne plagas mirabiliter ad glutinat. Ornithogalum pueris etiam cognitum, quod Churles vocant, nam huius radicem vomere eruptam colligunt, multo caſtaneis ſuauiorem in cibis: cruda & cineribus incocta ruſticis edendo est, vt quæ Tuberibus nihil cedat.*

Tubera. CAP. CXXXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὕδνα. Lat. Tubera. Ita. Tartuffi.
Gal. Trufles. Off. Ceruí boleti.

T*Vbera rotundæ radices ſunt, ſine folijs, flaueſcentes: uere fodiuntur, cruda & cocta eduntur.*

TVbera secreta quapiam vi terræ agglomerantur in cibum: Galeno, humores generant crassos & melãcholicos omni plus alio cibo, atq; adeò paralysim apoplexiam, ægre digeruntur, & grauant stomachum. Nã de terrestri magis, quã de aquea substantia participant.

Smilax hortensis. CAP. CXL.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σμίλαξ κηπαῖα. Lat. Smilax hortensis. Ita. Smilace de gli horti. Gal. Faseoles. Off. Faseoli.

HOrtensis Smilax, frutex, cuius semen à nonnullis Lobia uocatur: folia habet Hederæ, molliora tamen: tenues caules, & capreolos uicinis fructibus circumuolutos, qui tantũ adolescunt, ut topiorias scenas representare uideantur: siliquas Fœnigræci profert, longiores & torosiores. in quibus semina renum similia, sed inæquali colore recluduntur: quæ quadam ex parte fuluescunt. Siliqua cocta cũ semine in oleribus, Asparagi modo, estur. Vrinam ciet, & tumultuosa somnia facit.

SMilacem hortensem iam superius diximus esse Dolichum, eum Italia vocat Fagiuolo Turchescho, nempè qui etiam Phasiolus dicitur, vt differat à Phaseolo.

Medica. CAP. CXLI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μηδική. Lat. & Ita. Medica.
Gal. Foin de bourgoine.
Gal. Medisch kraut.

MEdica cùm recenter prodijt, folijs & caule Trifolio pratensi similis est: procedens uerò folia contrahit, caules ædens Trifolij, & siliquas corniculorum modo intortas, in quibus semen Lentis magnitudine dependet. Id siccatum, iucundi saporis gratia, conditaneo sali admiscetur. Viride, quibus refrigeratione opus est, illitu suffragatur.

Herba tota pro gramine utuntur, qui pecora alunt.

Medica, Persarum bello in è Media in Græciã, & post è Græcia in Italiam translata, in iumentorum olim pabulum serebatur, nunc rara est in Italia: in Gallia, per Ruellium frequens, & à rusticis Trifolium maius appellatur.

Aphaca. CAP. CXLII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αφάκη. *Lat.* Aphaca. *Ita.* l'Aphaca. Gal. Vesse.



* *Aphaca.*

Aphaca in aruis nascitur, altior Lente, tenuibus folijs siliquas Lenticula maiores fert, in quibus terna quaternaue semina nigra, Lente minora, continentur: quæ adstringendi uim habent: quare torrefacta, stomachi aluiq; fluxiones sistunt, si fresa lentis more decoquantur.


Aphace Matthiolo non est vitia, verùm legumen folijs Vitiæ similibus, maioribus tamẽ & crassioribus. Hanc rustici Vitiam syluestrem vocant. Theophrastus inter intybacea genera Aphacen reponit, quæ nihil ad nostram Aphacen.

Porrum capitatum. CAP. CXLIII.


NOMENCLATVRA.

Græ

Græ. πράσον κεφαλωτόν. *Lat. Porrum capitatum.*
Ita. Porro capitato.
Gal. Porreau.



Porrum capitatum.



Porrum ſectiuum.

Capitatum Porrrum inflationem facit, noxium ſuccum creat tumultuoſum ſomnum parit, urinam ciet, aluo accommodatur, extenuat, oculorum aciem hebetat, menſes pellit. ſed lædit exulceratam ueſicam, reneſq́; cum ptiſana uerò coctum, eſu pectoris uitia extrahit: coma eius in aqua maris & aceto cocta, in deſeſsionibus, ad præcluſiones uuluæ & duritias, utilis habetur. Porrum bis aqua mutata coctum, tum frigida maceratum, dulceſcit, & multò minus inflat. Semen acrius est,

& quandam adstrictoriam uim habet. Quare succus cum aceto, addito Thure aut Manna, sanguinis profluuia sistit, maximè si naribus erumpat: uenerem stimulat, contra omnia thoracis uitia tabemq́, pro delinctu efficax est, arteriam esu purgat: sed si aßiduè estur, uisus obscuritatem inducit, stomacho aduersatur. Succus ex melle potus, aut illitus, contra bestiarũ morsus auxilio est. Ipsum quoque cũ aceto aut Thuris polline, lacte, aut Rosaceo, utiliter aurium doloribus, & sonitui instillatur. Varos tollunt folia illita cum uua Rhois, qua ad obsonia utuntur: epinyctidi medẽtur, crustas ex sale illita rumpunt, ueteres sanguinis reiectiones cohibẽt, si binis drachmis, & æquali baccarum Myrti pondere bibantur. Ampeloprasum stomacho magis aduersatur, & plus Porro excalfacit. Vrinam & menses uehementius ciet. Id contra serpentium morsus esse conuenit.

Cepa. CAP. CXLIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κρόμμυον. Lat. Cepa. Ita. Le Cipolle. Gal. Oignons.

CEpa longa acrior est quàm rotunda, item flaua quàm candida, & sicca quàm uiridis, & cruda quàm cocta, aut sale condita. Omnes tamen mordent, flatus gignunt, appetentiam inuitant, sitim mouent, & extenuant, fastidium pariunt, & expurgant, aluo utiles sunt. Eæ detractis purgamentis in oleum coniectæ, hæmorrhoidas, reliquosq́ excreationum exitus reserant, subditæ pro balanis. Succus cum Melle illitus, oculorum hebetudinibus, argemis, nubeculis, & incipientibus suffusionibus auxiliatur, anginæ eodem perunguntur, suppressos menses pellit, caput purgat, naribus infusus, canis morsibus cum aceto, Ruta, & Melle illinitur: cum aceto autem perunctas

in so

in sole uitiligines sanat, & cum pari Spodio, scabras lippitudines sedat, uaros cum sale reprimit: contra calceamentorum attritus, cum gallinaceo adipe utilis est, citæ aluo prodest. In auribus sonitum ac grauitatem emendat: ad purulentas aureis, & eliciendam earundem aquam, ualet: alopeciæ earum succo perfricantur, qui celerius quàm Alcionium pilos euocat. Largiore cibo Cepa capitis dolores ciet, coctaq; uehementius urinã pellit. Eos lethargicos efficit, qui ualetudinibus aduersis, ea etiam cocta, plus æquo uescantur, elixa, & cum passis uuis & Fico illita, tubercula concoquit, & celerrimè rumpit.

Allium. CAP. CXLV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σκόροδον. Lat. Allium. Ita. Aglio. Gal. Ail.

Allium quoddam satiuum atque hortense habetur, quod in Aegypto, singulari, ut Porrum, capite constat, dulce, in purpureum uergens, paruum: reliqua uerò magna & candida, ex pluribus coagmentatur nucleis, quos aglitas, id est, spicas, Græci nominant. Aliud est syluestre, quod Ophioscorodon, id est, Anguinum, uocant. Vis Allij acris est, excalfacit, mordet, excernit, aluum turbat, inflationes facit, stomachum exiccat, sitim gignit, flatum permouet, summam corporis cutem exulcerat, aciem oculorum esu hebetat. Eosdem effectus præbet Anguinum, quod & Elaphoboscorodon dicitur, latas uentris tineas in cibo sumptum abigit, urinas detrahit, contra uiperatum ictus, & priuatim hæmorrhoi, prodest, ita ut non aliud magis, si cum uino iugiter assumatur, aut tritũ in eodem ebibatur: cõtra rabiosorũ morsus & illitu & cibo ualet: magnæ &



Allium hortense.



Syluestre.

Allio utilitates contra aquarum murationes, uocem clarificat, ueterem tußim crudum coctúmue lenit, potum autem cum Origani decocto, pediculos & lendes enecat. Cremati cinis illitus sugillationibus cum melle, & alopecijs cum Nardino unguine, medetur: eruptiones papularum cum oleo & sale sanat, uitiligines, lichenas, lentigines, ulcera capitis manantia, lepras, & furfures, cum melle eximit. Cum Thure & Teda decoctum, dentium dolorem leuat, si in ore contineatur. Contra uenenatos muris aranei morsus, cum ficulneis frondibus & Cumino illinitur. Feruefactæ comæ ius, fœminarum deseßionibus additum, menses & secundas partus extrahit. Alliũ eiusdem gratia suffitur. Factum ex eo & nigra oliua intritum, quod Myt-

toto





Syluestre. *Vrsinum.*

toton uocant, esu cit urinam, ora uenarum patefacit, hydropicis utile. Scorodoprasum magnitudine Porrum æquat, qualitatum Porri & Allij particeps: unde promiscuas sibi uires ex utroque uendicauit, effectus Allij & Porri præbens, inefficacius tamen. Coctum, porri modo, dulcescit, & in olerum uicem transit.

Porrum & eius species omnibus notæ, nam sub eodem genere continētur, Vlpicum, Scorodoprasum, Ampeloprasum, Alliū, Ophioscorodon, Porrum, Gæthyum, & similia, Ampeloprasum copiosè in vineis prouenit, vnde & nomen accepit. Cepa nota est. Non ignotum est Allium domesticum. Syluestre spicā non habet, minor est domestico, cæterū sapore & odore simili, astrictis folijs, caule subtili, è cuius cyma flos rubens, vnde nigrum semen prosilit. Scorodoprason nō est Scordium (nam

id sui generis herba est) at illud ex Allio & Porro latifolio, sic arte & cultura prodijt: Siquidem figura & temperamento inter vtrũque medium est.

Sinapi. CAP. CXLVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σίνηπι. *Lat. Sinapi. Ita. Senape.*
Gal. Seneue.



Sinapi.

Sinapi hortense, aliqui Napi uocant. Eligi debet adultum, ualde rufum, non magnopere siccum, sed quod fractum internè uirescat, & ueluti quodam succo madeat, cæsium colore: siquidẽ recens id genus, tempestiuũ habetur. Ad calfaciendum, extenuandum, extrahendum, efficax est: ad eliciendam capitis pituitam manditur. Contra præduros tonsillarum tumores, ac ueterem callosamq; arteriæ scabritiem, succus ex aqua & Melle conuenienter gargarizatur: sternutamẽta ciet, tritum & naribus admotum: comitialibus quoque auxiliatur: fœminas uuluæ strangulatu oppressas excitat. Lethargicis, deraso capite, illinitur, cum ficis admistum, donec rubescat locus: & ad coxendicum cruciatus impositum, ad lienes, & omne

genus,

genus dolores confert, cùm permutandæ ualetudinis causa, ex alto uitia extrahenda sunt. Alopecijs illitum medetur, faciem purgat, sugillata cum Melle, adipe aut cerato rapit: feræ impetigines & lepræ, eo cum aceto perunguntur. Contra febrium circuitus aridum bibitur, aut potui, polentæ modo, inspargitur: extrahentibus emplastris, scabiemq; extenuantibus, utiliter admisceri solet. Tritum, grauitati aurium & sonitui, cum fico impositum prodest. Succus ad hebetudines oculorum, & genarũ scabritias magna utilitate illinitur. Expressus recenti semine succus, in sole siccatur.

SInapi Plinio, trium est generum. Vnum gracile, alterum Rapitiarũ formam exprimit, tertium in Erucæ folium laciniatur. Est Gallis Sanella vel Senella: est Mustarda blancha & nigra. Quod Erucæ folium refert, musto quod nondum ebullierit inditum, dulcedinem in longum tempus prorogat.

Nasturtium. CAP. CXLVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κάρδαμον. Lat. Nasturtium. Ita. Agretto. Gal. Cresson de iardin. Off. Latino nomine vtuntur.

NAsturtium optimum constat esse Babylonicum. Omniũ semen est acre, excalfacit, stomacho aduersatur, aluum turbat, tineas excutit, lienem imminuit, partus exanimat, menses cit, uenerem stimulat, Sinapis & Erucæ simile intelligitur. Lepras & impetigines absterget. Illitum cum melle, lienẽ extenuat, fauos expurgat, pulmonum uitia extrahit, sorbitionibus incoctum. Serpentium uenenis potum resistit, atque eas suffitu fugat: capillorum defluuia cohibet: carbunculos ad suppurationem perducit, & rumpit: coxendicibus cum polenta com



Nasturtium hortense.



Syluestre.

cōmode ex aceto illinitur, tumores collectionesq; discutit, emittit furunculos, illitum cum muria. Herbæ ad omnia eadem effectus, licet minor.

NAsturtium Creßio hortensianus seu mauis Alenoyssus satis cognitus, medicinæ patent è Dioscoride, Galeno, & Plinio.

Thlaspi. CAP. CXLVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Θλάσπι. Lat. Thlaspi. Ita. Haud aliter. Gal. Rasle. Off. incognita.

THlaspi, herbula angustis folijs, digitali longitudine, in terram uersis, subpinguibus, in cacumine diuisis: binum dodran



* *Latifolium.* *Augustifolium.*

drantum cauliculo, tenui, non sine adnascentiibus ramis: fructu circa ipsum totum, ab extremo in latius se pendãte: semine Nasturtij incluso, lenticulæ uasis effigie, nisi quòd infringitur unde nomen accepit: flos albicat. Nascitur in semitis, & sepibus, fossisq́ꝫ. Semen asperi gustus, excalfaciẽs: bilem utrinque extrahit: potum acetabuli mensura: prodest ischiadicis, infusum, sanguinem potu educit: internãs suppurationes rumpit: menses ciet: sed partus enecat. Alterum Thlaspi tradit Crateuas, quod aliqui Persicon Sinapi uocãt, latis folijs, radicibus magnis, utile ischiadicorum infusioni.

QVi Thlaspi Bursam pastoris existimant perperam iudicasse conuincuntur, tum foliorum habitu, tum gustato semine, & eius animaduersa figura. Hanc herbarij Nasturtium tectorum, & vulgus, Sinapi rusticum vocant.

Dra

Draba. CAP. CXLIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Δράβη. *Lat. Draba. Ita. Draba.*
Gal. Draue. Off. & Ger. incognita.

DRaba herba ad cubiti altitudinem assurgit, tenues spargens ramos, & ex utroque latere folia ceu Lepidij, sed molliora, & candidiora: in cacumine uerò Sambuci umbellam gerit, candidos flores habentem. Herba hæc cùm ptisana coquitur, in Cappadocia maximè. Semen aridum pro Pipere obsonijs admiscetur.

SErapium, Araba, Orientale facit Nasturtium, *acris saporis semine, quod non reperiens in planta quam in valle Ananiæ legit Matthiolus similem Araba, vt ipse de illa dubitat, sit necne vera Dioscoridis Araba, ita incertos nos esse cogit, vtrum nascatur in* Gallijs, *vt Ruellius existimat.*

Irio. CAP. CL.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ερύσιμον. *Lat. Irio. Ita. Irione.*
Gal. Tortelle. Off. & Ger. proprium nomen non habet.

ERysimon, Latini Irionem uocant, iuxta urbes, rudera, hortosq; nascitur, folijs Erucæ sylvestris: cauliculis in lori modum lentis & obsequiosis: floribus luteis, siliquis in cacumine gracilibus, ut Fœnogreco, corniculatis: semine Nasturtij, exiguo, urentis gustus. Contra thoracis fluxiones efficax est, & si purulenta extußiuntur: regio morbo & coxendicibus prodest: cōtra uenena in delinctu cum melle datur. Illinitur ex aqua aut melle utiliter cæcis carcinomatis, parotidibus, durities mammarum, & testium inflammationibus: in totum extenuat, & calfacit. Mitius multò ad clysteres fiet: si aqua madescat atq; torreatur, uel linteo illigatum pinsita farina oblitum perassetur.

IRio Theophrasto frumenti est genus, Sesamo simile. Plinius huic opinioni accedit 7. & 10. cap. lib. 28. Et 25. capite. 22. lib. ab historia Discoridis describit. Nec aliter facit Galenus qui libro de facultate simplicium 6. inter acres herbas vt Nasturtium & Sinapi connumerat. Et de alimentorum facultate primo, huic locum assignat inter frumenta. Attamẽ frumẽtarius, non ea est herba, quam Itali Formentone nuncunpant, non enim respondet Plinij in Erysimo descriptioni, quod formentone, rubente sit caule, non folijs: & cum eo non multum animalium genus pascatur, clarum est nihilum Sisamum referre. Matthiolus Irionem herbam, siquidem apud Italos nascatur, eam esse putat quæ in locis & vijs publicis nascitur, Erucæ folijs, floribus paruis & luteis, siliquis in cacumine gracilibus, duris, & corniculatis, in queis semen acris saporis.

Piper. CAP. CLI.

NOMENCLATVRA.

Gr. πέπερι. Lat. Piper. Ital. Pepe. Gal. Poyure. Off. Latinum nomen retentum est.

PIper in India nasci, breui arbore traditur: quæ inter initia, prælongum fructum, ueluti siliquam promit, quod longũ Piper est: habet intus aliquid tenui Milio simile, quod tandem in perfectum Piper euadit: id autem suis temporibus dehiscẽs, pandensq; sese racemos emittit, grana ferentes qualia uidemus: Ea acerba, candidum Piper faciunt, aptum ocularibus remedijs antidotis & medicaminibus, quæ contra uenenata parantur: theriaca uocãt. Longum uero uehementius mordet: & quoniam prius quàm ematurescat decerptũ est, subamarũ relinquitũ antidotis & theriacis medicaminibus expetitũ. Nigrũ uero, ut potè qđ tẽpestiua maturitate collectũ sit, odoratũ esse cõstat candido suauius, acrius, & ori gratius, necnon ad condimenta utilius. Sed candidũ, & adhuc in acerbũ uergens, ante dictis infirmius

firmius est. Eligi oportet grauissimum, plenum, nigrum, sine multis rugis, recens, minimè surfurosum, Inueniuntur etiamnũ in genere nigri semina nutrimento defecta, cassa, inania, minimiq́ ponderis, quod uocant Brasma. Vis omnium excalfacit, urinam ciet, concoquit, extrahit, discutit. absterget caliginem, quæ oculis obseruatur. Piper febrium horroribus circuitu repentibus siue potu, siue illitu, subuenit, serpentium morsibus auxiliatur, partus extrahit, conceptum adimere creditur, statim à concubitu suppositum: tussi, omnibusq́ pectoris uitijs: siue eclegmate, siue potu, succurrit, anginæ eo & melle conuenienter perunguntur. Potum cum recentibus Lauri folijs, tormina discutit: cũ uua passa manducatum pituitam à capite elicit, ualetudinem tuetur, dolores finit, appetentiam mouet: concoctionem adiuuat, ad intinctus esculentorum additum: strumas cum pice discutit, uitiligines ex nitro emaculat. Fictili nouo, ut Lenticula, motum torretur. Non est huius arboris radix Gingiber, ut aliqui existimauere, sicuti paulò pòst ostendemus. Nanque Piperis radix Costo similis est, ora gustantium accendit, saliuam ciet: hæc lienem reprimit, cum aceto illita, aut pota: caput etiam purgat, manducata cum semine Pedicularis herbæ, quàm Staphidem agriam uocant.

QVi mare Athlanticum, Orie͂tem, & Meridianum enauigarunt, planas nobis reddidere fruticũ Piperis effigies. Vnum, albæ viti quæ sepibus prorepit similem, racemoso fructu, primum viridi, & vt in ligustro coaceruato. Hoc rotundum, quod nigrũ, & album est Piper. colligũtur, expansis sub sole palmeis tegetibus, baccæ, antequam plane nigrescant, inibi relictæ donec solis æstu corrugentur. Alterum, qui cõpactiles callos racematim coeuntes producat, pari cum nucis ponticæ iulo forma. Sunt Neapoli Piperis frutices, sunt in alijs Italiæ locis. Est & in eadem regione frutex qui Piper racematim ferat, similis plantæ quam vulgus Ribes putat, nempe Venetijs in horto Maphæi à Maphæo Medici clarissimi, fructu Piperis & odorem & saporem exprimente.

Gin

Gingiberis CAP. CLII.

NOMENCLATVRA.

Græ. γιγγίβερις. *Lat.* Gingiber. *Ita.* Gengeuo. Gal. Gingenbre.

GIngiberis sui generis planta est, in Troglodytica Arabia magna ex parte nascens: qua uirente, ad multa, perinde atque nos Ruta, utuntur, & primis potibus & edulijs admiscent. Huius radices, Cyperi modo, paruæ sunt, candicantes, & odoratæ, atque Piper sapore imitantur. Eligi debent quæ teredines non nouerunt. A multis tamen ob id condiuntur, quòd celeriter cariem sentiant. Fictilibus in Italiam asportantur. Gingiberis cibo conueniens est, & cuius condimento assumitur. Excalfactoriam uim & excoquentem habet: aluum leniter emollit, stomacho utilis est: efficax aduersus ea, quæ oculis caliginem offundunt. In antidota addi solet. In summa, Piperis uiribus respõdet.

GIngiber radix est gramini in totum adsimilis, geniculatis serpens internodijs, è quibus nouas subinde radices, & ex acumine disper git. Arundinacea folia bis tèr ve in anno progerminat, exilitate tamen & fastigio breuiori. Ad nos ex Arabia & Aegypto adfertur siccum, & conditum viride. Conditur & siccum Venetijs, & alijs in Italià locis, pretij minoris.

Hydropiper. CAP. CLIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὑδροπέπερι. *Lat.* Hydropiper. *Ita.* Pepe acquatico. Gal. Poyure de riuiere.

HYdropiper apud aquas nascitur, quæ stagnant, aut in pigro lapsu repunt: caulem ædit geniculatum, prædurum, multis alis concauum: folia Menthæ, maiora, molliora, cãdidio-



raq; gustu Piperis, acri, citra tamen ullã odoris gratiam: fructum acrem, in surculis paruis, prope folia racematim cohærentem. Folia cum semine illita, tumores ueteresq; duritias discutiunt, sugillata delent: quæ postquam inaruerunt, tusa pro Pipere in obsonijs admiscentur. Radix parua, nullius in medicina momenti.

* *Hydropiper.*

HYdropiper Pseudeupatorium non esse his apparet argumentis. Pseudeupatorium folijs est cannabinis, duris, pilosis, gustu amaris, & non ut Piperis acribus: Odore est non uulgari, nulla habet quæ appareant internodia, semen non profert racemosum, ipsúmque amarum est, nõ acre. Hydropiper si uspiam nascatur, illa est Persicariæ species, quæ in alterius discrimen, nigra nota insignitur, Nam folijs est Menthæ, non disparibus notis, quas Hydropiperi aßignat Dioscorides.

Ptarmica CAP. CLIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. πταρμίκη. Lat. Ptarmica. It. Oliuella.
Gal. Herbe a esternuer. Ger.
Nieſʒkrant.

PTarmica frutex est, surculos habens paruos, multos & rotundos, Abrotono non dißimiles: & circa eos folia Oleæ, longa,

longa, multa, & in cacumine capitulum, uti Anthemidis, paruum, rotundum, quod ſuo acri odore ſternutamentum excitat, unde nomen accepit. Folia cum floribus illita, ſugillationes rapiunt. Flores ſternutamenta efficaciſsimè monent. Naſcitur in montibus & petroſis.

EPtarmica, quã Oliuellam Itali vocant ſcopæ fiunt, nec huius apud eos alius eſt vſus. Temperamento eſt calido & ſicco. Viridis calida, ſecundo, & ſicca ordine tertiò.

Radicula, ſeu lanaria herba.

CAP. CLV.



Struthium.

NOMENCLATVRA.

Græ. στρούθιον. *La. Struthium. Ita. Radicetta.*
Gal. Herbe a foulon.
Off. Saponaria. Ger.
Seyffenkraut.

STruthium herba uulgo nota, qua purgandis lanis utuntur, qui eas eluũt. Huius radix eſt acris, urinam ciet, prodeſt tuſsi, iocinoroſis, orthopnœæ ex melle ſumpta, cochlearis mẽſura, aluũ ſoluit. Eadẽ cũ panace et Capparis radice

calculos frangit, & cum urina exturbat, duritiem lienis absumit, menses imposita trahit, partus efficaciter enecat. Cum polenta autem & aceto illita, lepras tollit, tubercula discutit, cum farina hordeacea, & uino decocta. Miscetur & malagmatis, & ocularibus collyrijs, claritatis causa. Sernutamenta mouet, per os purgat, trita cum Melle, & naribus infusa.

HErba Lanaria ob frequentem eius in eluendis Lanis vsum antiquis cognitissima, hoc abolito, & vna eius cognoscendi iudicium decessit. Arabum sectarij Condisi nominant. Matthiolus hanc in Italia nasci non audet affirmare, sed nec è pharmacopolis promi, cum sæpenumero in præscriptiones medicas, quas receptas vocant, addatur. Quinetiam Saponariam non esse: nam hæc folia fert plantaginis læuia: Radicula, oleæ, caulem læuem internodijs distinctum, & non lanuginosum, sapore pene insipido.

Cyclaminus. CAP. CLVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. κυκλάμινος. *Lat. Cyclaminus. It. Pan. porcino.* Gal. Pain de porceau. Ger. Seübrot.

CYclaminus folia habet Hederæ, purpurea, uaria, in quibus suprà infraq; albicant maculæ: caule nudo, quaternos digitos æquante: floribus in eo purpureis, Rosarũ effigie: radice nigra, & aliquantũ lata, ut Rapum uideri possit. Quæ cum hydromelite pota, pituitam aquamq; detrahit: menses potu appositiue ciet. Tradunt, si prægnãs radicem transgrediatur, abortum fieri. Partum appensa accelerat: contra uenena, præsertim leporis marini, ex uino bibitur. Illita contra serpentium ictus, remedio est: immista uino inebriat, regium morbum discutit, tribus drachmis pota, cum passo aut diluto mulso. Sed oportet eum qui ebibit, multis uestibus contectum, loco calido, & à perfrictionibus tuto recumbere, quò facilius exudet: eiecti autem sudores fellei colore inueniuntur. Succus eius ad purgandum caput,

naribus



Cyclaminus.

naribus infunditur, ad deijciẽda quoque alui excrementa, in uellere sedi subijcitur: illito umbilico & imo uentre coxarum tenus, aluum emollit, & abortum efficit: suffusionibus, & retusæ oculorum aciei, oblitus cum melle succus prodest: medicamentis abortum inferentibus admiscetur. Succus cum aceto illitus, prociduam sedem restituit. Exprimitur tusa radice succus, & ad mellis crassitudinem decoquitur. Radix autem purgat, eruptiones papularum reprimit, uulneribus ex aceto per se aut cum Melle medetur: lienem absumit, uitia cutis in facie, & alopecias emendat. Eius decocto luxata, podagras, & capitis ulcuscula, pernionesq; foueri congruum est: ipsaq; in oleo cauetere feruefacta, illito oleo, ulcera ad cicatricem perducit. Cauata radix oleo expletur, & cinere feruenti imponitur, adiecto interdum Tyrrhenicæ ceræ momento, ut strigmenti crassitudinem unguentum contrahat, cum primis utile pernionibus. Radix, Scillæ modo, concisa reponitur. [redacted], [redacted]. Nascitur in umbrosis, maximè sub arboribus.

Altera Cyclaminus. CAP. CLVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κυκλάμινος ἑτέρα. *La. Cyclaminus altera. Ita. Pan porcino minore.* Gal. Seau de nostre dame. Off. Sigillum Mariæ.

EST & altera Cyclaminus, quam Cissanthemon aut Cissophyllon uocant: folijs Hederæ, sed minoribus: geniculatis caulibus, craßisq́ue, circa uicinas arbores, capreolorum modo, se uoluentibus: flore candido, odorato: acinis Hederæ mollibus, lenti gustus, aliquantulum acris: radice superuacua: nascitur in asperis. Huius acini, drachmæ unius pondere poti, cũ uini albi cyathis duobus, quadraginta diebus, linem per urinam & aluum absumunt. Ad orthopnœam bibitur. Reliquias à partu purgat.

CYclaminus quem Panẽ porcinũ vocant, nota & vulgaris est planta, Alterius Cyclamini, vsus, & cognosci desijt. Minorem, Mesue, Panem porcinum, vidit Matthiolus copiosum in valle Anania radice Auellanæ.

Dracunculus. CAP. CLVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. δρακόντιον. *Lat. Dracunculus. Ita. Dragontea.* Gal. Serpentine. Off. Serpentaria.

DRacunculus folio constat Hederaceo, magno, candidis notis insigni: caule recto, bicubitali, uersicolore, maculis resperso purpureis, ita ut anguem planè referat, baculi craßitudine, fructus summo caule racematim cohæret, colore primum herbaceo, & cùm ematuruit, croceo, gustu feruens, mordaxq́ue radice aliquantulum rotunda, bulbosa, Aro non absimili, tenui obducta cortice. Nascitur in sepibus umbrosis. Seminis succus cum oleo instillatus, aurium dolorem mitigat, naribus etiam ex lana



Dracunculi. 1. species. *Dracunculi. 2. species.*

ex lana impositus, polypum absumit: carcinomata illitu sistit: triginta eius grana, si in posca bibantur, abortus inferunt. Odorem aiunt postea quàm flaccidi flores emarcuerunt, conceptus adhuc teneros enecare. Radix excalfacit, orthopnœis, ruptis, uulsis, tussi, destillationibus auxiliatur: humores pectoris excreatu faciles reddit, siue cocta tostaq́ cum melle, aut per sese edatur, siue farina eius ex melle delingatur: urinam pellit, uenerem excitat, cum uino pota: phagedænas ulcerum, & quæ cacoëthe uocantur, trita cum melle & Bryonia alba expurgat, & ad cicatricem perducit. Collyria ex ipsa ad fistulas & eijciendos partus fieri solent. Qui radice suas manus perfruicuerunt, à uiperis feriri negantur. Illita ex aceto, uitiligines emaculat.

Folia recentibus uulneribus lignamentorum uice, conuenienter imponuntur. Decocta in uino pernionibus apposuisse prodest. Caseus folijs inuolutus, à putredine defenditur. Succus radicis ad nubeculas, albugines, & oculorum caligines, conuenit. Radix cruda coctáue, ad sanorum usus pro olere recipitur. Id Gymnesiis insulis, quæ Baleares uocantur, coctā radicem cum melle multo, in conuiuijs placentarum loco offerūt. Radix mensibus effoditur, lotaq́; frustatim cōciditur: ligno traiecta siccatur in umbra, & ita reconditur.

MAior & Minor Dracunculus sedulis & peritis herbæ notæ sunt, ambásque species vidit Matthiolus. Enimuero Bistorta, Dracunculus esse non potest, cum hæc frigido, illa calido constat temperamento.

Arum. CAP. CLIX.

NOMENCLATVRA.



Arum.

Gr. Ἄρον. Lat. Arum. Ital. Gigaro. Gal. Vidde Chiē. Off. Pes Vituli. Ger. Pfaffenpindt.

ARon, apud Syros Lupha uocitatum, folia emittit Dracunculi, sed longiora, & paucioribus distincta maculis: caulem subpurpureum, dodrantalem, pistilli specie, è quo croceum semē exit, radice Dracūculi alba, quæ decocta estur, ut potè cùm minus acris sit. Folia ad esum condiuntur, & arida per se decocta, manduntur

Radix

Radix, semen & folia, Dracunculi uires habent. Priuatim radix ex fimo bubulo podagris illinitur, & Dracunculi more reponitur. In totum, ob mitiorem eius acrmoniam, in cibum expetitur.

Arisarum. CAP. CLX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἀρίσαρον. Lat. Arisarum. Ital. Arisaro. Herba non perinde nota Gal. Offic. & Ger.

Arisarum exigua herbula est, cuius radix oleæ magnitudinem implet, longè maioris quàm Aro acrimoniæ: unde illitu nomas sistit. Fiunt collyria ex ea, ad fistulas efficacia. Illitu radicis, genitale animalis cuiuscunque in perniciem agitur.

Fit ex Aro nota planta mulieribus aqua & lexiuium magni æstimanda, queis erugatam & candidam faciem reddant. Siquidem mixtio quam Italæ Gersa vocant, mirum in modum carni splendorem & candorẽ conciliat. Arisaron Matthiolo ostendit Venetijs Franciscus Pati pharmacopola. Et Aluigus Romanus herbarius hoc in negotio peritissimus, huic sæpius affirmauit se in confinibus Romæ copiosum Arisaron reperisse.

Hastula regia. CAP. CLXI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἀσφόδελος. Lat. Hastula regia. Ital. Amphodillo. Gal. Aphrodiles. Officin. Aphrodili.

Hastula regia uulgaris notitiæ est, folijs maioris Porri: caule læui, ferente in cucumine florem, quem anthericon appellant: radices subiacẽt oblongæ, rotundæ, glandibus similes, gustu acres, quæ excalfaciunt. Vrinas & menses epotæ ciunt, lateris doloribus, ruptis, conuulsis & tussibus, drachmæ pondere potæ ex uino, medentur. Ea uerò uomitiones adiuuat, ludicri tali magnitudine commanducata: à serpente demorsis datur aptissimè

ſimè, uerùm trium drachmarum pondere, folijs, floribus & radice ex uino, morſus illinire oportet. Item ulcera ſordida & depaſcentia, mammarum quoque & teſtium inflammationes, tubercula, furunculosq́ue decoctis in fæce uini bulbis: recentibus inflãmationibus ex polenta auxiliatur. Radicis ſuccus adiecto uetere uino dulci, Myrrha & Croco decoquitur, fitq́ue perquàm utile oculis medicamentum: ad purulentas aureis per ſe, cum Thure, melle, uino & Myrrha tritus, prodeſt: in contrariam aurem infuſus, dentium dolorem mitigat. Cinis è radice illitus, alopecias ad pilum reducit. Oleum in excauatis radicibus igni decoctum illitu exulceratis, pernionibus, & ambuſtis igni, conducit: ſurditati, inſtillatum in aurem, auxiliatur. Candidam uitiliginem, linteo antea præfrictam in ſole, illita radix emendat. Semen floresq́ue in uino poti, ſcolopendræ & ſcorpionum uenenis mirum in modum reſiſtunt: aluum purgant.

Vulgaris Italiæ Aſphodelus, & numeroſa radice, Lilium conuallium ſeu Græcorum Hemerocallis non eſt, cum Aſphodelus Pæoniæ ſit radicibus, & Hemerocallis Lilij, quæ nullam cum Pæonia aſſinitatẽ habent.

Bulbus eſculentus.

CAP. CLXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. βολβὸς ἐδώδιμος. Lat. Bulbus eſculentus. Ita. Bulbo che ſi mangia. Gal. Eſchalotte.

Eſculentus Bulbus uulgo cognitus, à nobis eſtur, ſtomacho & aluo utilis, rufus, qui & ex Aphrica defertur: amarus uerò & Scillinus, ſtomacho aptior eſt, & concoctionem adiuuat. Bulbi omnes acrimoniam habent, excalfaciunt, uenerem ſtimulant, linguam tonſillasq́ue exaſperant, multum alimẽti præbent,



Bulbus esculentus.

bent, carnes creant, inflationem pariunt, luxatis, fractis, articulorum doloribus efficaciter illinuntur, spicula extrahunt, gangrænas & podagras ex melle aut per sese, hydropicorum tumores, & canum morsus cum melle et piperis polline illiti cohibent, sudores compescunt, stomachi dolores mitigant, furfures & ulcera, quæ in capite manãt, cum tosto Nitro abstergũt: sugillata uarosq; per se aut ex oui luteo, & lentigines cum melle uel aceto, emendant: fractis auriculis unguibusq;, ex polenta medentur. Iidem calidis cineribus torrefacti, tollunt ficus: item cum cinere è mænarum capitibus, impositi. Cremati uerò & cum Alcyonio misti, uitia cutis in facie, atrasq; cicatrices in sole illiti, emaculant. Faciunt ad rupta, si cũ aceto cocti edantur. Sed copiosiore eorum cibo abstinendum, quoniam neruos tentant.

Bulbus vomitorius.

CAP. CLXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. βόλβος ἐμέτικος. *Lat. Bulbus vomitorius.*
Ita. Bulbo che fa uomitare.

Bul

Bulbus quem uomitorium uocāt, folia habet lentiora multò & longiora, quàm Bulbus esculentus: radicem similem, cortice nigro. Ea radix mansa, aut decoctum eius potum, uesicæ malis medetur: uomitiones mouet.

Quemadmodum qui edendo est Bulbus, & Vomitorius Dioscoridi & ueteribus fuere cognitissimi, æquè hodie recentibus medicis & quotquot rem herbariam tractant, sunt ignotissimi.

Scilla. CAP. CLXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σκίλλα. Lat. Scilla. Ita. & Off. Squilla.
Gal. Oignon marin.



Scilla.

Scilla uim acrem atque feruentem habet, assatum ad multa utiliorem esse constat. Polline ad crustam subacto, aut luto oblita, in clibanum conijcitur, aut carbonibus obruitur, donec obducens crusta sufficienter intosta fuerit: qua exempta, si nō emollescat, altero polline simili, aut luto circumlinitur, & eadem quæ prius, fiunt: nam quæ ita non assatur, interaneis maximè noxia est. Torretur item in olla, indito operculo, quæ in furnum demittatur. Sumi etiam solet, quod maximè est medium, direptis uiuotenus tunicis: quod frustatim confectum coquitur, mutata sæpius aqua, donec ipsa nec

amari

amaritudinem, nec acrimoniam habeat, traiectaq; lino frusta siccantur in umbra, ita ut ne ulla quidem parte se contingant. His Scillæ segminibus ad oleum, uinum, aut acetum scillinum utimur. Ad rimas pedum, interna pars crudæ Scillæ in oleo feruefacta, aut cum resina liquefacta, imponitur. Decocta in aceto demorsis à uipera cataplasma est: ad singulas assæ parteis, adiectis octonis tosti salis: cochlear unum aut alterum damus ieiunis, ad emolliendam aluum. In potu autem & odoratis medicaminibus, & quibus urinam ciere uolumus, hydropicisq; & stomachicis, quibus innatat cibus, regio morbo, torminibus, in tussi ueтere, suspiriosis, & ore reijcientibus tres obolos, in delinctu ex Melle sumpsisse satis est. Coquitur cum Melle, & estur eorundẽ gratia, maximè ut concoctionem adiuuet. Strigmenta per aluũ extrahit. Cocta et simili sumpta modo, eosdem præbet effectus. Sed cauẽdæ Scillæ usus his, qui intestinũ sentiũt ulcus. Ad pẽsiles uerrucas & perniones, tosta efficaciter illinitur. Tritum semen, & in Carica aut Melle deuoratum, aluum emollit. [redacted]

De Pancratio. CAP. CLXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. πανκράτιον. *Lat. Pancratium. Ita. Squilla minore.* Gal. Squille bastarde.
Off. Scilla minor.

Pancratium, quod aliqui Scillam appellant, radice est magni Bulbi, subrufo colore aut subpurpureo, gustu amaro ac feruente: folijs Lilij, sed longioribus. Scillæ uires & præparationem habet, eodemq; pondere in morbis efficaciter assumitur: cui tamen mitior quàm Scillæ facultas inest. Radicis succus cum Erui farina digeritur in pastillos, qui hydropicis splenicisq; cum hydro

hydromelite, commodiſsimè dantur.

VTilis medicinus Scilla, nempè ſine qua bona & vera Theriaca confici non poſsit. Pancratio vti noſtro hoc tempore deſitum eſt, atque adeò quidnam ſit animaduerti, fieri enim poteſt vt in Appulia, vbi & Scilla naſcatur. Huius plantæ neglectum parit frequens illis in locis Scyllæ prouentus: vt pote quæ candida ſit & nigra, quas Pancratij loco ſubſtituunt. Noſtræ ætatis medici in cerebri & neruorum infirmitatibus frigidis, Scillam crudam, in minuta fruſta conciſam, in vas vitreum melle plenum inijciunt, ac tota æſtate vaſe ſoli expoſito, tum ſumma cum diligentia percolato, morbi caduci remedium faciunt excellentiſsimũ. Alia fuit Galeno operandi ratio.

Capparis. CAP. CLXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κάππαρις. *Lat.* Capparis. *Ita.* Capparo. Gal. Cappres.

CApparis aculeatus frutex eſt, qui in terra ſtratus, magis in orbem euagatur: ſpinas, ut Rubus, habet, in hami modum aduncas: folia mali Cotoneæ rotunda: fructum Oleæ ſimilem, qui cùm dehiſcens panditur, florem candidum promit: quo excuſſo, nonnihil glandis oblongæ figura inuenitur, quod apertum grana acinis Punicorum ſimilia oſtendit, parua, rubicunda: radices lignoſas ſpargit, grandes numeroſasq́. Tenui ſolo, aſperisq́ locis, in inſulis & iuxta rudera naſcitur. Caulis & fructus, cibi gratia condiuntur: aluum turbat, ſtomacho aduerſatur, ſitim gignit: cocta tamen ſtomacho quàm cruda utilior eſt. Fructus drachmis duabus in uino potus, quadraginta diebus, lienem abſumit, & urinam cruentumq́ excrementum emittit, bibitur utiliſsimè in coxarum doloribus, & neruorum reſolutione, item ruptis & conuulſis: menſes ciet, caput purgat. Dentium dolorem ſedat ſemen ex aceto decoctum, colluto inde ore. Aridus

dus radicis cortex ad eadem proficit: ulcera omnia uetera, & sordida: & quæ occalluerunt, expurgat: lienosis cum farina hordei illinitur: dente demorsa, dolori eius auxiliatur: cum aceto trita, uitiligines albas absterget. Radix foliaq; intrita, strumas ac duritias discutiunt. Aurium uermiculos infusus succus enecat. Aphrica, & præsertim Marmarica Capparis, uehementer inflat. Apula uomitus facit, & quæ à Libyco, & quæ rubro mari defertur, mirum in modum acris est: siquidem in ore pustulas excitat, gingiuasq; osse tenus exest: quare in cibis non ab re damnatur.

ALexandrini Cappares, nostratibus magis oculis adblandiuntur, & gustu gratiores sunt. Sale conditi ad nos adferuntur. Eloti sic vt omnis salis sapor abeat, cum paucißimo sint nutrimento, fiunt corporibus cibus & medicina. Siquidem morantem appetitum reuocant, dũq; flegma lateribus stomachi impactum eijciunt, obstructionibus hepatis & lienis prosunt, modo præponantur omni cibo acetariorum more, cum oleo et aceto, vel cum oxymelite.

Lepidium. CAP. CLXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. λεπίδιον. Lat. Lepidium. Ita. Lepidio. Gal. & Off. Piperitis.

LEpidium aliqui Gingidium uocant, herbula uulgo nota: muria cum lacte seruatur. Vis foliorum acris & exulcerans: quapropter ischiadicis trita, præsentißimum est auxilium, si cum Helenij radice, quarta parte horæ, illinatur: lienosis simili modo prodest: lepras eximit. Radix appensa collo, dolore dentium liberare existimatur.

LEpidium & Iberis vna & eadem planta sunt, Matthiolo Dioscoridis Lepidium Italiæ ignota: Plinij Lepidium, Piperitis, quam vocant, & Piperella.

Ranunculũ. CAP. CLXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Βατράχιον. *Lat.* *Ranunculus.* *Ita.* *Pie Coruino.* Gal. Bacines. *Off.* *Pes corui.* Ger. Froschfeffer.



Primum genus Ranunculi. *Secundum genus.*

Complura Ranunculi genera, uis tamẽ omnibus una, acris, & uehementer exulcerans. Nam unum Coriandri folijs constat, latioribus, subalbidis, pinguibus, flore luteo, interdum purpureo: caule gracili, cubitum alto: radice alba, exigua, amaráque, multis capillamentis, Hellebori modo fibrata: nascitur in limitibus humidis. Alterum lanuginosius, longiori caule, pluribus



** Prima species.*



Secunda species.

ribus foliorum incisuris, plerunque in Sardinia proueniens, quã acerrimum, quod syluestre Apium appellant. Tertium minimum, odore graui, flore aureo. Quartum huic simile, flore lacteo. Folia, flores & cauliculi recentes, illitu exulcerant, & crustas non sine dolore gignunt: quare ungues scabros extricant, scabiem eximunt, stigmata delent, formicantes uerrucas, & pensiles aleopeciasq́, paulisper illita, tollunt. Tepente decocto per niones fouentur. Sicca radix, tritaq́ sternutamenta ciet, naribus admota: dentium dolorem appensa leuat, ipsos tamen frangit.

PLures Ranunculi sunt species, quàm hoc capite describat Dioscorides. Omnes sub flammulæ nomen cadunt. Nimirum id illis nomen indidit ignea, que eis inest, acrimonia.

Anemone. CAP. CLXIX.



* *Anemone.*

NOMENCLATVRA.

Græ. Ανεμώνη. *Lat. & Ita. Anemone* Gal. Coquelordes. Off. Herba venti.

DVo Anemones genera, Vnũ ſylueſtre, alterum in cultis naſcens. Cuius multæ ſpecies, una phœniceũ florem profert, altera candicantem, aut lacteum, aut purpureum: harum folia Coriandro ſimilia, tenuioribus prope terram diuiſuris: caules lanuginoſi, tenues, in quibus flores ut Papaueris, & in medio capitula nigra, aut cœrulea: radix oleæ magnitudine, aut amplius paulò grandeſcit, fermeq́ geniculis quibuſdã cingitur. Sylueſtri amplitudo prorſus maior, latioraq́ folia, & duriora: oblõgius caput: flore puniceo, tenuibus & multis radicum capillamentis. Acrior eſt quæ nigra habet folia. Vis utriuſque acris: ea de cauſa ſuccus naribus infuſus, purgat caput. Commanducata radix pituitam trahit: decocta in paſſo & illita, medetur oculorum inflammationibus: cicatrices eorundem & hebetudines emendat, ſordida ulcera abſtergit. Folia & caules ſi cum ptiſana decocti edantur, copiam lactis præbent, menſtrua ciunt, uellere appoſita. Illita quoque lepras eximunt. Sunt qui errore ducti, Argemonem nominari Eupatorium putent: quoniam à ſylueſtri Anemone, Argemonen, &

nem, & Papauer, quod Rhœada appellant (de quo inter Papaueris genera referemus) propter colorum cognationem in floribus, distinguere non possunt. Verùm Papauer & Argemone colore minus saturato spectantur, & utraque tardius floret. Quinetiam Argemone croceum succum, gustu admodum acrem, reddit: Rhœas uerò candidorem & acrem. Insuper Anemone & Rhœadi capitula syluestris Papaueris similia insunt: sed in Anemone supernè crassiusculum, in Rhœade subangustius. Anemones genera nec succum remittunt, nec calyces habent, sed quasi Asparagi cacumen. In aruis illa sæpius enascuntur.

ANemone Papaueris syluestris formam quampiam refert, sed non ideò eædem plantæ sunt. Diuersis enim capitibus de his à Dioscoride tractatum est.

Argemone. CAP. CLXX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Αργεμώνη. Lat. Argemone. It. non aliter. Gal. & Off. non bene nota.

ARgemone in totum syluestri Papaueri similis est: folia habet Anemones, diuisa: florem puniceum: caput in cauliculo Papaueris Rhœadis, oblongius, & summis partibus latum: radicem rotundam, succum croci colore, acrem, dimittit. Argema & nubeculas expurgat. Folia illitu inflammationes compescunt.

ARgemone nullo non loco in cãpestribus Thusciæ nascitur, cum his ipsis notis quas ei attribuit Dioscorides. Quæ medicorum & spetiariorum ignorantia est, qui hactenus Argemones loco Eupatorium vsurparunt, quod Agrimoniam vocant.

Anagallis. CLXXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀνάγαλλις. *Lat. Anagallis. Ita. Anagallide.* Gal. Morgelline. Off. Morsus gallinę.



Anagallis mas. *Fœmina.*

DVo Anagallidis genera, quæ tantum flore distāt. Nam quæ cœruleo flore est, fœmina dicitur: mas quæ phœniceo Frutices sunt parui, in terra iacentes, folijs in quadrangulo caule pusillis, subrotūdis, ad Helxinæ folia accedentibus: semine rotundo. Vtraque mitigandi uim habet, inflammationem arcet, adactos corpori aculeos extrahit, nomas cohibet. Succus caput gargarizatu purgat, & naribus infusu, dolorem dentium lenit,

nit, si in aduersam narem inijciatur: argema cum melle Attico emendat, retusæ oculorum aciei auxiliatur. Contra uiperarum morsus, iocinoris & renum uitia, si ex uino bibatur, prodest. Tradunt eam, quæ cœruleum ædit florem, prociduam sedem reprimere: quæ uerò phœniceum, illitu euocare.

*A*Nagallis qui & Morsus Gallinæ, mas & fœmina nota sunt, sub classem tamen auriculæ muris nõ cadunt, nec cum ea confundẽda.

Hedera. CAP. CLXXII.

NOMENCLATVRA.



Hedera nigra. *Helix.*

Græ. Κίσσος. *Lat. Hedera. Itidem It.* Gal. Lierre.

Hedera differentias multas in specie sortitur, summas autem genere treis. Nam quædam candida est, altera nigra, tertia helix. Candida, fructum fert candidum, Nigra, nigrum, aut Croci æmulum, quam uulgus Dionisiam uocat. Helix fructum non gignit, sed albas habet uiticulas, & folia parua, angulosa, & concinniora. Hedera omnis acris est, & adstringens, neruos tentat. Flos trium digitorum carptu, facit ad dysentericos, in uino bis die potus: ambustis cum cerato tritus illinitur. Recentia folia ex aceto cocta, aut cruda cum pane detrita, lienes sanant. Foliorum & corymborum succus, cum Irino unguento, Melle aut Nitro, naribus infunditur: & contra ueteres capitis dolores, caput eo cum aceto & Rosaceo perfundi utile est: purulentis auribus, aut dolentibus, cum oleo medetur. Nigræ Hederæ succus, aut epoti corymbi, corpus infirmant, mentemq; turbant largius sumpti. Acini quinque triti, calfactique in Punici mali cortice cum Rosaceo, si instillentur à contraria aure, dolorem dentium mitigant: denigrant capillum, illiti corymbi. Folia in uino decocta, illinuntur omnium ulcerum generi, etiam si cacoëthe sint: uitia cutis in facie & ambusta sanant, uti antea diximus, decocta: mouent menses triti & subditi corymbi. Ijdem poti, post purgationes fœminarum, drachmæ pondere, concipiendi spem adimunt. Pediculus foliorum Melle irrigatus, ac uuluæ inditus, menstrua & partus extrahit. Instillatus succus putrida tædia narium, graueolentiamq; emendat, & sanitati restituit. Lachryma Hederæ Psilothrum est: illitu pediculos enecat. Succus radicum in aceto potus, contra phalangia prodest.

Hederæ nota est, & eius vires abundè describit Dioscorides.

Chelidonium. CAP. CLXXIII.

Momencla

NOMENCLATVRA.

Græ. χελιδώνιον μέγα. *La. Chelidonium maius. Ita. Chelidonia. Id nomen etiam Off.* Gal. Esclere.



Chelidonium.

Chelidoniū maius, caule est gracili, cubitali aut altiore, adnatis foliosis: folijs Ranunculi, multis, mollioribus tamen, & colore cæsijs: flore Violæ albæ, secundum singula folia prodeunte: in eo succus Croci mordax, acris, & aliquantulum subamarus, grauiter olens: radix supernè singularis, infernè in multa crocea cappillamenta fibratur: siliqua, ceu corniculati Papaueris, tenuis, in metæ figuram longa: in qua semen Papauere maius recluditur. Succus in æreo uase, cum Melle prunis decoctus, oculis claritatem adfert. Folijs, caule, radice, succus exprimitur ineunte æstate, & siccatus in umbra digeritur in pastillos. Radix cum Aniso & uino albo pota, medetur regio morbo, ulceribus quæ serpunt: imposita cum uino aut manducata, dentium dolorem sedat. Hoc nomē sibi uidetur uēdicasse, quòd aduentu hirūdinū exoriatur,

& discessu emarcescat. Sunt qui narrant, hirundines matres ex cæcatis pullis, admota herba uisum restituere.

Chelidonium minus. CAP. CLXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. χελιδόνιον μικρόν. Lat. Chelidonium minus. Ita. Fauescelo. Gal. La petite Esclere. Offic. Scrofularia minor.

CHelidonium minus, quod Triticū syluestre aliqui uuncu parunt, herbula pediculis ab radice pendens, sine caule: folijs Herderæ, multo rotundioribus & minoribus, teneris, & subpinguibus: radices habet ex eodem callo complures, pusillas, in granorum Tritici modum aceruatim congestas: quarum tres aut quatuor in longitudinem exeunt. Iuxta aquas & lacus nascitur. Vis ei acris, & Anemones modo, summā cutem exulcerat, psoras & scabros ungues eximit. Succus radicibus expressus ad purgandum caput, naribus infunditur. Decoctum eius cū melle gargarizatum, magnificè id præstat, & omnia pectoris uitia extrahit.

CHelidonium quod sub aduentum hirundinum erumpat, & quod ea hirundines deperditum pullis visum restituant, nomen accepit. Maius Chelidonium vbique nascitur, & notum est. Minus locis aquaticis prouenit. Mira huius in sanandis scrofulis virtus, Scrofulariæ nomen imposuit.

Othonna. CAP. CLXXV.

NOMENCLATVRA.

Gr. ὀθόννα. Lat. & Ital. Othonna. Res nobis & Officinis non comperta.

OThonnam aliqui maioris Chelidoniæ succum esse aiunt: quidam Glaucij. Alij succum floribus corniculati Papa

ueris expressum. Alij permistos cœruleæ Anagallidis, Hyoscyami, & Papaueris succos, esse contendunt. Alij Troglodyticæ cuiusdam herbæ succum, quæ Othonna uocatur, nasciq; eam in eo Arabiæ tractu, qui ad Aegyptum spectat. Othonna folijs Erucæ, perforatis cribri modo, & ueluti à tinea derosis, squalore obsitis, paucis: flore Croci, latifolio, quare quidam Anemones speciem esse putauerunt. Extractus succus oculorum medicamentis adijcitur, ubi expurgare est opus. Mordet enim & abstergit omnem caliginem, quæ oculis offunditur. Tradunt humorem quendam ex herba emanare, qui elotus, semotis calculis, in pastillos ad eadem digeritur. Aliqui tamen affirmant, lapidem esse Aegyptium, in Thebaide nascentem, exigua magnitudine, æreo colore, gustu cum feruore quodã & adstrictione mordaci.



Auricula muris.

OThonna non minus antiquis fuit incognita, quàm nunc est nobis.

Auricula muris. CAP. CLXXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μυὸς ὦτα. Lat. Auricula muris. Ital. Orecchia di topo. Galice Mourron.

Muris auricula, quam Myosotida uocant, herba est caulibus pluribus, ab una radice, aliquatenus ab imo rubentibus, & concauis: folijs angustis, oblongis, dorso acuto, elato, nigricantibus, per interualla aßiduè geminatis, atque in mucronem desinentibus, & tenuibus cauliculis ex alarum sinu prodeuntibus: flore, ut Anagallidis, cœruleo: radix digitali craßitudine, multis capillamẽtis fibrata. Radix illita ægilopia sanat. Sunt qui Alsinen, muris auriculam uocitent.

Exemplariorum varietas hic probè à doctis viris distincta est, & nullibi non nascitur Auricula muris, & perindè à peritis noscitatur.

Glastum. CAP. CLXXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἰσάτις. Lat. Glastum. Ita. Guado. Gal. Guesde. Off. Indicum.

Satiuum Glastum, quo infectores lanarum utuntur, folium habet Plantagini simile, uerùm pinguius nigriusq́, cuius caulis duum cubitorum altitudinem excedit. Illita folia tumores omneis discutiunt, cruenta uulnera glutinant, sanguinis profluuia sistunt, ignem sacrum, phagedænas, putrescentia ulcera, & quæ serpunt, sanant. Syluestre Glastum satiuo simile est. Folia fert maiora, lactucaceis proxima, caules prætenues multifidos, quadantenus rubentes: in quorum cacumine folliculi multi dependent, quandam linguarum effigiem referentes, in quibus semen, flore tenui, luteo. Eadem quæ & suprà dicta præstat: potu & illitu lienosis auxiliatur.



Syluestre Glastum. *Glastum.*


ISatis satiua Galliæ cognita Narbonensi, & alijs Galliarum tractibus (Nam syluestris sola cultura ab alia differt) viuos in tingendis lanis colores omnes quibus miscetur asseruat. Quid in medicina posit Dioscorides & Galenus expediunt.

Telephiũ. CAP. CLXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. τηλέφιον. *Lat. Telephium. Ita. Faua grassa.*
Gal. La petite Ioubarbe. *Off. Illecebra minor.*

TElephium herba Portulacæ similis & caule & folijs, habens gemina tubercula, à singulis radicum geniculis enascentia: à quibus rami seni septeniue fruticant, à radice referti cœru



*Telephium album.



Purpurascens.

cæruleis folijs, craßis, lentis, carnosis: flore luteo, aut candido. Nascitur, & locis cultis uere inter uites. Folia senis horis illita albam uitiliginem sanant: sed postea hordeacea farina illini debet: perunctam ex aceto etiam in sole uitiliginem tollunt: sed ubi inaruerunt, absterguntur.

TElephium quidam esse putant, quam fabam inuersam seu fabã crassam, herbarij uocant, cum tamen gustui nullam repræsentet qualitatem, qua siccum & abstersorium iudicari poßit, quòd in Telephio requirit Galenus, & folia Portulacæ longè maiora producat, his rationibus Fabariam non esse Telephium contendunt. Hoc, si ita est, nobis ignotum istud erit Telephium. Siquidem quod in Aizoi minoris capite lib. 4. recenset, diuersum ab isto est.

Finis Libri Secundi.

PEDANII DIOSCORIDIS ANAZARbei de medicinali materia, Liber tertius, Ioanne Ruellio Suessionensi interprete.

Adpunctæ annotationes doctæ & compendiosæ.

PRAEFATIO.



VPERIORIBVS, charissime Aree, commentarijs, tradidimus de aromatibus, unguentis, oleis, arboribus, earum fructibus & lachrymis: itē de animalibus, cerealibus, oleraceis, & herbis acrimonia præditis. In hoc autem tertio radices, succos, semina, herbas, & quæ uernacula & inter se cognata censentur, quæq; pluribus scatent remedijs, prosequemur.

Agaricum. CAP. I.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αγαρικον. *Lat. & Off. Agaricum. Ita. Agarico.* Gal. Agaric.

AGaricum radix fertur Laserpitij similis, sed facie summa solutior, & rariore, fungosoq; tota contextu. Duo eius genera: fœmina, quæ præfertur, rectis intus uenarū discursibus constat



Agaricum.

constat.mas rotundus est, et undique compactior. Vtriq; gustus in initio dulcis, mox in amaritudinē transit. Gignitur in Sarmatiæ regione, quæ Agaria dicitur. Sunt qui radicem esse plantæ affirment: alij ut fungos nasci in arborum caudicibus, quadā putredine: Gignitur in Galatia Asiæ, & Cilicia, in Cedris, sed friabile & infirmū. Adstringendi calfaciendiq; naturam habet. Efficax est contra tormina, cruditates, & rupta: prodest itidem cōtusis, & ab alto deuolutis: datur duobus obolis in uino mulso, febrim non sentientibus: febriculosis uerò, in aqua mulsa. Arquatis quoque, suspiriosis, iocinoris renumq; uitio laborantibus, dysentericis: item si urina ægrè reddatur, si uuluæ strangulatus urgeat, si pallor membra decoloret, drachma una dari solet: si tabes infestat, ex passo: si lien negocium exhibet, ex aceto mulso: si dissolutio stomachi est, ita ut cibi tenax non sit, manditur, & sine ulla humoris sorbitione deuoratur: simili modo acida ructantibus propinatur. Sanguinis reiectiones sistit, tribus obolis ex aqua sumptum. Facit ad coxendicum, & articulorū dolores, & comitiales morbos, si cum aceto mulso, pari pondere assumatur: menses ciet, fœminis quas inflatio uuluæ uexat, utiliter æquali modo datur: horrores soluit datum ante febrium accessio

ceßiones: aluum purgat drachma una aut altera, ſi cum aqua mulſa bibatur. Venenorum antidotum eſt denarij inſtar, cum diluta potione ſumptum: ſi ſerpentes ictum uibrarunt, morſumq́ ſubfixerunt, tribus obolis ex uno potum mirè auxiliatur. In ſumma, internis omnibus uitijs conuenit, pro uiribus & ætate datum, nunc ex aqua, nunc ex uino, ijs ex aceto mulſo, alijs ex aqua mulſa.

AGaricum Fungi genus, non in Larice tantum prouenit, ſed in omnibus etiam glandiferis arboribus. Aereæ & Terreæ ſubſtãtiæ eſt, quam caliditas exilem reddiderit.

Rhaponticum. CAP. II.

NOMENCLATVRA.

Græ. ῥᾶ. *Lat. Rhaponticum. Ita. Rhapontico. Off.* & Gal. ignotum.

RHa, aliqui Rheum, latini Rhaponticum uocant, prouenit in ijs quæ ſupra Boſphorum ſunt regionibus, ex quibus affertur. Radix nigra, Centaurio magno ſimilis, ſed minor & rufior, fungoſa, aliquãtum læuis, ſine odore. Optimum habetur, quod teredines non ſenſit, ſi guſtatu cum remiſſa adſtrictione lenteſcat, manducatumq́ colorem reddat pallidum, aut ad Crocum inclinantem. Id epotum facit ad inflationes, ſtomachi imbecillitatem, & omne genus dolores, ad conuulſa, lienoſos, hepaticos, tormina, ad renum, ueſicæ, & pectoris uitia: aduerſus intenta præcordia, & uuluæ mala, coxendicum dolores, ſanguinis excreationes, ſuſpiria, ſingultus, dyſenterias, & cœliacorum affectus, contra febrium circuitus, & uenenatorum morſus. Datur in ſingulis ualetudinibus eodem quo Agaricum põdere, & cum eiſdem liquoribus: ſi febri careant, in mulſo: ſin aliter, ex aqua mulſa: ſi tabem experiuntur, ex paſſo: ſi lienis exercet, in aceto mulſo, ſi diſſolutio eſt ſtomachi, id eſt, cùm cibi

tenax non est, manditur, & sine sorbitione ulla deuoratur: liuentia lichenasq; tollit, cum aceto illitum: inflammationes omneis ueteres ex aqua oblitum dißipat: summa eius uis adstringens, cum aliquanto calore.

RHaponticum, quod Rheupoticum officinæ vocant, à Rha Ponti fluuio cuius in ripis copiosè nascitur, nomen sortitum est. Paucis ab hinc annis cœpit verum asportari, superiori siquidem tempore Rhapontici loco, Centaureæ maioris radix vsurpata est, quod etiamnum hodie fit, à medicis & spetiarijs quibus nondum veri Rhapontici noticia patuit. Alius itidem probatæ fidei & doctrinæ medicos error inceßit, qui putarint (nempè ob non adhuc visum suo tempore Rhaponticum) • Rheubarbarum, Dioscoridis esse Rhaponticum. Quo viso à pristina discessere sententia. E quorum numero eximius ille & singularis eruditionis medicus Manardus extitit, quemadmodum eius epistolæ 6. lib. secũda: & 5. vltima testantur. Matthiolus ipse Venetijs non rarò verum Rhaponticum coemit, nihil à Dioscoridis deliniatione dißidens. Atenim cum Galenus & veteres Græci nullam Rheubarbari nostri (illis incogniti) rationem habuerint, Arabes confusaneè Rheubarbarum, ipso nomine & viribus cum Rhapontico confundunt. Eò fit vt in eis legendis adhibenda sit cautio, nullibique non perpendendum, qua de re, & Græcis ne perspecta, scribant. Rheubarbarum nostrum Paulus agnouit, 7. lib. 12. cap. in compositionibus, Diacorallion, Antidoti Agapeti, & Antidoti Atactos: sed per nebulam, siquidem id solutiuum facit, nec aliud a Rhapontico existimat. Nam primi libri. 43. ca. cum dicit Terebinthinã Fabæ magnitudine dormituris exhibitam, corpus soluere, quod si amplius laxandum est, pauxillum adijciendum è radice Pontica, per eam Rheubarbarum solutiuum intelligens. Atenim eorum opinionem qui præfractè idem esse Rheubarbarum & Rhaponticum contendunt, nec aliò distare, quàm Pontici cœli ratione, quod Aquilonare, odorem in Rhapontico aufert, qui in Rheubarbaro gratus percipitur, ita infringit Matthiolus. Si ita res habet, plantæ natura odoriferæ, quæ in Septentrione peræquè vt in Oriente & Meridie proueniunt, nullum Septentrionalibus spirarint odorem. Quod sanè falsum est. Nam etsi einsmodi plantæ, quæ in Septentrione nascuntur, ob climatis frigiditatem imbecillius & remißius aspirent, & vigeant, non tamen intantum suis dotibus à frigore nudantur, vt in totum earum & noticia & vsus euanescant, alioqui regionum frigiditas vniuersam earum qualitatem absumeret, immutaret species, nec quæ essent agnoscerentur. Spica Celtica

quæ

quæ è Germania adfertur: Acorus, quo hodie pro Calamo odorato vtuntur, & è Lituania, Tartaria, & Ponto exportatur, viuum quidem illum & manifestum odorem, quē Ligustica vel Istrica Spica Celtica, aut Acorus Orientalis non aspirant, ab illo tamen quodam suo & naturali odore non depereunt. Qui fit vt Rhaponticum non ob regionis frigus, sed quod a Rheubarbaro diuersa planta sit, odore priuetur. Accidit ad hæc radicum istarum dispar facultas. Soluit Rheubarbarū, densum est substantia, colore est admodum croceo, gustu amaro & desiccante, ponderosum. At Rhaponticum nullo est odore, corpus stringit, tantum abest vt soluat, nec amarum, nec aridum, at mucilaginosum: graue non est, sed leuissimum. Rhaponticum temperaturæ est mixtæ è frigido & terrestri, cui quippiam caliditatis adiunctum est, & quæ de aerea & subtili substantia participet. Astrictorium esse ostendit iuuamen præstitum sputo sanguinis, fluxibus stomachalibus & dysentericis. Rheubarbari nota & vires à Mesue petendæ, nā hic ea persequi de quibus auctor non tractarit, in animo non est.

Gentiana. CAP. III.

NOMENCLATVRA.

Græ. γεντιανὴ. *Lat. Ita. Off. Gentiana.*
Gal. Gentianne. Ger. Creutzwurtz

INuentio Gentianæ prima aßignatur Gentio Illyriorum regi, a quo cognomentum habuit. Folijs partim proximè radicem, iuglandi Plantagine similibus, subrubris, partim à medio caule, & præsertim iuxta cacumen, paulum diffectis: caule cauo, & læui, digiti craßitudine, geniculato, & ex interuallis maioribus foliato, binum sæpe cubitorum: semine in calycibus lato sine pondere, acetoso, satis ad Sphondylij semen accedente: radice longæ Aristolochiæ, crassa, amara. Nascitur in sublimibus montium iugis, umbrosis locis, aquosisq́. Vis radicis excalfactoria, & adstringens: contra morsus serpentium, duabus drachmis, cum Pipere, Ruta & uino pota, auxiliatur. Extracti succi drachma, laterum doloribus, & ex sublimi deturba-

x tis,



Gentiana Gentiana ſpecies

tis, ruptis & conuulſis, prodeſt: hepaticis & ſtomachicis, pota cum aqua ſubuenit. Radix collyrij modo ſubdita, partus eijcit: impoſita, ut Lycium, uulneraria eſt, & ulcerum cuniculatim depaſcentium medela. Succus præcipuè eodem effectu prodeſt, oculis inflammatione laborantibus illinitur: pro Meconio collyrijs acribus immiſcetur. Radix uitiliginem abſterget. Succi extrahendi ratio hæc eſt: Contuſa radix quinq; diebus aqua maceratur: poſtea in eadem tantiſper decoquitur, dum extent radices: & ubi refrixit aqua, linteo excolatur: mox diſcoquitur, dum mellis craßitudo fiat, fictiliq; reconditur.

GEntiana planta vulgaris notitiæ. Hæc temperatioribus Galliæ locis naſcitur, & altioribus iuxta Tridentum montibus, è queis valli Ananiæ adiacentibus radices extrahuntur, hominis brachio

craß

craßiores. Ex his radicibus per balneum Mariæ (quod vocant) aqua elicitur, quæ miro quopiam genio febres sanat, quæ ab oppilatione procedant, vermes in puerorum corporibus conficit, cunctásque faciei maculas, si ea colluatur, abstergit. Cruciata non ignota herbarijs, altera esse potest Gentianæ species. Valet in pestem & venena, demorsus & punctiones venenatorũ animalium. Emplastri modo illita, puerorum corpori vermes occidit, & scrofulas sanat superposita.

Aristolochia. CAP. IIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αριϛολοχία. *Lat. Aristolochia. Ita. & Offici. Aristologia.* Gal. Aristologie.

ARistolochia nomẽ ex eo sibi adoptauit, quòd existimetur optimè puerperis opitulari. Tria eius genera traduntur. Rotunda, quæ fœmina uocatur, folijs hederaceis, præstanti odore, cum acrimonia, mollibus, subrotundis, multis ab una radice germinibus, prælongisq́ palmitibus, floribus candidis, pilei similitudine, in quibus quod rubrum est, grauiter olet. Longa, mascula appellatur, nonnullis Dactylis, longiore quàm rotunda folio, tenuibus ramulis, dodrantalibus: flore purpureo, grauiter olente, qui marcescens in Pyri similitudinem turbinatur. Radix rotundæ, in orbem conglobata, Rapi modo. Longæ uerò radix digiti craßitudinem, & dodrantis longitudinem implet, nonnunquam paulò maiorem. Ambæ colore intus buxeo, gustu amaro & graui. Est etiamnum tertia longa, quæ Clematitis uocatur, ramulos habẽs tenues, refertos folijs subrotũdis minori Semperuiuo similibus: flores Rutæ: radices longiores, tenues, crasso cortice odoratoq́ uestitas, priuatim unguentorum spissamentis conuenientes. Rotunda cæteris uenenis resistit.



Aristolochia longa.



Aristolochia rotunda uera.


Longa uerò aduersus angues & uenena, drachmæ pondere ex uino bibitur, & illinitur. Pota cum Pipere & Myrrha, menses, partus, & omnia uuluarum onera eijcit: eadem efficit subdita in pesso. Rotunda ad eadem pollet: insuper singultibus, suspirijs, horroribus, lieni, conuulsis, laterum doloribus, pota cum aqua, singulariter auxiliatur: aculeos & spicula extrahit: ossiũ squamas illitu adimit: ulcera putrida exest, & sordida expurgat, caua cum Iri & melle explet: gingiuas & dentes extergit. Clematitis ad eadem pollere creditur, uiribus tamen inferior est.

Arist

ARistolochiæ, longa, & rotunda Matthiolo in Italia notißimæ, quantumuis copiosior in Goritiano comitatu notanda reperiatur. Ibidem longa & rotũda à flore fructum emittunt cauli viridi incumbentem, nuci viridi immaturæ adsimilem, pari in ambabus forma, nisi quod longæ, longior est: & rotundæ, magis orbiculatus. Clematis Aristolochiæ folijs Semperuiui minoris, & Rutæ floribus, eidem apud recentes medicos non est vsitata, quandoquidem nullus est qui eam in Italia ostendat. Hanc tamẽ valerius Cordus simpliciter lõgam, vocari scribit. nempè radice, sarmenti vitis, more, longißima. Mirum si Cordo validum & in solidum pene sententiam è germanicis nominibus asserenti, tres Aristolochiæ species patuerint, & vna (nempè Clematis) Matthiolum perspicacem & sedulum hominem, præter hæc & Italum, latuerit.

Dulcis radix. CAP. V.

NOMENCLATVRA.



Dulcis radix.

Græ. γλυκύῤῥιζα.
Lat. Dulcis radix.
Ita. Rogolitia.

Gal. Raygalisse.
Ger. Peckritz.

DVlcis radix plurima gignitur in Cappadocia & Ponto: fruticosa est, ramis binum cubitorum altitudine assurgentibus: folijs Lentisci, densis, pinguibus, tactuq; gummosis: flore

Hyacinthi: fructu pilularum Platani magnitudinis, aſperiore, qui ſiliquas Lentium modo habet rufas & paruas: radicibus longis, ut Gentianæ, coloris buxei, ſubacerbis & dulcibus, quæ denſantur in ſuccum, Lycij exemplo. Is in arteriæ ſcabritia efficax habetur: uerùm oportet ut linguæ ſubditus eliqueſcat. Aeſtuanti ſtomacho, thoraci, ac iocinori conuenit: ſanat ueſicæ ſcabiem, & renum dolores, cum paſſo potus. Idem eliquatus ſitim ſedat. Vulneribus illitus accommodatur: commanducatus ori prodeſt: recentis radicis decoctum ad eadem conuenit. Eiuſdem farina pterygijs commodiſſimè inſpargitur.

DVlcis radicis uiua planta, quæ multis in locis hodie ſeritur, manifeſtus fit error Plinij, qui Glycirrhizam, echinatis, ſeu aculeatis folijs prodidit, falſus literarũ in corrupto Dioſcoridis codice metatheſi, mutato. σ in ι. qui legerit ἰχίνῳ, pro σχίνῳ, quo Lentiſcum ſignauit Dioſcorides, cuius folijs ſimilia ſunt Glycirrhizæ folia.

Centaurium magnum.

CAP. VI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κένταυριον μέγα. *Lat. Centaurium magnum. Ita. Centaurea maggiore.* Gal. erronee, Reupontic. Off. perperam, Rheu ponticum.

CEntaurium magnum folia habet iuglandis, oblonga, uiridi Braſſicarum colore, ſerrata in ambitu: caulem, ceu Rumicis, binum aut ternum cubitorum, multis ab radice adnatis, in quibus capita, ceu Papauerum, in rotunditate oblonga: flos cæruleus: ſemen Cnico ſimile, ceu laneis floccis quibuſdam inuolutũ: radix craſſa, grauis, ſolida, tripedalis, ſucco prægnans, cum adſtrictione aliqua & dulcedine acris, & rubeſcens. Amat ſolum pingue & apricum, ac ſyluas & colles. Copioſiſſima eſt in Lycia & Peloponneſo, in Archadia, Helide &

Meſſe

Messenia, pluribusq; locis circa Pholoen, Lyciã, & Smyrnam. Radix conuenit ruptis, conuulsis, pleuriticis, spirandi difficultati, ueteri tußi: sanguinem expuentibus, drachmis duabus trita datur, si febris sit, in aqua: cæteris, in uino. Item ad tormina, & uuluæ dolores. Ramenta eius in collyrij formam uuluæ subdita, menses atque partus extrahunt: succus eadem præstat: uulneribus prodest: nam recens tusa, aut arida antè madefacta, ea glutinat & coniungit. Carnes coalescunt, si tusa simul decoquatur. In Lycia succum exprimunt, quo pro Lycio utuntur.

Centaurium maius, nihil plane aliud est, quã illustris illa radix, quam antiqui erroris sectarij, Rheuponticum vocant. Nascitur Centaurium maius in monte Apuliæ Gargano (S. Angeli vocitant) cum notis omnibus quas ei attribuit Dioscorides. Prouenit & in monte Baldo, supra Lacum quem vulgo Garda vocant, verum non æquè vt in Apulia maturescit. Cauendum tamen est, ne huius loco accipiatur, planta caule cubitum alto, è quo bina per ordinem folia procedunt, suprà viridia, subter candicantia, salicinis similia, flore viuido & rubro, quod totum à Dioscoridis Centaurio maiore alienum est, & Lysimachiæ conuenientibus. Confundunt maius & minus Centaurium Mesue & Auicenna, ideo cum iudicio legendi. Et peræquè Serapium, qui minoris virtutes maiori attribuit. Plinius vtrasque plantas dulces simul & amaras facit, cum amaritudo solius sit Centaurij minoris.

Centaurium minus. CAP. VII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κεν]αύριον μίκρον. *Lat. Centaurium minus. Ita. Biondella.* Gal. Fiel de terre. Off. Latinum nomen seruatur. Ger. Aurin.

Centaurium, Limnesion aliqui uocauere, quoniam rigua amet loca: herba Origani aut Hyperici similis, caule anguloso, palmum excedente: flore Lichnidis, è puniceo in purpuram uergente: folijs Rutæ, prælongis & paruis: fructu tritico simili: radice pusilla, leui, & superuacua, quæ gustanti amaritudinem adfert. Herba recens tusa, suo illitu


Centaurium minus.

uulnera conglutinat: uetera ulcera purgat, & cicatrice obducit, bilem crassosq́ humores per aluum exigit, si decocta deuoretur: Ius decocti ischiadicis conuenientissime infunditur: trahit enim sanguinem & dolorem leuat. Succus oculorum medicamentis perquàm utilis: siquidem cum melle caliginem oculorum expurgat: in uellere appositus, menses & partus extrahit: epotus peculiariter neruorum uitijs succurrit. Succi extrahendi ratio: Legitur herba semine prægnans, & diebus quinque madefacta, decoquitur donec superemineat aquæ: mox ubi refrixit, linteolo exprimitur, & eiecta herba, iterum decoquitur, usque dum mellis craßitudinem habeat. Nonnulli eam recentem grauidamq́ contundũt, atque succum fictili non picato exprimunt, & in sole, lignea rude aßiduè mouentes, inspissant: quòd si quid concretum faucibus uasis adhærescat, deradunt, reliquoq́ humori permiscent: noctu diligenter operiunt, namq́ ros nocturnus liquores coalescere non sinit. Quæ autẽ siccis radicibus aut herbis liquamẽta exprimuntur, decocta, ut in Gentianæ mentione retulimus, præparantur, sed quæ ex corticibus humidis, aut contusis herbis factitantur, in sole, uti antè dictum est, coguntur: sic è Thapsia: sic è Mandragora, reliquisq́ similibus succus: sic ex acerbis uuis melligo elicitur. Lycium tamen,

& Absynthium, Hypocistis & consimilia, decocta, eo quo dimus modo, coguntur.

CEntaurium minus, Biondella Italis dicitur, quòd eius decoctio fœminarum flauescentes reddat capillos. De hac Papiæ peculiarẽ tractatum scripsit Galenus. hoc corpus laxat, non maius, vt Arabum sectarij somniant.

Chamæleon albus. CAP. VIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. χαμαιλέων λευκός. Lat. & Off. Chamæleon albus. Ita. Carlina.
Gal. Carline.

CHamæleon albus Ixia ideo aliquibus uocatur, quòd quibusdã in locis uiscum circa radicem eius inueniatur, quo pro Mastiche utuntur mulieres. Folia habet Silybo aut Carduo similia, asperiora, acutiora, nigroq; Chamæleone ualidiora: caulem non promit, uerùm ex medio spinas, echini marini, aut Cinaræ modo, erigit: flores purpureos, ueluti papporum lanugines emittit: semẽ Cnici simile: radicem in lætis collibus crassam, in montosis uerò graciliorem, in profundo albam aliquatenus aromaticam, graui odore, dulcem. Quæ pota acetabuli mensura, latas interaneorum tineas pellit, Bibitur autem in uino austero, cum Origani feruefacti succo: hydropicis commodissimè drachma in uino datur, etenim eos extenuat. Contra difficultatem urinæ decoctum propinatur. Hausta in uino, serpentium uenenis resistit: occidit canes & sues: mures item necat, subacta cũ polenta aut aqua, & oleo madefacta.


CHamæleonem album Carlinam Itali vocant, quòd Carolo magno (vt aiunt) in pestis remedium ostensa sit, quæ causa est, vt quibusdam in id pernitiei summoperè valere credatur. Quidã Marianum Carduum autumnant, sed falsò. Siquidẽ destituitur Chamæleon

albus, hic sua procreritate hominem non rarò superat, præterea nullo sensili odore, qui in Chamæleone grauis est.

Chamæleon niger.
CAP. IX.

NOMENCLATVRA.

Græ. χαμαιλέων μέλας. *Lat. Chamæleon niger. Ita. Chameleone nero.*
Gal. Chardonnette. Off. Cardopatium.



Chamæleon niger.

CHamæleon niger, folijs Scolymo similis esset, nisi minora, tenuioraq́, ac rubro distincta uiderentur: caulem emittit dodrantalem, craßitudine digitali, subrubrum: & in umbella flores spinosos, tenues, Hyacinthi æmulos, uersicolores, radice crassa, nigra, densa, interdum exesa, quæ desecta flauescit, commanducata mordet. Prouenit in campestribus, siccis: & cliuosis tractibus, & maritimis. Radix trita, addito attramenti sutorij exiguo, cedrino oleo, & axungia, scabiem abigit. Eadem, cùm sibi sulphur & bitum

bitumen asciuit, & cocta in aceto illinitur, impetigines absterget. Decoctum collutione dentium dolorem mitigat. Cum pari Pipere & cera oblita radix, dolenti denti auxiliatur: radice concisa, & in aceto decocta, dentes fouentur: eos quoque frangit, si scriptorio stylo feruens admoueatur. Vitia cutis in facie, uitiliginesq; cum sulphure emendat: erondentibus medicamentis admiscetur: phagedænas, tetraq; ulcera illitu sanat. Quare Chamæleo uocetur, à uarietate foliorum euenit: mutant enim cũ terra colorẽ: hic uiridia, illic albicantia, aliubi cærulea, nonnusquam rubra inueniuntur.

CHamæleon niger per totam Italiam reperitur & in montibus & collibus vallis Ananiæ, cum notis omnibus quas ei aßignat Dioscorides. Si Galeno credimus, Chamæleon hic niger esui, potuiue in medicina offerri non debet, siquidem mortiferum quippiam eius radicem habere existimat. Probè miscetur medicinis quæ digerunt & emolliunt. Calidus est secundo ordine, siccus tertio. Arabum sectarij Chamæleon cum Chamælea (hæc Mezzereon est) confundũt. Ixia nõ in Chamæleonte tantum albo, sed etiam in nigro reperitur, quod in Candia clarescit, vbi plurima in vtroque ad arcuum vsus colligitur, cæterum mortiferum esui venenum.

Crocodilium. CAP. X.

NOMENCLATVRA.

Græ. κροκοδείλιον. *Lat. Crocodilion.*
Ita. Crocodilio.
Gal. Falso, Carline.

CRocodilion Chamæleonis nigri figurã habet. Nascitur in syluosis, radice longa, læui, aliquantum lata, odore, ut Nasturtij, acuto. Feruefacta in aqua & pota radix, sanguinẽ copiosum per nareis pellit. Datˉ lienosis, eos euidẽter adiuuãs. Semẽ ei rotundũ inest, duplex uti scutum, quod suapte ui urinam ciet.

CRocodiliũ licet aliqui cũ Chamæleone cõfundant, doctorũ tamen hominum iudicio planta est nobis adhuc ignota.


Dipsa

Dipſacum, ſiue Labrum Veneris.

CAP. XI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Δίψακος. *Lat.* *Dipſacus. Ita. Labro di venere.*
Gal. Chardon à carder.



Dipſacũ ſiue labrũ veneris.

Dipſacum aculeatarum generis eſt: caulem habet altum, ſpinis horridum, folijs Lactucæ, ſpinoſis, binis genicula ſingula complectentibus, prælongis, ceu quaſdam bullas intus & extra aculeatas, in dorſi medio habentibus, concauo alarum ſinu, in quo imber aut ros aſſeruetur: unde Dipſaci, quaſi ſitientis, nomen traxit. In cacumine caulis, ſingula ſurculis capitula inſunt, oblonga, echinata ſpinis, quæ arefacta, candida ſpectantur, diſſectaq́ medullatenus, uermiculos oſtendunt. Sanat rimas ſedis, fiſtulasq́, ſi tuſa & decocta in uino radix, uſque dum ſit craßitudo ceræ, immittatur. Medicamentum ærea pyxide recondendum. Aiunt formicationibus, uerrucisq́ penſilibus remedio eſſe. Vermiculi capitulorum in folliculo alligati, collo aut brachio appenſi, produntur quartanis febribus remedio eſſe.

Not

NOtum est Labrum Veneris, seu satiuum, quo in vellicandis pannis Veneris Fullonum ars vtitur, & syluestre quod passim prouenit. Atenim quamuis seplasijs vocetur Virga pastoris maior, Serapion tamen & Auincenna pro Polygonio accipiunt, & ob id non ex Arabibus, sed à se id nuncupationis cōmenti sunt. Dipsaci radix deficcat secundo ordine, & aliquantum abstersoria est.

Spina alba. CAP. XII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ακάνθα λευκη. Lat. Spina alba. It. Spina bianca. Gal. Eine blanche. Off. Bedegnar.



Spiua alba.

Spina alba nascitur in montibus & syluosis: folia fert albi Chamaleonis angustiora, & candidiora, aliquātum hispida, & aculeata: caulem suprà bina cubita altum, pollicari aut ampliore crassitudine, albicantem, intus cauum: in cacumine capitulū inest spinosum, echini marini æmulum, sed minus, & oblongum, flores purpurei, in quibus semen ceu Cnicum, sed rotundius. Huius radix pota, cœliacis, stomachicis, & ijs qui crueuta extussiunt, efficax est: urinam cit: tumoribus illinitur. Decocto eius dentes

in

in dolore collui prodest. Epotum semen conuulsis infantibus, & a serpente demorsis auxiliatur: gestatum pro amuleto, serpentes abigere traditur.

Spinam albam quam Bedegar Arabes *vocant, quidam Carduum Benedictum, alij Carlinam, alij Carduum illum quo ad coagulum lactis vtuntur* Tusci, *alij aliam Cardui syluestris speciem putant, quorum nullus est, qui impingens nõ aberret à ianua. Sunt qui certius esse putent* Carduum *illum syluestrem, quem vulgus,* Carduum Mariæ, *&* Itali, *herba del latte, quod crebræ maculæ superiori foliorum parte asperse decidui lactis notas preferant. Enimuero hic Carduus in planis & campestribus, vt aduertenti videre licet: & spina alba,* Dioscoridi *in montibus & syluosis nascitur. Adde his quod folia producit duplo maiora, nedum minora* Chamæleone *albo. Huic cẽsuræ præest* Matthio*li uidicium, qui in altioribus vallis* Ananiæ *montibus vidit & legit Spinam albam omnibus insignitam notis, quæ ab ea hoc ex capite requiruntur. Nunc seplasiorum muneris erit, iam non in planis, sed in montibus Spinam albã studiosè perquirere, nempè pari futuro successu. Quod autem Spina alba,* Italorum *Carduus quem* Presuram *vacant, non sit, hinc patet:* Presura *seritur in hortis, folia habet albo* Chamæleoni *maiora huiusque capitula* Echino *longe ampliora sunt. Spinæ albæ radix desiccat, & aliquantum astringit. Semen subtili est substantia, & facultate calidum. Potu conuulsis conuenit.*

Spina Arabica. CAP. XIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ακανθα Αραβικη. *Lat. Spina Arabica.*
Ital. eodem nomine. Gal. Off. & Ger. ignota.

A*Rabicam spinam natura albæ spinæ similem esse constat: ipsa siquidem stringit. Ad sanguinis reiectiones: mensium abundantiam, cæterasq; fluxiones radix etiamnum ualet. Prouenit in asperis.*

ID moris habet Dioscorides *vt rẽ eandem non sæpius repetat, nec herbis arbores immisceat: eò manifestũ per Spinã* Aegyptiã Acaciã *hoc capite non designatã, quæ (nimirũ arbor) nihil ad spinæ albæ, quæ herba est similitudinẽ accedit, præcipue cũ ismet diuersa de vtrisq; tradat.* Galeno *Arabica hæc spina astringit & desicat, cũ eadẽ, sed valẽtiori quã*

spina

ſpina alba facultate. Enimuerò quando hanc ex Orientalibus noſtro ſæculo non habemus, huius vice ſpina alba ſubſtituenda.

Carduus. CAP. XIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σκόλυμος. *Lat. Carduus.*
Ita. Cardo.
Gal. Artichault.
Offic. Articocalus.



Carduus.

CArduus, Græci Scolymon uocant, folia Chamæleonis habet, aut albæ ſpinæ, nigriora, craßiora: caulem longum ædit foliosum, capite ſpinoſo: radice nigra & craſſa, quæ illita, graueolentiam alarum totiusq́ corporis emendat: item ſi decocta in uino bibatur: copioſam autem urinam fœtidamq́ expellit. Herba cùm reces tenereſcit, in olera, Aſparagi modo, tranſit.

Cardui syluestris plures & diuersæ sunt species, quamuis Plinius duas tantum enumeret. At domesticorum & hortensium, qui magna hodie diligentia excoluntur, quos Carduos peculiari nomine, & Itali Cardoni vocant, primariũ locũ tenent. Hi singulari artificio albi & nigri fiũt, & magna ex parte bellarij loco cũ Pipere & sale in postremũ cœnarũ ferculum offeruntur. Carduus quem Græci Cacton vocãt, hodie ad Thuscos è Neapoli & Sicilia deportatur. Succedunt quos Articocos vocamus, & Itali Carcioffie horũ quidam aculeati compressi, & aperti: alij non aculeati, rotundi, longi, aperti, & clausi, sunt inter hos qui pineas nuces referant. Nascuntur sine pinis Scolymi, si seminum acumina priusquam terræ mandentur, lapidis attritu retundantur. Idem fiet, si delibrata radice Lactucæ, & in tenues particulas dissecta, singula semina singulis indita segminibus obruãtur. Semine per triduũ rosarũ succo, aut alio quopiã suauiter olẽte madefacto eundẽ odorẽ adulta plãta referet, quẽ liquor à semine absorbtus. Ficulneus cinis, suillũ stercus, lana radicibus obuoluta, mures à radicum erosione, quas summopere appetunt, expediet. Scolymi sub secundum desinentem ordinem, aut tertij initio excalfaciunt, & secundo desiccant. Alimentum præbent non probum, nempe melancholicum.

Poterium. CAP. XV.

NOMENCLATVRA:

Græ. ποτήριον. *Lat. Poterium. Ital. Poterio.* Gal. & Off. Ignotum.

Poterium, Iones Neurada uocant, largè fruticat, cortice obductum tenui, spinis horridum, lanugine spissa, ramulis lõgis, mollibus, lentis, tenuibus, Tragacanthæ proximis, folijs paruis, rotundis: flore exiguo, candidi coloris: semine nullius usus, sed gustu acuto & odorato. Nascitur in aquosis, & collibus. Radices demittit binum ternúmue cubitorum, neruosas & firmas: quæ proxime terram recisæ, dant succum gummi similem: tusæ, præcisis neruis & uulneribus glutinandis illinuntur, decoctum quoque eius neruorum affectibus prodest.



Poterium.

POterium nullus est qui in medium producat, ne in Italia quidem, nec nisi æquo iure inter ignotas plantas reponetur, cùm in plana Dioscoridis historia, nullus sit qui non mire implicatus, scitè se ab hoc extricet.

Acanthiũ. CAP. XVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ακάνθιον. *La. Acanthium. Ita. Acanthio.* Gal. Chardon benist. Off. Carduus benedictus.

A*Canthium albæ spinæ simile, folijs aculeatis per extremitates, & lanugine araneosa obductis, ex qua collecta & neta uestes bombycinis similes texunt. Folia uel radices ad remedia opisthotoni bibuntur.*

EX *Cardui quem* Benedictum *vocant, lanugine collecta & neta, vestes bombicinis similes vt texi non posse clarum est, & peræquè* Acanthium, Carduum Benedictum *non esse. Nec secus, cum nostro hoc sæculo, planta fertili intantum* Lanugine *nulla obducatur, fateri cogimur ignotum nobis* Acanthium.


Acanthus. CAP. XVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ακάνθα. *Lat. Acanthium. Ita.*



Acanthus hortensis.



Sylueſtris.

Acantho. Gal. Branche vrſine. *Offic. Brancha urſina.* Ger. Berempoot.

ACanthus, Romani Pæderotam uocant, naſcitur in hortis petroſis, & riguis: folia habet multò lactucaceis latiora, & longiora, Erucæ diuiſura, nigricantia, pinguia, læuia: caulem binum cubitorum, digitali craßitudine, læuem, prope uerticem ex interuallis circundatum foliolis, ceu nucamenta quædam oblonga referētibus, ſpinoſis, è quibus flos prodit albus: ſemen oblongum, luteum: caput thyrſi ſpecie. Radicibus nititur longis, mucoſis, rubris, & glutinoſis: quæ uſtis igni & luxatis artubus illi

illitæ ſubueniunt. Potæ urinam ciunt, ſed aluum cohibent. Ruptis, conuulſis, tabem ſentientibus, mirè proſunt. Naſcitur & ſylueſtris Acanthus, Scolymo ſimilis, aculeatus, breuior quàm ſatiuus, & is qui in hortis prouenit: cuius radix ad eadem ad quæ ſuperior efficax.

ACanthum eſſe Brancam vrſinam cum ex alijs notis apparet, tum quòd quæ humi procūbunt ampliſsima folia, arearum puluillos inueſtiant, atque adeò ei inſit facultas omnis quam Acantho attribuit Dioſcorides. Porro de Branca vrſina intelligendum, quæ Romana dicitur, non de vmbellifera herba, quam Nicander & Plinius Bupleuron, veteres Græci Bupreſtim appellarunt. Agreſtis Acanthus non perindè cognitus. Folia modicè digerunt, radix deſiccatoria & inciſoria eſt, è tenuibus partibus compoſita.

Anonis CAP. XVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἀνωνίς. Lat. *Anonis.* Ita. *Bonaga.* Gal. Bugraues. Off. Acutella.



Anonis.

ANonis, quam aliqui Ononida apellant, ramos habet fruticoſos, dodrante maiores, frequentibus geniculis cinctos, cauis alarum multis, capitibus rotundis, folijs Lenticulæ puſillis, ad

Rutæ aut pratensis spoti folia accendentibus, subhirsutis, odoratis non iniucũdè olentibus. Muria conditur antè quàm spinosa fiat, cibis gratissima. Rami acutioribus spinis, & ueluti spiculis firmioribus horrent. Radicem mittit candidam, quæ excalfacit, & extenuat. Huius cortex ex uino potus urinam ciet, calculos comminuit, margines ulcerum erodit. Radix cùm decoquitur in posca, dolorem dentium collutione mitigat. Decoctum eius potu hæmorrhoidas sanare creditur.

NAscitur Onotis in cultis & inculcis, eque ramis & radice sese aratro implicantibus, aculeatisq; spinis, queis boues pungit, Resta bouis dicitur. florem Ononis profert croceum, vt plurimum verò purpureum & candicantem, pisellis similem, licet minorem. huius radix arenulas renum per vrinam potenter attrahit, atque adeo comminuit quæ illius vias obstruant. Puluis cum vino epotus par remedium in plerisque conficit. Nec defuit qui ab hernia carnosa magnitudinis non mediocris, desperantibus medicis nisi ferro posse curari, huius ope sanatus sit. Ononidis radix excalfacit tertio ordine, abstergit, incidit, vrinam proritat, renum lapillos effringit. Decoctum colluto inde ore, dolorem dentium sedat.

Leucacantha. CAP. XIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. λευκάκανθα. *Lat. Leucacantha. Ita. Bianca spina.* Gal. Off. Ger. ignota.

L*Eucacantha prædita est radice Cyperi, ualida & amara: quæ manducata dolorem dentium sedat: ueteri laterũ dolori, atque ischiadicis prodest, decocto cyathis tribus ex uino poto. Eadem ruptis conuulsis medetur. Radicis epotus succus eosdem præbet effectus.*

Leucachanta

LEucacantha & Spina alba de qua superius tractatum, non eadem sunt planta. Nempè præter id quòd separatim eas Dioscorides & Galenus describunt, secretas etiam ab inuicem facultates aßignant. Atenim non deliniatis nec à Dioscoride nec à Plinio, folijs, caule, flore, semine Leucacanthæ, haud facilè sit indicare quæ hodie planta sit Leucacantha, Matthiolus licet hæsitãs, hanc Carduum Mariæ dici posse existimat, vt cui insidentes prægrandibus folijs lacteæ maculæ Leucacanthæ nomen inderè potuerunt, & quòd valida sit & amara radice. Leucacantha radix amara est & inciforiæ. In desiccantium est ordine tertio, & excalfacientium secundo.

Tragacantha. CAP. XX.

NOMENCLATVRA.

Græ. τραγάκανθα. *Lat. Tragacantha. Ita. Gomma draganti.* Gal. & Off. Dragantum gummi.


TRagacanthæ radix lata & lignosa, summo cespite nititur, unde surculos humiles, robustos, latißimé fundit, in quibus minuta folia, multa, nonnunquam tenuia exoriuntur, quæ sub se spinas albas, rectas & firmas occulunt. Est etiamnũ Tragacantha lachryma, quæ uulnerata radice manans concreuit. Præstat pellucens, gracilis, læuis, syncera & subdulcis. Cutis spiracula, ut gummi, obstruit. Huius increbuit usus ad oculorum medicamenta, ad tußim, exasperatas fauces, retusas uoces, cæterasq; destillationes, cũ melle in delinctu: subdita quoque linguæ liquescit: & in passo madefacta, drachmæ pondere bibitur contra renum dolorem, & uesicæ rosiones, mixto cornu cerui usto & eloto, aut scißi aluminis momento.

PLanta Hirci spinæ, è qua ferro incisa gummi distillat, quod Gũmi Dragãti vocant, copiosè in Candia, Achaia, Morea, & quibusdam Asiæ partibus nascitur. Quã habemus, è Candia ad nos exportatur & Græcia. Tragacantha similem gummi vim habet, & pari modo desiccat, licet non eadem acrimonia.

Eryngium. CAP. XXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. ἠρύγγιον. *Lat. Eryngium. Ita. Tringo.* Gal. Panicault.



** Eryngium.*

ERyngion aculeatarum generis est. Cuius folia in principio, sale condita, in cibos recipiuntur: lata autem sunt, & extremo ambitu aspera, gustu aromatica. Eryngio, cum adoleuerit complures ramulorum striæ rubent, in quorum summitatibus globosa capitula, durarum acutissimarumq; spinarum ambitu stellatim circũuallantur, quorũ color aliàs uiridis aliàs albus, interdũ cœruleus inuenitur: radix oblõga, lata, foris nigra, internè cãdida, pollicis crassitudine, odorata. Nascitur in asperis & campestribus. Vim habet calfactoriam. Pota menses & urinas pellit, tormina inflationesq; discutit: contra iocinorum uitia, serpentium morsus, & hausta uenena: cum uino prodest. Bibitur aduersus plurima, cum seminis Pastinacæ drachma una. Appensa illitáue, tubercula discutere proditur.

proditur. Pota cum hydromelite radix, opisthotonicis & comitialibus.


ERyngium spectanda foliorum forma, & capitulorum situ, candida, pallida, & cærulea conspiciuntur, carduorum omnium bellissimum, radices habet quæ siccatæ saccharo condiuntur. Adnascitur vna Eyrngij species marinis littoribus, folijs montano maioribus, huius radices teneriores & longiores, ad condiendum magis idoneæ sunt. Hæc idem duo quod maritimi istius Eringij nullam Dioscorides mentionem faciat. Hic submonendi Arabum sectarij, ne Serapionis aliorumue Mauritanorum Secacul (plantã Græcis incognitam) Eryngium esse putent. Nusquam enim Serapio è Dioscoride & Galeno mutuatur, vbi non illorum pariter nomen apponat, nec paribus viribus describantur. Proinde non probè agunt qui Eryngij radices cum Saccharo melle, conditas, ad vehementius incitandam venerẽ offerunt, quod Serapio Secacul, suo nobis ignoto, attribuit. Eringium paululum caliditate à temperatura secedit, subtilis tamen eius substantia, non paruam siccitatem habet.

Aloë. CAP. XXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ἀλόη. *Lat.* & *Ita.* Aloe.
Gal. Aloes. Perroquet.
Off. Alę hepaticulum Succotrinum.

ALoes folium Scillæ similitudinem habet, crassum, pingue, modicè latum, rotundum, retrorsus pandum: folia utrinque gerit ex obliquo spinosa, rariusculè striata, breuia & curta: caulis emittitur non dissimilis Antherico: flos albus: fructus hastulæ regiæ cognatus:



Aloë.

grauitota est odore: & gustu amarißima: radice una, ceu palo, in terram depacta. Plurima præpinguisq; in India gignitur: ex qua coactus succus affertur. Nascitur etiã in Asia & Arabia, in locis quibusdam maritimis: & in iusulis (ut in Andro) non ualde succo extrahendo idonea, sed ad glutinanda ulnera sanè quàm utilis, si detrita illinatur. Duo succi gñera: quoddam arenosum, quod sedimẽtum purißimè esse uidetur. Alterum ad iocinoris imaginem uergit. Eligi debet boni odoris, syncera, quæ nihil doli sensit, nitida, calculorum expers, rufi coloris, friabilis ac iecinoris modo cocta, facilè liquescẽs eximiæ amaritudinis: improbatur nigra, & fractu contumax. Gummi eam adulterant: quod deprehenditur gustu, amaritudine, & ualido odore: eoq; argumento, quòd digitis friata non ad minima usque frusta resoluitur. Noc desunt qui Acaciam immisceant, Natura eius est spissare, exiccare, somnũ allicere & corpora densare, aluum resoluere. Stomachum repurgat binum cochlearium mensura, in aqua frigida aut egelida pota. Sanguinis reiectiones sistit: regium morbum purgat, tribus obolis ex aqua, aut drachmæ pondere in potu. Deuorata cum resina, aut cum aqua uel melle cocto sumpta, aluum soluit. Purgationis perfectæ causa, tribus drachmis sumitur, alijs purgatorijs medicaminibus admista, præstat ut minus stomachum infestent. Sicca glu

ca glutinandis ulneribus inspargitur: uulcera ad cicatricem perducit, cohibétque: eadem peculiariter exulceratis genitalibus medetur: disrupta puerorum præputia iungit: condylomata, rimásque sedis ex passo sanat: hæmorrhoidum abundantiam & sanguinis erumptiones sistit: pterygia ad cicatricem ducit: liuores & insignita, ex melle tollit: priuatim scabras lippitudines, pruriginésque angulorum permulcet: dolorem capitis sedat, temporibus & frōti illita ex aceto & Rosaceo: capillum fluentem continet, cum uino: tonsillis, gingiuis, & omnibus oris ulceribur, cum melle & uino proficit, oculorum medicamentis torretus, in munda & candenti testa, pennáque subinde uersatur, ut poßit æqualiter torreri. Lauatur, ut quod sit arenosißimum, tanquam inutile subsidat, & leue ac pinguißimum assumatur.

IN Aloe diligenda adhibendus est delectus, siquidem magna ex parte adulterata reperitur. Plātæ Aloes nomine, in Italia notißimæ sunt. Aloe desiccantium est ordinis tertij: & sub desinentem excalfaciētiū primum, aut secundi initio. Repercutit simul & digerit. Aliquantum abstersoria est, sed modicè, vt vulneribus nihilum molesta sit.

Absinthium. CAP. XXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἀψίνθιον. Lat. *Absinthium.*

Ital. Assanzo. Gal. Aluyne Absince. Off. Latino nomine.



Absinthium.

Absinthium, aliqui Bathypicron, herba uulgò cognita. Præstantius in Ponto & Cappadocia, in monte Tauro nascitur. Vim habet calfaciendi & astringendi: bilem expurgat, quæ & stomacho & uentri inhæsit: urinam cit, & crapulam præsumptum arcet. Ad inflationes uentris, & stomachi dolores prodest, cum Seseli et Nardo gallico potũ: fastidia discutit, et arquatos sanat madefacti dilutũ, aut decocti ius, quotidie tribus cyathis haustum: menses cit potum, aut cum melle appositum. Contra fungorum strangulationes conuenienter ex aceto bibitur. Aduersatur Ixiæ uenenis cum uino, item Cicutæ, & muris aranei morsibus, & draconi marino. Anginæ eo cum melle & Nitro perunguntur, & epinyctides ex aqua. Ad sugillata & oculorũ caligines ex melle illinitur: item auribus, si manat sanies. Dentium auriumq; dolores decoctum uaporis suffitu compescit. Decoctum in passo dolentibus oculis oblinitur: item præcordijs & iocinori, tritum cũ cerato Cyprino: stomacho quoque longa ualetudine laboranti, cum Rosaceo: cum ficis autem, aceto & loliacea farina, aquæ inter cutem lienosisq; subuenit. Vinum ex eo fit, quod Absinthiten uocãt, præsertim in Propontide & Thracia quo ad antè dicta utuntur, cum febri carent: alioquin in æstate propinãt, & acceptam huic uino incolumitatem referunt. Insparsum arcis

Absinthium,

Absinthium, uestes ab erodentium iniuria uindicat: culices ex oleo perunctum abigit, & à corpore arcet: atramentum librarium diluto eius temperatum, literas à murium erosione tuetur. Existimatur liquamentum eosdem præstare effectus. Attamen potionibus improbatur, quoniam stomachum malè habet, & capitis ciet dolorem. Sunt qui cocta amurca, liquamentum adulterant.

Marinum Absinthium.

CAP. XXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ἀψίνθιον θαλάσσιον. *Lat. Absinthium marinum. Ita. Assenzo marino.* Gal. Barbotine. *Off. Barbotina. Mors uermium.* Ger. Hyercruyt.

ABsinthium marinum, quod aliqui Seriphum uocant, copiosissimum in Tauro monte, iuxta Cappadociam, & in Taphorisi Aegypti gignitur, quo Isiaci pro oliuæ ramo utuntur. Herba est tenuis, Abrotoni parui similitudine, referta minutulis seminibus, subamara, stomacho inimica. Ea grauiter olet, & cum quadam calfactione adstringit: per sese aut cum Oryza cocta, interaneorum animalia, teretesq́ue tineas, adiecto melle, enecat, aluum leuigat: cum edulio autem uel Lenticula decocta, eadem præstare põt. Pecora maximè pinguescũt hoc pabulo. Tertium genus Absinthio aßignatur, quo Gallia alpibus finitima scatet: id patrio nomine Santonicum uocant, regionis in

qua nascitur cognomento, Absinthio non dissimile, uerùm subamarum est, non adeò seminis fœcundum. Eadem quæ Seriphium potest.

TRia Absinthij genera facit Dioscorides, Vulgare, Seriphium, & Santonicum, quod in Gallia cisalpina nascitur. Præcipuum est Ponticum, secundum Santonicum, tertium Seriphium. Abrotonum album, non est Ponticum Absinthium: sicut nec Cypressus herba, marinũ est Absinthium. Seriphium siue marinum à Seripho insula nomen accepit. Eius semen à spetiarijs Alexandrinum semen vocatur. Semen sanctum, Italis Semenzina, & Seme santo, quòd conditum cum Zuccharo pueris vtendum datur ad conficiendos vermes, marini Absinthij (nẽpe exilius) semen non est, sed herbæ quæ in monte Gargano nascitur, & Absinthio nostro vulgari similis est. Marinum Absinthium in Italiæ pluribus maritimis locis prouenit. Absinthium simul amarum est, astrictorium, & acre, & peræquè excalfacit, abstergit, roborat, & desiccat. Calidum est primo ordine, siccum tertio: & succus herba calidior.

Abrotonum. CAP. XXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αβρότονον. *La. Abrotonum. Ita. Abrotano.*
Gal. Auronne. *Off. Latino nomine.*
Ger. Stabwurtz.

ABrotonum duorum est generum. Fœmina quadam arboris specie fruticans, candicat, circum ramulos folijs, seriphi modo, minutim incisis: floribus referta est, comantibus in summo, fulgore auri, corymbis: quod per æstatem prodijt, suauiter olet, cum grauitate quadam, & amaro gustu. Id genus Siculũ esse constat. Alterum mas uocatur, sarmentosum, gracilibus ramulis uti Absinthium. Plurimum in Cappadocia gignitur, & Galatia Asiatica, atque in Syriæ Hierapoli. Crudum semen tritum & feruefactum ex aqua, in potu auxiliatur orthopnoicis, conuulsis, ruptis, coxẽdicibus, urinæ angustijs, mensibus suppres-

sis



ſis, aut remorantibus. In uino potum exitialium uenenorum antidotum eſt: horroribus ex oleo illinitur: ſerpentes & ſubſtratu & nidore fugat: contra ictus eorum cũ uino potum prodeſt, priuatim efficax contra ſcorpionũ & phalangiorum uenena: oculorum inflammationibus commodè illinitur, cum cotoneo cocto, aut pane: tritum cum farina hordeacea, decoctumq́ue, tubercula diſcutit: irini compoſitionibus admiſcetur.

Abrotonum.


ABrotonum mas vulgaris eſt noticiæ, & itidẽ Abrotonum fœmina, id Itali vt nos, Cipreſſo, & Santolina vocant. Abrotonum tertij eſt deſiccantium & excalfacientium ordinis. Terrenæ eſt ſubſtantiæ, quæ è multo calore ſubtilis euaſit. Digerit & incidit plus Abſinthio, ob minorem nimirum acerbitatem, quæ guſtu deprehenditur: & quòd ſtomacho inimicum eſt, vt Seriphium: cum è diuerſo Abſinthiũ gratum, amicum, & nihil noceat ſtomacho. Amarus etenim ſapor ſolus ſtomacho in totum incommodat: Contra amiciſsimus auſterus, acerbus, & aſtrictorius, Porrò in diuerſæ qualitatis planta, ea vincet quæ potentior fuerit.

Hyſſopum. CAP. XXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Υσσωπος. *Lat. Hyſſopum. Ita. Hiſſopo.* Gal. Hiſſope. *Off. Latino nomine.*

Hyſſo



Hyssopum.

HYssopum, herba nulli non cognita, duũ generum est: montanum & hortense. Optimum est Cilicium. Vim habet extenuandi & calfaciendi. Decoctũ cum ficis, aqua, Melle, et Ruta, potumq́ꝫ, peripneumonicis, diuturnæ tussi, suspiriosis, destillationibus, & orthopnoicis auxiliatur: tineas enecat. Idem facit, si cum melle delingatur. Crassum humorem per aluum extrahit, decoctum ex aceto mulso epotum: & ad subducendam aluum, cum ficis uiridibus detritis manditur: uehementius, addita Iri, Cardamomo, aut Irione, deijcit: colorem in corpore fouet: lieni, & aquæ inter cutem, cum Fico Nitroq́ꝫ, inflammationibus quoque ex uino illinitur: cum feruente aqua impositum, sugillata discutit: cum decocto ficorum, optimè anginis gargarizatur. Decoctum cum aceto, dentium dolorem in collutione sedat: inflationes auricularum uaporis suffitu discutit.


NEquicquam dubitandum Hyssopum nostrum vulgarem, Dioscoridis esse Hyssopum, vt non in Hyssopum montanum ea ducẽda est, quem herbarij Gratia dei, & Itali, Stanca cauallo nominant. Humidis & paludosis nascitur, palmo pauxillum altior, latis vt in Hyssopo folijs, flore albo aut purpurascente, qui inter folia per totum penè caulem

emi

emicat. Summæ in gustando amaritudinis, qua cum stipticum quippiã sentitur. Manducata aut pota choleram & flegma soluit innocuè. Redacta in puluerem, plagas (inspersa) breui tempore coagmentat. Hyssopus tertio ordine excalfacit & desiccat, & tenuium est partium.

Stœchas. CAP. XXVII.


NOMENCLATVRA.



Stœchas.

Græ. Στίχας. *Lat. Stœchas. Ita. Stecha.* Gal. & Off. Sticha-dos.

STœchas, iuxta Galliam in insulis eiusdem nominis è regione Maßiliæ gignitur, unde cognomentum accepit. Herba tenuibus surculis, coma Thymi, longiore folio, subamara gustu, & aliquantum acris. Cuius decoctum, Hyssopi modo, ad pectoris uitia efficax est. Antidotis miscetur



* Spica.



Lauendula.

ſcetur. Viſcera omnia, & uniuerſum animantis habitum extenuat, ab obſtructionibus & farctu liberat.

STichas in Narbonenſi prouincia, & Stichadibus inſulis quæ ex aduerſo Maßiliæ ſitæ ſunt, & in Arabia naſcitur, vnde maxima ex parte cum Alexandrinis mercibus Venetijs importatur, Naſcitur & in Gargano Apuliæ monte, Narbonenſi tamen & Arabica inferior. Stichas guſtu amara eſt, & modicè aſtringit. Terrena ſubſtantia, frigida, aſtrictoriam: alia terrena, ſubtilis reddita, & denſior, amaram efficit.

Origanum. CAP. XXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὀρίγανος. ὀνῖτις. ἀγριορίγανος. *Lat.* *Origanum. Onitis. Origanum ſylueſtre. Ita. Origano.*

Onite

Onite. Origano saluatico. Gal. Origan. Off. nomine Latino.



Origanum.

ORiganum Heracleoticum, quod & Cunilam uocant, folium habet Hyssopo non dißimile, umbellamq́ non in rotæ speciem orbiculatam, sed ueluti multifidam, semine in summis uirgis haudquaquam denso. Excalfacit: unde decoctum cum uino potum, demorsis à serpente conuenit. Si Cicutam aut Meconion hauserunt, ex passo: si Gypsum aut Ephemerum, ex aceto mulso propinatur. Ruptis, conuulsis, hydropicis, cum fico esui datur. Aridum acetabuli mensura potum in aqua mulsa, atros humores per aluum extrahit: menses ciet, & tußi cum melle linctum medetur: ad pruriginem, psoras, regiumq́ morbum, decocti ius in balneis prodest. Succus uirentis tonsillas, uuam, & oris ulcera sanat: & per nares, ex oleo Irino infusum, trahit: aurium dolores cum lacte mulcet. Conficitur ex eo, & Cepis, & Rhois frutice, quo ad obsonia utuntur, uomitorium medicamentum, & his omnibus in cupreo uase per dies bis uicenos insolatis, dum caniculæ sydus flagrat. Herbæ autem

substratu serpentes fugantur. Quæ Onitis appellatur, candidiore est folio, & Hyssopo similior. Semen ueluti coniunctos corymbos habet. Vis ei Origani Heraclei, sed multò inefficacior. Syluestre Origanum, aliqui Panaces Heraclion, alij Cunilam uocant, ex quibus est Nicander Colophonius: Folijs est Origani, ramis tenuibus, dodrantem altis, in quibus umbellæ Anethi insunt, flores candidi: radix tenuis, superuacua. Peculiariter percussis à serpente, folia & flores ex uino poti auxiliantur.

Tragoriganum. CAP. XXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. τραγορίγανος. *Lat. Tragoriganum. It. Tragorigano.* Gal. Mastic. Off. herba Masticina. Ger. ignota.

Tragoriganum tenuis frutex est, syluestri Serpyllo aut Origano similis, folio & ramulis. Quibusdam in locis lætius uirentiusque inuenitur, & latioribus folijs, satis glutinosum. Alterum exilibus surculis, ac tenuibus folijs, quod aliqui Prasium uocauere. Optimum est Cilicium, & Cretense, & & Smyrneum, & in Chio Chooque prouenîens. Omnia excalfacient, urinam cient, aluo accomodantur, decocto poto bilem deijciunt, lienosis ex aceto bibere prodest, contra pota ixiæ uenena in uino bibuntur, menses trahunt: peripneumonicis, tussiẽtibus, ex melle in eclegmate dantur. Grata ac mitis eorum potio est: quare cibum fastidientibus & stomacho acida ructãti, imbecilloque traditur. Item si à marina iactatione nausea, & æstus præ

æstus præcordiorum excitetur: tumores uerò cum polenta illita discutiunt.

ORiganum Heracleoticum & Onite in Italia non nascitur, forsitan nec in alijs Europæ locis. Quod autem vulgo Origanum dicitur, syluestre est Origanum, nempe quòd in syluis, non satum, proueniat. E Candia siccum Origanum affertur, flore albo, acerrimi & odorati gustus. Id Tragoriganum duci potest, quantumuis pro vero Origano in seplasijs venundetur. Siquidem scribit Dioscorides Tragoriganum in Cilicia, Choo, Chio, Candia, & Smyrna nasci. Quod non perindè de Heracleotico ducit. Origani desiccant, incidunt, & excalfaciunt tertio ordine. Præterea Tragoriganum adstrictorium est. Italico Origano, in aliorum omnium vicem, è Matthiolo vti possumus.

Pulegium. CAP. XXX.


Pulegium.

NOMENCLATVRA.

Græ. γλήχων. *Lat. Pulegium. Ita. Pulegio.* Gal. Pouliot. Off. Latino nomine. Ger. Poley.

PVlegium herba uulgaris notitiæ. Extenuat, calfacit, decoquit: mẽstrua, secundas ac partus eijcit, pulmonis uitia ex melle & Aloe potum extrahit, & conuulsis auxiliatur, nauseas stomachique

intercisiones, ex posca permulcet: atram bilem per aluum exigit. Bibitur in uino utilißimè contra serpentium morsus. Defectos animo recreat, cum aceto naribus obiectum: gingiuas arefacti cinere corroborat: illitum cum polenta inflammationes omneis sedat: podagris per se subuenit, impositum usque dum rubescat locus: cum cærato uaros extinguit: lienosis cum sale utiliter illinitur. Decoctum eius ablutas prurigines mitigat, conuersas uuluas corrigit, contra inflationes duritiasq; uuluæ, in desessiones conuenienter adijcitur. Vocant aliqui Blechona, quoniam dum floret gustatum à pecoribus, balatum concitat.

Est Pulegium mas flore albo, fœmina rubeo. Nascitur in Italia, & Gallijs, sed præcipua laus ei qui in Prouincia Romana prouenit. Est vbi mas tantũ repperiatur. In valle Anania, & propinquis Germaniæ locis in hortis seritur, cum acribus alijs herbis. Folia habet Nepetæ similia: acri gustu est & amariusculo. Ad hæc potisimè excalfacit & desiccat.

Dictamnum. CAP. XXXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. δίκταμος. Lat. Dictamnum. Ita. Dittamo. Gal. Gimgembre de iardin. Off. Diptamum.

Dictamnum, aliquibus syluestre Pulegium uocatur, Cretensis herba est, acris, læuis, Pulegio similis, sed maioribus folijs, quæ tomento quodam spissaq; lanugine pubescunt. Florem nullum aut semen profert. Præstat omnia quæ satiuum Pulegium, sed efficacius multò, non potum modò, sed appositum quoque aut suffitum, defunctos partus eijcit. Produnt in Creta capras sagittis percussas, huius herbæ pastu eas excutere. Purgandi uim habet succus, illitus, aut cum polenta tritus. Herba

impactos pedibus reliquóue corpori aculeos, illitu refigit. Ad lienis dolorem efficax habetur: siquidem ipsum imminuit. Metunt æstate & autumno. Radix eius gustu calfacit, partus accelerat. Succus cum uino potus, contra serpentium morsus præsidio est. Tanta herbæ facultas est, ut olfacta abigat bestias, quæ uenenato ictu sæuiant, appensaq; contactu exanimet. Vulneribus ferro illatis, & uenenatis morsibus, infusus succus præsentaneo est remedio, si etiã ab instillatione statim in potu assumatur. Quod Pseudodictamnum uocant, multis in terris nascitur, antè dicto simile, sed minus quàm illud acre. Eosdem effectus præbet, sed inefficacius multò. Defertur à creta alterum Dictamni genus, folijs Sisymbrij, ramis maioribus: in quibus flores syluestris Origani, nigri, molles: odor foliorum inter Sisymbriũ & Saluiam iucundissimus. Efficax ad eadem, sed minus nares ferit. Miscetur emplastris & medicaminibus, quæ aduersus serpentium iniurias confinguntur, Theriaca uocant.

HAbet vera Dictamnus Pulegij folia, dẽsa vtrinque lanugine vestita, quibus solis medicinam facit, lignosas radices quarũ rarus est vsus. At quæ vulgo in seplasijs Dictamnus habetur, fraxineis est folijs, glabris, solis radicibus medicatur. Quò apparet nos vera Dictamno carere. Cum tamen constet veram Dictamnum è Creta Venetias afferri, hic eniti summoperè debent pharmacopolæ, vt non ex aliorum sermone, sed ò proprijs notis deprehensum & cœmant, & in suas officinas inuehant. Dictamnus Italica, quam albam vocant, & quidã à fraxini foliorum similitudine, Frassinello, flores habet flagrantissimi odoris, leues & vagos: radicem amaram, & ideò intestinorum vermes conficit. Medetur hæc venenis & venenatis quorumuis animalium morsibus. Stomacho prodest, & queis strictum est pectus. Aqua quæ è flore, in Mariæ balneo conficitur, absque eo quòd odoris est eximij, naribus attracta, antiquæ capitis frigiditati admodum prodest. Dictamnus subtiliore quàm Pulegium est substantia, cætera similis. Pseudodictamnus, & alia Cretensis Dictamnus ad nos non afferuntur, licet sint qui dicant hanc postremam, vulgarem nostrum esse Dictamnum.

Saluia. CAP. XXXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ἐλελίσφακος. *Lat.* & *Ita. Saluia.*
Gal. Saulge. Off. Latino nomine. Ger. Salbey.



Saluia maior.



Saluia minor.

Saluia siue Elelisphacon frutex est ramosus: longus, uirgas habens quadrangulas, & canas: folia mali Cotonei effigie, sed longiora, asperiora, crassiora, & quæ sensim attritarum quasi uestium scabritiem referant, hirsuta, subalbida, perquàm iucundo odore, sed graui: semen summis in caulibus syluestri Ormino simile gerit. In asperis nascitur. Menses cit & urinas

urinas, decoctum foliorum ramorumq́ potum: partus extrahit: Pastinacæ marinæ ictibus auxiliatur. Capillos denigrat, uulnerum sanguinem cohibet, tetra ulcera purgat. Testium pruritus sedant rami foliáque, si decocto eorum foueantur.

SAluia nota est planta, domestica quam francam vocant, & syluestris quæ candidior est, & in totum hispidior. Nec *tamen illa est, ne quis fallatur, quam officinæ* Centrum *galli vocant.* In Candia *& aliquot regni* Neapolitani *locis, fructum* Saluia *producit colore cæsio, gallæ quercinæ similitudine .* Saluia *manifestè excalfacit, & leniter adstringit.*

Mentha. CAP. XXXIIII.



Menta satiua.



Menta satiua altera.

NOMENCLATVRA.

Græ. ἡδύοσμος. *Lat.* Mentha. *Ita.* Menta.
Gal. Mente. Off. Latino nomine.

Mentha, cognita herba est. Calfaciendi, adstringendi, atque exiccandi uim habet. Sistit sanguinem, poto ex aceto succo, tineas in uentre teretes enecat, uenerem stimulat, singultus, uomitiones, cholerasq́ sedant terni ramuli cum acidi granati succo poti. Suppurationes discutit, si cum polenta illinatur. Imposita fronti, capitis dolores mulcet: mammas, si tendantur, aut lacte turgeant compescit: cum sale canum morsibus illinitur: aurium doloribus cum aqua mulsa subuenit: uuluæ ante coitum admota, cõceptioni resistit: linguæ scabritiem confricta leuigat: coire lac, densariq́ in caseum non patitur, si folia potionibus lactis immergantur. In summa, stomacho utilis est, & in condimentis peculiarem gratiam habet. Syluestris Mentha, Latini Menthastrũ uocãt, hirsutiore est folio, & prorsus maiore, quàm Sisymbrij, grauiori odore: quare minus ad sanorũ usus expetit.

Mentha & Mentastrum notæ sunt plantæ, Galeno & Dioscoridi ad accendẽdam Venerẽ validæ, Acres & calidæ tertio ordine, quã uis cultura humidiorem domesticam reddat. Mentha amara, & aliquãtum acerba, & subtilissimis constat partibus.

Calamintha. CAP. XXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Καλαμίνθη. *Lat. Offic. & Ital. Calamintha.*
Gal. Calament. Ger. Fisch mintz.

Ex Calaminthæ generibus quædam montibus familiaris, folia Ocimi habens incana, surculos aridos, & caules angulosos, purpureum florem. Altera Pulegio similis est, sed maior: quam syluestre Pulegiũ ideo appellarunt, quòd odore ipsum æmuletur, Mepetam Latini uocitant. Tertia Menthastro cognata est, folijs oblongioribus, caule & ramis maioribus quàm superioris, sed uiribus inefficacior. Omniũ folia gustu impensè feruentia & acria: radix superuacua. Nascitur in campestribus aspe



* Calamintha.

asperis & aquosis. Potu aut illitu demorsis à serpente opitulatur. Decoctum potu menses & urinas expellit: ruptis, conuulsis, orthopnœæ, torminibus, choleris, horroribusq; auxiliatur regiū morbum expurgat: præsumpta in uino uenenis resistit: tineas cæteraq; interaneorum animalia, cum sale & Melle pota, enecat: nec secus cocta crudáue, si teratur. Elephanticos esitata adiuuat, si postea serum lactis ebibatur. Folia detrita si in uellere subijciantur, menses extrahunt, & partus enecant. Accensa aut substrata, serpentes fugant: nigris cicatricibus candorem reddunt, in uino cocta, & illita, sugillata tollunt. Calamintha ischiadicis imponitur, ut ex alto humores euocet, summā cutem exurens. Vermes necat succus auribus instillatus.

MAtthiolus in altißimis vallis Ananiæ montibus Nepetam montanam frequenter collegit, folijs Ocymo similibus & incanis, surculis angulosis, flore purpureo, & in ipsa valle, tertium genus Mentastro cognatum, sed acrius, & magis incanum. Idem caltariam herbam, quæ Italis, Herba gatta, secundum sed nec tertium. Nepetæ genus non esse contendit, quòd herba cattaria folijs cōstet in totum Vrticæ & Melissophylli, & non, Pulegij syluestris. Latina vox est Nepeta, Græca Calamintha. Videant Herbarij & pharmacopolæ vt has Nepetæ vel Cala

mēthæ species, probè & è Dioscoride discernāt. Nepeta *subtilis substātiæ, sicca & calida est tertio ordine, gustu acri, & aliquantum amaro.* Mon-*tana reliquis valentior.*

Thymum. CAP. XXXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. θύμος. *Lat. & Off. Thymus. Ita. Thimo.*
Gal. Mariolaine d'Angleterre.
Thym. Ger. Thymim.



Thymum.


Thymum ab omnibus cognoscitur, surculosus frutex, exilibus folijs multis & angustis circundatus: capitulis in cacumine, flore purpureo refertis. Gracili solo et petroso prouenit. Vim habet hanc, ut cum sale & aceto potum, pituitam per aluum detrahat. Decocti ius prodest orthopnoicis, & anhelatoribus: tineas uētris exigit: menses, partus, & secundas pellit: urinas ciet: cum melle & eclegmate: faciles facit excreationes: recentes tumores discutit, cum aceto illitū: concretum sanguinem dissoluit: uerrucas Thymi colorem reddentes,

tes, pensilesq́; tollit, ischiadicis cum uino & polenta impositum subuenit: hebetibus oculis in cibo prodest. Perquàm utile pro condimento, duntaxat ad usus eorum qui rectè ualent.

THymum duarum est specierum. Selectum, quod flore est purpureo, nec hoc viribus inferius, quod album florem profert. Itali Apulum summopere æstimãt. Candianum spicatis est capitulis, & odore flagrantissimo. Thymum aromaticum seplasiæ vocant. Thymum potenter calidum & incisorium est.

Satureia. CAP. XXXVI.

NOMENCLATVRA.



Satureia.

Græ. θύμβρα. *Lat.* *Satureia. Ita. Coniella.* Gal. Sarriete. Ger. Saturey.

SAtureia triuialis notitiæ est: gignitur in asperis locis, & tenui solo, Thymo similis, minor tamen & tenerior. Defert spicam florum plenam, coloris herbacei. Eadem potest quæ Thymum, si modo consimili sumptitetur. Aptus sanis usus. Est etiamnum quædam satiua, syluestri prorsus minor, quæ propter mitiorem acrimoniam, commodius in cibos recepta est.

Quam

QVam Græci Thymbram, Latini Cunilam vocant. hæc domestica est, & syluestris. Domestica tantum, Satureia dicitur. Syluestris odoratior est, gustu acrior, Thymoq; proprio effectu validior: Satureia verò imbecillior, sed cibis aptior.

Serpyllum. CAP. XXXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ερπυλλος. Lat. & Offic. Serpillum. Ita. Serpillo. Gal. Serpoullet.



Serpyllum.

SErpyllum duorum generum est. Hortense odore Sampsuchum imitatur, atque in coronas addi solet, cui à serpendo nomen inditum est: quoniam si qua eius particula terram attingat, inibi radices demittet. Folia & ramulos Origani habet, sed candidiores: in maceriis multò procerius assurgit. Syluestre, Zygis appellatum, non serpit, sed in altitudinem increscit, ramulos ædens tenues, surculosos, foliis refertos longioribus quàm Rutæ, & duriori

rigoribus, angustis: flores iucundè olent, gustanti acres: radicis nullus usus. Nascitur in petris, satiuo efficacius, atque magis excalfaciens, & ad medendi usum aptius. Menses trahit, urinam potu ciet, torminibus ruptis, uulsis, & iocinoris inflammationibus auxiliatur, & aduersus serpentes potu illitúue. Capitis dolores mulcet coctum, adiecto Rosaceo, & madefactum in aceto: maximè uerò phreniticis & lethargicis conuenit. Cruentos uomitus sedat succus, drachmis quatuor ex aceto potus.

Ipsa experientia docet satiuum Serpillum non serpere, sed è Plinio in palmi altitudinem sese subrigere. Est syluestre Serpillum nulli non notum, id serpit. Eò fit vt inuersus Dioscoridis textus esse videatur. Calidum est & acre Serpyllum. Satiui ingens est apud Thuscos copia, & ea de causa errant, qui id Pulegium nostrum esse putant.

Sampsuchũ. CAP. XXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σάμψυχον. *Lat. Sampsuchum. Ita. & Off. Maiorana.* Gal. Mariolaine. Ger. Meyeron.

Sampsuchum in Cypro & Cyziceno laudatißimum: secundum sibi locum uendicauit Aegyptium. Amaracum gens Sicula & Cyzicena appellat. Herba est ramosa, per terrã repens, folijs eius Calaminthæ, quæ tenui folio constat, Leptophyllos appellatur, hirsutis & rotundis. Suauißimum odorem spirat, ideo coronis inseritur. Vis eius excalfaciens. Succus decocti potus, conuenit incipientibus hydropicis, & ijs quos urinæ difficultas, aut tormina excruciant. Illita ex melle arida folia, sugillata tollunt: menses subdita in pesso trahunt: contra scorpionis ictũ ex aceto et sale illinunt: luxatis tumoribusq́; cerato excepta imponun

imponuntur: aduersus oculorum inflammationes, tumoresq; cũ polline polentæ illini prodest. Acopis malagmatisq; calfaciendi gratia, commiscetur.

SAmpsuchus & Amaracus idem sunt. Nam quod de his diuersis capitibus à Galeno & Paulo tractatur, ea causa est quòd per Amaracum, Marum intelligunt, simile quidem Sampsucho, nisi quòd amarius est et odoratius: & Cizici Marum, Amaracus vocabatur. Sampsuchus tenuium est partium, tertia classe digerit, desiccat, & excalfacit. Porrò Amaracus, Galeno & Paulo, non aliunde Marum est, quàm è codicum corruptela, (vt doctorum iudicium est) in queis aliquà Amaracus inscriptus, vbi Marum esse debuerat.

Melilotos, siue sertula Campana.

CAP. XXXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μελιλωτος. *Lat. Sertula campana. Ita. Sertola campana.* Gal. Coronne de Roy. *Off. Melilotus.* Ger. Klauren.

SErtula Campana laudatißima in Attica, & Cyzico, & Chalcedone nata: cuius odor uicinus est Croco, boni odoris. Nascitur & in Campania circa Nolam, colore in luteum languescente, odore infirmo. Vim habet adstrictoriam. Inflammationem omnem emollit, præsertim quæ in oculis, uulua, sede, aut testibus erumpat, si ex passo cocta illinatur: interdum autem addito oui luteo assato, aut Fœnigræci farina, Lini semine, aut polline, capitulis Papaueris, Intybóue. Recentes meliceridas per se cum aqua, & ulcera manantia in capite, illita cum creta Chia, uino aut Galla sanat. Stomachi dolores & cruda & cocta cum aliquo ex antè dictis leuat: doloribus aurium mitigandis cruda

ex



Melilotus.



Melilotus Italica.

ex passo instillatur: in aceto aut rosaceo madefacta, capitis dolorem lenit.

OFficinarum Melilotus, vera est (quam quarto libro describit Dioscorides) Lotus vrbana, Præcellens Melilotus in regni Neapolitani Campania multis in locis nascitur, indeq; semen & flos in alias regiones cœperunt exportari. Mixtæ est facultatis, cum aliquanta astrictione, digerit tamen & maturat, siquidem calida in eo substantia, frigida valentior est. Huius semen Serapioni in vsum medicinæ cedit.

Marum. CAP. XL.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μάρον. *Lat. Marum. Ita. Maro.*
Gal. Proprium & certum nomen non habet. *Off. Lat. nomine.*

Marum

Marum herba cognita uulgò, surculosa, flore Origani, folijs multo longioribus, flore odoratiore. Vim habet Sisymbrio consimilem. Substringit enim & modicè calfacit: qua de causa illitu serpentia ulcera sistit, & in calidas illitiones additur. Iuxta Magnesiam & Tralleis copiosissima gignitur.

Marum Galeno & Plinio peregrina herba, huic Aegyptia, illi Asiatica & Cizicina: hoc quidam Maioranam nostram gentilem seu minutam putant, verum cum Plinius inter peregrina odoramenta recenseat, vt hanc non in Europa nasci credamus, facit. Porrò, Marum, vt iam dixi, Amaraco amarius & odoratius est. Attamen Mari vicem, Amaracum nostrum minutum, supplere sine noxia poterit.



Acinos.

Acinos.

CAP. XLI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ακινος. Lat. Acino. Ita. Acino. Gal. Basilic menu. Off. ignota. Ger. Klein Basilien.

Acinos aut Aconos à Græcis dicitur, tenui siccoq́ ramulo herba, Ocimo similis, odorata, sed hirsutior, qua coronæ factitantur: à nõnullis olitoribus colitur. Menses & aluum pota sistit. Illita

panos

panos ignemq́ sacrum sanat.

ACinos Ocymum Caryophillatum esset, ni Plinius diceret, Acinon nullum florem producere, at nostrum hoc Ocymum floret sub autumni initium. Adde his, Acinos, ramulis & folijs hirsutior, & odore Ocymo inferior est. Manardus & Matthiolus in illustranda medicina præstantes viri, (Si quidem Acinos in Italia nascatur) herbulam esse opinantur, quæ in agrorum limitibus & semitis nascatur, hirsutam, & aliquantum odoratam, cui à quibusdam Basilici syluestris nomen inditum est.

Baccharis. CAP. XLII.

NOMENCLATVRA.

Gr. βάκχαρις. Lat. Baccharis. Ital. Bacchara. Gal. Gant de nostre Dame. Off. ignota.

BAccharis herba fruticosa, quæ in coronas additur: cuius folia aspera sunt, media Violæ & Verbasci magnitudine: caulis angulosus, cubiti altitudinem petēs, aliquantulum asper, non sine appendicibus adnatis: flore purpureo, subalbicante, odorato: radicibus Veratro nigro similibus, quibus odor inest Cinnamomo proximus. Asperum squalidumq́ solum amat. Radix in aqua decocta ruptis, uulsis, ex alto præcipitatis, spirandi difficultati, salutaris. Item diuturnæ tußi, & urinæ difficili: menses pellit: contra serpentium morsus utilißimè datur in uino. Recens radix apposita, partum extrahit. Puerperis eius decoctum in desesßionibus prodest. In diapasmata utiliter inseritur, iucundi odoris gratia. Folia ut potè quæ adstringant, capitis doloribus illitu prosunt: oculorum inflammationibus, mammis tumentibus à partu, ægilopijs incipiētibus, ignibusq́ sacris auxiliātur. Odor somnum gignit.


BAccharis, viuida & potēs, nō est Asarum, cuius hactenus vice Baccharis vsus increbruit. Ruellius, Diuæ Mariæ chirothecas (nam her-

ba est hoc apud Gallos *nomine*)*esse putat*. Matthiolus *eorum opinionem improbat, qui* Baccharem *Caprifolium existimant, herbam quæ* Officinis Matrissylua, *&* Italis *Scarleggia domestica vocatur, nēpè radicibus non ea quam requirit* Dioscorides *similitudine ad* Veratrum *nigrum accedentibus: & odore nihilum* Cinnamomo *propinquo*. *Siquidem radicibus constat raris, candicantibus, gracilibus, & inodoris*. *Et eò coniici difficile esse*, Baccharem *in* Italia *reperiri*. *Quid de* Galliis *sperandum, quæ magis ad septentrionem vergunt, eam ne herbam producere, quam* Galenus *dicat odore* Cinnamomo *simili, coronariam, & acrē? Conferant, qui limato sunt iudicio, ac sententiam ferant*.

Ruta. CAP. XLIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. πήγανον. *Lat Ita. & Off.. Ruta*. Gal. Rue.



Ruta.

RVta montana syluestrisq́ue, satiua & hortensi acrior est, & in cibis damnata: satiua uerò quæ sub Ficu arbore enascitur, magis in cibos admittitur. Vtraque urit, calfacit, exulcerat: urinam ciet, menstrua pellit, aluū sistit potu cibóue: letalium medicamentorum antidotum est, si semen ex uino, acetabuli mensura, ebibatur. Folia per se præsumpta, aut cum nuce iuglande, aridisq́ue ficis, inefficaces uenenorum uires reddunt: contra serpentes simili modo sumere conuenit: genitură cibo potúue extinguit: cum Anetho sicco decocta, tormina sedat. Facit ad pectoris laterūq́ue dolores: difficultatē spirādi, tusses, pul-

monis

monis inflãmationẽ, coxẽdicũ articulorũq; cruciatus & horro-
res febriũ circuitu repetẽtes, pota ut antè dictũ est. Itẽ ad infla-
tiones coli, uuluæ, rectiq; intestini, cũ oleo decocta & infusa. Fœ
minas uuluæ strangulatu liberat, si à genitali sedetenus cũ melle
subijciatur. Feruefacta ex oleo, & pota, uentris tineas excutit:
articularijs doloribus ex Melle, aquæ inter cutẽ cũ ficis illinitur.
Eisdẽ in potu auxiliatur, decocta in uino ad dimidias partes, &
oblita. Cruda cõditaq; cibo, uisus aciẽ excitat: dolores oculorum
illita cũ polẽta lenit, doloribus capitis cũ Rosaceo & aceto illita
auxiliatur: profluẽtẽ naribus sanguinẽ sistit, trita & indita: te-
stiũ inflãmationibus cũ laureis folijs imposita, & eruptionibus
papularũ cũ Myrto & cerato prodest. Cũ pipere autẽ, uino &
Nitro affricta, albæ uitiligini medet̃. Cũ eisdẽ illita, formicatio-
nes tollit, & uerrucas quæ Thimi florẽ repræsentãt: cõtra impe-
tigines cũ alumine & Melle utilißimè imponit̃. Succus in mali
Punici calyce calfactus, auriũ dolori efficaciter infundit̃: hebetu
dinẽ oculi qui sensere, Ruta cũ Fœniculi succo ac Melle perũcti iu
uãtur: ignẽ sacrũ, ulcera quæ serpũt, aut in capite manãt cũ aceto
Rosaceo & Cerusa persanat. Mãsa alliorũ ceparũq; acrimoniã
domat. Mõtana si copiosius estur, interficit. Dũ florẽ promit, &
ad murias colligitur, cutẽ inflat: & rubore quodã inficit, cũ pru
ritu ac uehemẽti inflãmatione. Oportet itaq; eã unctis antea ma
nibus & facie colligere. Tradũt succũ gallinaceis pullis inspar-
sum feles arcere. Adijciũt eã quæ in Macedonia circa Haliacmõ
amnẽ prodeat, comedẽtes interimere. Montosus autẽ is locus, ui-
peris scatet. Semẽ eius potũ, cõtra intestina uitia efficax est: in an
tidota cõmodè addit̃: cõtra incõtinẽtiã urinæ tostũ, semẽ septenis
diebus potui datur. Radix huius montanũ Moly uocatur. Sylue
stris Ruta satiuæ similis est. Prodest comitialibus & coxẽdicũ
doloribus: mẽstrua mouet, partus enecat. Acrior est uiribus quã
hortensis, & ualidior. Syluestris, utpotè noxia, cibis abdicatur.

Syluestris ruta. CAP. XLIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. πήγανον ἄγριον. *Lat. Syluestris ruta*
Ita. Ruta saluatica.
Gal. Rue sauuage. Off. Harmela.

Vocant etiamnum syluestrem Rutam, quod in Cappadocia & Galatia Asiæ finitima Moly dicitur. Frutex est qui ab una radice multos emittit cauliculos: folijs multò quàm alterius Rutæ longioribus, tenerioribusque, odore graui: flore candido: capitulis in cacumine paulò maioribus, quàm satiuæ Rutæ, quæ tribus maximè partibus constat: in quibus triangulum semen, subrufum, gustu amarum recluditur, cuius est usus. Semen autumno maturescit: quod cum melle uino, Croco & Fœniculi succo, ac gallinaceo felle, teritur contra retusam oculorum aciem. Sunt qui eam Harmalam uocent, Syri, Besasan. Qui Cappadociam incolunt, Moly, quoniam quandam cum Moly seruet similitudinem: radice nigra, flore candido. In collibus, & læto solo prouenit.

Moli. CAP. XLV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μῶλυ. *Lat. Moly.*
Ita. Moli.
Gal. Off. & Ger. ignota.

Moly folia habet Graminis latiora, humi sparsa: florem albæ Violæ similem, sed minorem, lactei coloris: caulem

lem candidum, quaternum cubitorum, in cuius cacumine inest aliquid quod Allij speciem referat. Radix parua, bulbosa, quæ mirum in modum ualet ad aperiendas uuluas, si trita cum Irino unguento, in pesso subijciatur.

RVta & hortensis & syluestris notæ cuiuis sunt plantæ. Syluestris (non de hac loquor cui 44. Cap. peculiare fecit Dioscorides) in campestribus nascitur, & montibus iuxtà Montem Pessulanum, & alijs calidioribus Galliarũ locis. Italiæ in montibus Diui Valentini, & Gargano, & Goritiano comitatu. Domesticæ similis est, nisi quod acrior & odoris grauioris. Ruta syluestris in excalfacientium est ordine quarto, domestica tertio. Herbæ non acres tantum, sed etiã amaræ. Digerunt, & potenter desiccant. Rutæ in venena virtutem nouere Mustellæ, hac siquidem se præparant cum serpentibus dimicaturæ. At Ruta syluestris qua de separatim tractat Dioscorides, cuiusque natales peregrinos facit, differt à Ruta syluestri, cuius præcedenti capite mentionẽ facit. Galeno, radice est nigra, flore lacteo. Reperitur in Gallia Narbonensi cum omnibus notis, quas ab ea Dioscorides expostulat. Præter has tres Rutæ species, est etiam Ruta capraria, quem Itali Galega vocant, & Thusci, Lauanese. Nascitur in ipsis fossarum summitatibus, Fœnogræco similis. Huic mirandam vim in pestem attribuunt, in venena, & maximè serpentiũ, cibo sumptæ, seu illitæ morsui. Pota semiũciæ pondere, pueros sanat epilepticos, Attamẽ hæc Ruta capraria, nõ est Polemonia. Moly Homero, ad excutiendas fascinationes valentissimum, inuentori Mercurio tribuitur, radice rotũda nigraq;, magnitudine Cepæ, Folio Scyllæ, flore candido, Græcis alijs luteo. Plinius Moly sibi allati meminit, in Campania ægrè inter difficultates saxeas effossi, radice triginta pedes longa, ac nec sic quidem solida, sed abrupta. Moly nostro tempore ignotum. nec est, qui è locis vbi nascitur, proferat.

Panaces. CAP. XLVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. πανακὲς ἡράκλειον. *Lat. Panaces heracleum.*
Ita. Panace heracleo.
Gal. Off. Ger. ignotum.

PAnaces nonnullis Heracleum dicitur, ex quo Opopanax colligi ſolet. Plurimũ in Bœotia & in Phocide Arcadiæ naſcitur: ibiq; compendij & quæſtus, qui ex eo liquore factitatur, gratia ſtudioſe colitur. Folijs eſt aſperis: in terra iacentibus, herbacei coloris, multum ad ficulnea accedentibus, in ambitu quinque partitò diuiſis: caule, ut Ferulæ, altiſsimo, qui lanugine quadam incaneſcit, folijs etiam minutioribus obſitus, muſcarijs, ceu Anethi, in cacumine: flore luteo, & ſemine odorato feruenteq;: radices habet multas ab origine una, candidas, graueolentes, craſsi corticis, & ſubamari guſtus. Naſcitur in Cyrene Libyæ, & Macedonia. Excipitur ſuccus inciſa radice, recenti caulium pullulatu: ea candidum ſuccum emittit, qui ſiccatus, in ſumma cute croceum colorem contrahit. Effluentem autem ſuccum excipiunt, folijs excauato ſolo ſtratis, quæ ſiccata tolluntur. Simili modo caule meſsibus inciſo, profluentẽ ſuccum eximunt. Meliores ex radicibus, albæ, rigentes, diſtentæq;, ſiccæ, quæ cariem non ſentiant, aromaticæ, ferrentes guſtu. Fructus ex media ferula cibo idoneus eſt: ſed ex agnatis ſtolonibus, ab uſu cibario abhorret. Maximè in hoc ſucci genere probatur quàm amariſsimus, internè albus, aut ſubfuluus, foris ad Croci colorem inclinans, læuis, pinguis, friabilis, tener, ſtatim in aqua eliqueſcens, graui odore. Niger improbatur, ac mollis. Adulteratur Ammoniaco aut cera. Sed ſynceri experimentum eſt, ſi digitis in aqua friatus reſoluatur, & lacteſcat. Excalfacit, mollit, extenuat: horroribus febrium circuitibusq;, uulſis, ruptis, laterum dolori, torminibus, ſtillicidio urinæ conuenit. Contra ueſicæ ſcabiem ex aqua mulſa aut uino bibitur: menſes trahit, fœtum enecat, inflationes quæ uuluam malè habent, duritiasq;, ex melle dilutus, diſcutit. Iſchiadicis illinitur, acopis & capitis medicaminibus admiſcetur, carbunculos rumpit, podagricis cum uua paſſa illitus ſubuenit, dolore dentium liberat, cauis inditus, oculorum

aciem

aciem illitu excitat. Ex eo & pice optimum fit emplastrum, cōtra bestiarū morsus, quæ in rabiē efferantur. Radix in ramenta conscissa, uuluæ admota, partus extrahit: ad uetera ulcera efficax est, nudata ossa, corpore operit, si trita cum melle illinatur. Semen cum Absinthio sumptum, menses pellit: cum Aristolochia prodest aduersus animalia, quæ uenenum eiaculantur. Et contra uuluæ strangulatus in uino bibitur.

Panaces Asclepij. CAP. XLVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. πάνακες ἀσκληπιου. Lat. Panaces Asclepij.
Ita. Panace d'Asclepio.
Gal. Off. Ger. ignotum.

PAnaces Asclepij, caulē à solo emittit tenuē, cubitalē, geniculatū, circa quem folia Fœniculi fundūtur, sed maiora tamē hirsutioraq́, odorata: in cacumine umbella, ubi flores emicāt aurei, odorati & acris gustus: radix parua est & tenuis. Auxiliarē uim habēt flores & semina, contra ulcera, phagedænas, & tubercula, si trita cū Melle imponantur. Aduersus serpentes ex uino bibuntur, & cū oleo illinuntur. Aliqui Panaces syluestre Origanum uocant: alij Cunilam: de qua in Origani mentione diximus.

Chironium Panaces. CAP. XLVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. πάνακες χειρώνιον. Lat. Chironium Panaces.
Ita. Panace Chironio.
Gal. Off. Ger. ignotum.

Chironium Panaces in Pelio monte maximè prouenit. Folium eius Amaraco simile: flos aureus: radix parua, quæ non altè demittitur, gustu acris. Pota radix serpentium ueneno resistit. Illita coma, eadem præstat.

Panaces ab inuentoribus agnomen sortitum, nempè primum ab Hercule, secundum ab Aesculapio, tertium à Chirone, ipso suo nomine morborum omnium remedium pollicetur. Panaces Herculeum spontè in Italia prouenit, maximè in Apulia, in Apennini iugis, & in monte quem sibi proximum Senenses, Argentæo vocant. Seritur & pluribus in hortis, ostentationis & publici spectaculi gratia. Atenim in nullo Italiæ loco extrahitur is liquor, quem Opopanacem vocant. Hic Venetijs ex Alexandria affertur, magna ex parte adulteratus, reperitur tamen quandoq; singularis, nitidus, & sincerus. Semen & radix Panacis ad nos hodiè non afferuntur, quantumuis hæc sanè necessaria. Ideò diligentes Chirurgici ad inducenda quæ carne nudata sunt ossa, radicum fragmenta magna sedulitate inter condensatum gummi perquirunt, queis puluerem in id remedium efficiant. Opopanax qui incisa fit radice, vel caule Panacis Herculei, excalfacit, emollit, & digerit, tertioque excalfacientium est ordine, & desiccatium secundo. Radicis cortex calida & sicca est, minus tamen succo, vt quæ aliquantum absterforia sit. Panaces Asclepium & Chironium nemo est qui ostendat, aut in Europam asserat.

Ligusticum. CAP. XLIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Λιγύστικον. *Lat. Ligusticum. Ita. Ligustico.* Gal. Liuesche. Off. Leuisticum.

Ligusticum, quod alij Panaceam, alij Panaces uocant, plurimum in Liguria nascitur, in monte Apennino, Alpibus contermino, unde nomen traxit. Panaces incolæ non ab re appellant, quoniam & radice & caule, Heracleotico Panaci simile sit: & uiribus eisdem præditum. Gignitur in altißimis asperisq; montibus, ac umbrosis, maximè iuxta fluenta. Cauliculum fert Anethi, geniculatnm, tenuem, & in circuitu folia Sertulæ campanæ, molliora, odorata, prope uerticem graciliora



* *Ligusticum.*

liora, & longè magis diuisa: in cacumine muscariũ, in quo semen dependet nigrum, solidum & oblongum, fœniculo proximum, gustanti acre, & aroma olens: radix candida, Heracleotici Panacis similis, odorata. Radicis seminisq́ uis excalfactoria, cõcoquẽs. Prodest ad intestinos dolores, tumores, concoctiones. Item ad inflationes, præsertim quibus stomachus turgeat: & cõtra serpentium ictus: urinas & menses potu trahit. Eosdem præstat effectus apposita radix. Semen cum radice oxyporis & medicamentis decoquentibus admiscetur: ori perquàm utile: quare pro Pipere utuntur eo indigenæ ad obsonia. Adulteratur semine quodam simili, quod facilè gustu discernitur: amarum enim est. Alij semen Fœniculi aut Seselis admiscentes Ligusticum dolo uitiant.

Ligusticum, à Liguria vbi plurimum nascitur, Galeno Libysticum, non est Leuisticum vulgare. Siquidem Leuisticum non nisi in hortis prouenit. Caulem facit altißimum, concauum, & crassum, & non tenuem, vt de suo narrat Dioscorides. Folia nihil ad Sertulam campanam accedunt, at vt Apij incisa, craßiora tamen & maiuscula. Semen licet Fœniculo proximun, tamen solidum non est, nec aroma olens, sed friabile, & squamosum. Porro cùm verum Ligusticum Genuæ & per totam Liguriam copiosè nascatur, & inibi semen in ciborum condi-

mentum veniat, publice tamen in alias Italiæ partes non exportatur. Eius etiam summa abundantia est in altißimis vallis Ananiæ & Goritiani comitatus montibus.

Paſtinaca. CAP. L.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σταφυλῖνος ἄγριος.
Lat. Paſtinaca ſylueſtris.
Ita. Paſtinaca ſaluatica.
Gal. Carrotes ſauuages. Off. Latino nomine.
Ger. Wild Paſteney.



Paſtinaca domeſtica.



Sylueſtris.

Paſti

PAstinaca syluestris folia Gingidij habet, latiora, subamara caulem rectum, scabrũ: umbellam similem Anethi, in qua flores insunt candidi, & in medio purpureum quiddam, ferme croceum: radix digiti craßitudine, dodrantalis, odorata, quæ cocta manditur. Semen potum uel impositum, menstrua mouet. Iis conuenit in potione, quos urinæ difficultas torquet, aut lateralis dolor excruciat, aut si aqua cutem subijt. Serpentium morsibus ictibusq́ prodest. Præsumentes id nulla affici iniuria à serpentibus traduntur: conceptus adiuuat. Radix urinam pellit, uenerem stimulat, partus apposita eijcit. Folia trita, & cum Melle imposita, phagedænas ulcerum purgant. Satiua ad eadem pollet, inefficacior tamen, & cibo aptior.

PAstinaca domestica & syluestris, vtraque nostro tempore in hortensi re nota est. Nec tamen Pastinaca domestica Carota est, nimirum quòd nullus vnquam scripserit, Pastinacam domesticam, radice purpurea & sanguinea. Eodem in errore versantur, qui pro Dauco, syluestris Pastinacæ semen accipiunt, de illa loquor quæ in vmbellæ medio paruum florem & purpureum producit. Et quamuis Dauci & Pastinacæ syluestris sic vires conueniant, vt vnum pro altero vsurpari queat, non ideò sequitur idem esse Daucum & Pastinacam syluestrem. Hæc in totum domestica valẽtior, præcipuè semen & radix, & abstersorium in se quiddam continet.

Seseli. CAP. LI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Σέσελι Μασσαλεωτικόν. *Lat. Seseli Maßiliense. Ital. eodem nomine.* Gal. Ser mõtain. *Off. Siler montanũ.*

SEseli Maßiliense folia Fœniculi habet craßiora: caulem uegetiorem: umbellam Anethi, in qua semen oblongum, angulosum, degustanti statim acre: radix longa est, iucundi odoris. Semẽ & radix excalfaciẽdi uim habẽt, potu stranguriæ & ortho



Maßilienſe Seſeli.

orthopnœæ medentur: ſuffocationibus mulierum, comitialibusq́ proſunt: menſes & partus trahunt: ad omnia interna mala pollent, tuſsim ueterem ſanant. Semen cum uino potum, concoquit, & tormina diſcutit: epialis febribus utile, & cõtra perfrictiones in itineribus, cũ Pipere & uino bibitur: capris, cæterisq́ pecudibus datur in potu, quò facilius ſuos fœtus enitantur. Aethiopicum Seſeli, folia habet Hederæ, minora, & ad Periclymeni modum oblonga: frutex nigricat, palmitibus in bina cubita extenſis, ramis ſeſquipedalibus, capitulo Anethi, ſemine in tritici morem denſo, nigro, amaro, Maßilienſi odoratiore, & acriore, multũ ſuaui. Peloponnenſe folia habet Cicutæ, latiora, & craßiora: caulem ſupra Maßilienſis magnitudinem, ferulaceum, & latam in cacumine umbellam, in qua ſemen latius, odoratum, & carnoſum pendet. Eiſdem uiribus præditum eſt. Naſcitur in aſperis, riguis & collibus, inuenitur etiamnum in inſulis.

Creticum ſeſeli. CAP. LII.

NOMENCLATVRA.

Græ. τορδύλιον. Lat. Tordilium. Ita. Tordilio. Gal. Off. Ger. non ſatis cognitum.

Tor



* Creticum ſeſeli.

Tordyliũ, quod aliqui Creticũ Seſeli uocãt, iuxta Ciliciã in Amano mõte naſcit̃, herbula ſurculoſa, ſemine duplici, rotũdo, ſcutulorũeffigie, odorato, ſubacri. Cõtra urinæ difficultatẽ bibitur, potu cit mẽſes. Succo ſeminis caulisq; uirentis, ternis obolis ex paſſo decẽ diebus hauſto, renes ſanantur. Efficax eſt radix ad ciẽdas pectoris excreationes, in delinctu cum melle.

Seſeli Maſsilienſe tum in vicinis Maſsiliæ locis, tum in omnibus Tridentinis montibus enaſcitur, & ſpeciariæ quãuis quãdoq; probatũ, habẽt tamen non rarò, quod delineationi Dioſcoridis nõ reſpondeat, in quo nihil præter amaritudinẽ & cimicũ odorẽ ſentiatur. Seſeli Aethiopicũ, Peloponeſiacum, & Creticum ad nos non aſſeruntur, ac proinde eorum notitia deperijt. Ceruæ à partu Seſeli ſe purgant.

Siſon. CAP. LIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σίσωρ. Lat. Siſon. Ita. Siſone.

Gal. nomen nõ habet. Off. perperã ſemẽ Amomi.

Siſon exiguũ ſemen eſt, in Syria natũ, Apio ſimile, nigrũ, feruẽs, oblõgũ. Cõtra lienis uitia bibitur, urinæ difficultatẽ potu emẽdat, remoratos mẽſes citat. Quo in cõdimẽtis cũ cucurbita, & aceto, indigenæ utũtur. In cacumine granula multa gerit.

Quidã ſemen illud quod pro Amomi ſemine officinæ oſtẽdũt, eadem qua petroſelini vulgaris forma, colore pullũ, cũ tunditur odora

tum

tum, gustu acri, linguamq; flagrantia vellicante, Sisonis esse semen putat. At ignota nobis planta, qui tandem de semine statuere possumus? Nec enim expeditum hisde rebus iudicium, queisde præcipuæ partes & notæ depictæ non sunt.

Anisum. CAP. LIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ανισου. *Lat. Anisum. Ita. Aniso.*

Gal. Anis. Off. Latino nomine. Ger. Anisz.



Anisum.

ANisum in summa excalfacit, exiccat: oris halitũ iucũdiorẽ facit, doloris leuamẽtũ præstat, urinã ciet: aquã quæ subijt cutẽ, dissipat. Potũ sitim cohibet, animaliũ uenenis aduersatur, ualet ad inflationes, aluũ & alba fœminarũ profluuia sistit, lac ad mãmas elicit, uenerẽ stimulat: dolores capitis leuat, suffitũ naribus. Cũ rosaceo tritũ, instillatũq;, fractis auribus medetur. Melius semper recẽs, plenũ, non furfurosum, odore præstans. Inter prima laudatũ est Creticũ, pximo loco Aegyptiũ.

ANisi & plãta & semẽ vulgaris sunt notitiæ. hoc vtile admodum est, acre, & amarusculum, & natura ad exurentia accedens, tertiæ calidorum & siccorum classis.

Carum. CAP. LV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κάρος. *Lat. Carum. Ita. Caro.*

Gal.

Gal. & Off. Carui. Ger. Wil Comin.

Carum, semen est uulgaris notitiæ. Excalfacit, urinam concitat, stomacho utile, os commendat, cōcoctionē adiuuat, utiliter miscetur antidotis & oxyporis, Anisi uicem præbet. Radix cocta, Pastinacæ modo manditur.

Carum pratensis herba cum semine nota est. Id Germani panibus immittūt, eoq; in ciborum condimentum vtuntur, vt nos Aniso. Tertio fere ordine excalfacit, & desiccat, & modicā acrimoniā resipit.

Anethum. CAP. LVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ανεθον. *Lat. Anethum. Ita. Anetho.*
Gal. Anet. Off. Latino nomine.



Anethum.

Aridi Anethi comæ seminisq; decoctum, potu lac euocat, inflationes, & tormina sedat, aluū, uomitionesq; sistit, urinas ciet, singultus lenit, oculorū aciē hebetat, geniturā restinguit, aßiduè potum. Fœminis uuluæ malo opportunis, ad desessiones utile. Condylomata illitus eius cinis tollit.

Anethi planta fœniculo adsimilis, latius tamen semē. Calidum est Anethum sub finē secundi gradus, aut ineunte tertio. Vstum calidum & siccum est tertio ordine.

Cuminum satiuum. CAP. LVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. κύμινον ἥμερον. *Lat. Cuminum satiuum. Ita. Cimino domestico.* Gal. Cumin. Off. Cuminū romanū.

CVminū satiuū ori gratū est: sed multò magis Aethiopicū quod Hippocrates regiū appellauit. Secundum locū tenet Aegytiū, reliqua sequuntur. Prouenit in Galatia, in Asia, Cilicia, & Teretia, & plerisq; alijs tractibus. Excalfacit, adstringit, exiccat. Ad tormina inflationesq; cōuenit, coctum & cum oleo inditū, aut cū hordeacea Farina illitū. Orthopnoicis datur in posca: demorsis à serpēte, in uino. Testiū collectionibus auxiliatur, impositū cū uua passa, aut Lolij farina ceratóue. Mensiū abundantiā inhibet. Cōtritū autē in aceto, & naribus obiectū, sanguinis profluuia sistit. Colorem bibentium, aut perunctorū, mutat in pallorem.


Syluestre Cuminum. CAP. LVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. κύμινον ἄγριον. *Lat. Syluestre Cuminum. Ita. Cimino saluatico.* Ga. Cornuete. off. Cōsolida regalis.

SYluestre Cuminū, plurimū efficaciusq; in Lycia, & Galatiæ Asia, atq; Carthagine Hispaniæ gignitur: frutice paruo dodrātali caule, ac tenui, quaternis aut quinis folijs tenuibus, ueluti serratis, & Gingidij diuisura. In cacumine capitula quina, aut sena habet, mollia, rotunda, in quibus est semen acerosum, gustu satiuo acriore. Nascitur in collibus. Bibitur semē ex aqua aduersus tormina inflationesq;: itē cōtra uenenatas bestias, ex uino: singultus ex aceto sedat: stomacho utile, quē humor uexat, sugillata tollit, si manducatū cū Melle & uua passa illinatur. Testiū inflammationibus, adiectis eisdē illitū medetur. Est & aliud syluestris Cumini genus, satiuo nō dissimile, quod à singu-

lis


Ammi.

lis floribus pensilia promit cornicula, in quibus semẽ est Melanthio simile: quod potum omnium serpentiũ morsibus præsidio est. Calculosis & ijs qui urinæ stillicidio uexantur, aut concretum sanguinem cum lotio reddunt, auxiliatur: sed Apij semen feruefactum postea bibendum est.

CVminum satiuum folijs est fœniculi, caule vnico, è quo plures ramuli prodeunt: floréscit in vmbellã, & ex ea copiosissimum semen emittit. Radice est candida, subrotunda, quasi bulbosa. Nascitur in putribus & maximè calidis locis. Ruellius & Valerius Cordus vtrunque Cumini syluestris genus in Consolida regali, & Cornuta, noscitant. At Matthiolus neutrum in Italia reperiri scribit, quòd è Licia, Galatia, & Hispania vbi summa copia nascuntur non afferantur. Cyminum excalfacientium ordinis est tertij.

Ammi. CAP. LIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αμμι. *Lat.* & *Ita.* *Ammi.*
Gal. & Off. Ameos. Ger.
Ammey samen.

AMmi Aethiopicum Cuminum appellant: plerique hoc natura diuersum ab illo existimant. Vulgo notum est se-

men exile, multò minus Cumino, Origanum resipiens. Eligendum est purum, minimè furfurosum. Vis ei excalfactoria, feruens & exiccans. Facit ad tormina, urinæ difficultatem, serpentium ictus, cum uino potum: menstrua ciet: miscetur derodentibus cantharidum medicamentis, quæ ecdoria uocant, ut indè exortis urinæ difficultatibus resistat. Sugillata cum Melle tollit, colorem potu aut illitu mutat in pallorem. Suffitum cum uua passa aut resina, uuluas purgat.

Ammi Matthiolo ex authoritate D. Aluigij Romani herbarij, & Simpliciarij excellentissimi in Italia non nascitur, è que tot diuersis seminibus quæ Ammi nomine in seplasijs væneunt, nullum est quod verum Ammi semen referat. Id natura calidum & siccum est, & cum subtilibus constet partibus subamarum & acre est. Calidum itaque & siccum in tertij ordinis fine.



Coriandrum.

Coriandrum.

CAP. LX.

NOMENCLATVRA.

Græ. κόριον.
Lat. Coriandrum *aut* Corianum. *Ita.* Coriandro.
Gal. Coriandre. Off. latino nomine. Ger. Coriamder.

Corian

Coriandrum aut Corianum, uulgaris est notitiæ, uim refrigeratoriam habens. Quare illitum cum pane aut polenta, ignibus sacris, & ulceribus quæ serpunt, medetur: epinyctidas cum Melle uel uua passa, testium inflammationes, carbunculosq́; sanat: cum Faba fresa, strumas & tubercula discutit: tineas interaneorum expellit semen, cum passo potum, & genituram adauget, largius tamen sumptum, mentem non sine periculo mouet: quare continuo, & copiosiore usu abstinendum. Succus cum Cerussa spumáue argenti, necnon aceto & Rosaceo illitus, ardentes summæ cutis inflammationes emendat.

Notũ est Coriãdrũ, & eius semen quod in cõdita cedit. Herba ipsa essentiæ amaræ habet plurimum, aquei humidi tepentis parum, astrictionis tantillum, vt ab ea refrigeret, quemadmodum ex amarore, excalfacit: deterget, digerit, & tenuium est partium.

Hieracium. CAP. LXI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ιεράκιον μέγα. Lat. Hieracium magnum. Ita. Hieracio maggiore. Gal. Cichoree iaune. Off. Cichorea lutea.

Hieracium magnũ, caulem emittit asperum, subrubrũ, spinosum, cauũ: folia ex interuallis rariusculè diuisa, similia


Hieracium.

Soncho per ambitum: luteos flores in oblongis capitulis. Vim refrigerandi habet, & modicè substringendi. unde illitum, stomacho æstuanti, inflammationibusq; prodest. Succus erosionem stomachi sorbitione mitigat. Herba cum radice illita, uibratis à scorpione ictibus auxiliatur. Hieraciũ paruum, folia ex interuallis habet, diuisa in ambitu: cauliculos teneros, uirentes, in quibus lutei flores orbem circinantes, emicant. Vim suam ad eadem ad quæ superior impendit.

Hieracium Plinio *ex accipitribus nomen accepit, quòd eius succo vnguibus elicito, oculos à caligine expediant.* Herbæ *in totum* Soncho *similes, & rusticis notæ: maius* Cichoræ *luteæ: minus* Intubi *syl-uestris nomine.* Harum *nullam* Galenus *aut* Paulus *mentionem faciunt.*

Apium CAP. LXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. σέλινον. *Lat. Apium. Ita. Apio.*

Cal.

Gal. Persil. Offic. Latino nomine. Ger, Epfſich.

Hortensis Apij herba ad eadem ad quæ Corianum conuenit: inflammationibus oculorum, cum pane aut polenta illinitur: æstuantem stomachum mulcet: mammarum duritiam ex lacte concreto contractam reprimit: urinam ciet, siue crudum, siue coctum edatur. Decoctum eius radicisq́ potum, uenenorum noxæ resistit, quum uomitiones excitet: aluum cohibet. Semen uehementius urinam pellit: contra serpentium uenena, aut epotam argenti spumam auxiliatur: inflationes discutit. Admiscetur medicamentis quæ dolorum leuamenta præstant, theriacis quoque, ac tussis remedijs. Eleoselinum in humidis nascitur, satiuo grandius, ad eadem efficax. Oreoselinum, caule est dodrantem alto, ab radice tenui exeunte: per cuius ambitum rami & capitula Cicutæ, multò tamen tenuiora: semine Cumini, oblongo, acri, & odorato, tenui. Nascitur in petrosis & montibus. Vrinam ciet, semine ac radice in uino potis: menses trahit. Antidotis, necnon medicamentis urinam cientibus & excalfactorijs inseritur. Nec hallucinari nos oportet, existimantes Oreoselinum esse, quod in saxis prouenit: aliud enim est Petroselinum. Petroselinum in Macedonia prouenit, in præruptis locis, semine Ammij, odoratiore, sapore acri, aroma olente. Vrinam cit ac menstrua. contra stomachi & coli inflationes, & tormina prodest: laterum, renum, & uesicæ doloribus in potu subuenit. Admiscetur antidotis urinam cientibus. Hipposelinum, Latini Olusatrum appellant, aliqui Smyrnion, quamuis aliud sit quod propriè Smyrnion dicitur,



Apium.

ti paulò pòst referemus. Est autem maius & satiuo Apio candidius: caule alto, cauo, molli, habente ueluti lineas: folijs latioribus, in puniceum uergentibus: coma Rorismarini, florum plena, dependentibus in cacumine corymbis, antè quàm deflorescat. Ea semine turget nigro, oblongo, acri, solido, aromatico. Radix dimittitur tenuis, odorata, candida, quæ os commendat. In umbrosis & palustribus enascitur. olerum generis, ut apium. Radix cruda coctáue estur. Folia cum caulibus decocta manduntur, & per se aut cum piscibus præparantur, crudaq́ muria condiuntur. Vim hanc habet, ut poto semine ex mulso uino, menses cieat: algentes calfacit potu aut illitu: urinæ stillicidio auxiliatur. Radix eosdem præstat effectus.

Medicorum bona pars qui lapsam in barbariam medicinam restituere, Apium domesticum antiquorum, vulgare nostrum Petroselinum esse contendunt. Porro Apium quod officinæ pro Apio domestico obtrudunt, Apium est palustre, domestico maius. Attamen non illud est quod Itali Macerone vocant, vt in sequenti de Smyrnio capite patebit. Nam multum inter se differunt Macerone, Apium palustre, & Hipposelinum. Montanum Apium non semel Matthiolo ostensum est, cum no

cum notis omnibus quas ei aſsignant Theophraſtus & Plinius, *nempè* Cicutæ *folijs, radice gracili, caule & vmbella* Anethi. *Quod ad* Petroſelinum Macedonicum *attinet, eo nos caremus*. *Et cum* Petroſelini *ſemen,* Ammio *candido & minimo ſemini comparetur,* Officinarum *ſemen illud grande, & nigrum* Oreoſelini *ſemen eſſe non poteſt. Atenim quod ſub huius nomine ſatinū in hortis viſitur, cultura manſuefactum, illius ſpeciem præſe fert.* Hipposelinum Matthiolo Leuiſticum *eſt vulgare, nec eſt* Macerone, *quòd* Hipposelinum *radice ſit candida, &* Macerone *nigra. Quòd autem in hiſtoria* Hipposelini *non ſibi cōueniant* Theophraſtus & Dioſcorides *videtur* Theophraſtus *de alio quàm* Dioſcorides Hipposelino *intellexiſſe, nimirum de* Smyrnio, *maximè cum* Galenus *dicat, quibuſdam nihilum inter ſe differre* Hipposelinum & Smyrnium. Valerius Cordus *ſemen quod pharmacopolæ pro* Petroſelino Macedonico *venditant,* Oluſatri *eſſe contendit.*

Smyrnium. CAP. LXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σμύρνιον. *Lat.* Smyrnion. *Ita.* Macerone. Gal. Leueche non probe. Off. Angelica.

S*Myrnion, quod in* Cilicia Petroſelinum *uocant, paſsim in* Amano *monte gignitur. Caulem habet* Apij, *& ſtolones multos: folia latiora, ſubpinguia, ad terram infracta, robuſta, odore medicato, cum quadam acrimonia, iucunda, colore in luteum langueſcente: capitibus caulium orbiculatis, ut* Anethi, *ſemine* Braſsicæ, *rotundo, nigro, acri,* Myrrhæ *ſapore, ita ut alterum alterius loco cedat: radix quoque odorata, guſtu acri, fauces mordet, ſuccoſa, mollis: cortex eius foris niger, intus uiridis, aut ſubalbidus. Naſcitur in ſaxoſis, & collibus, atque*

squalidis, & limitibus terrenis. Vis radicis, herbæ & seminis, excalfacere. Folijs muria maceratis ad obsonia utuntur: aluum sistunt. Radicem contra serpentium ictus bibere conuenit, tusses & orthopnœas mitigat, urinæ difficultati medetur, recentes tumores, collectiones duritiasq́; discutit. Illita, uulnera ad cicatricem perducit, partus abortu uitiat, si feruefacta subijciatur. Semen, lienis, renum & uesicæ uitijs prodest: menses & secundas pellit, commodè datur ischiadicis in uino: inflationes stomachi lenit, sudores ciet, & ructus. Peculiariter datur hydropicis in potu, & contra febrium circuitus.

Smyrnion Matthiolo ea herba est, quam Thusci Macerone vocant, siquidem caulem habet Apio similem, stolones multos, folia lata, subpinguia, in terram infracta, quadantenus acria, pallida, odore medicato: caput caulium orbiculatum, vt Anethi: semen Braßicæ. Et reliquæ peræquè notæ, & vires Dioscoridis delineationi respondēt. Seri Smyrniū cœpit iam senescente Plinio, hodieq́; in Italia seritur. Errant qui Hipposelinum, syluestre Smyrnium esse cōtendunt, nec minus hallucinantur, qui id esse autumant, plantam quæ vulgo Imperatoria vocatur. Valerius Cordus Smyrnium, Angelicam facit, nō illam vulgarem, sed quæ in Pomerania & Brisgoia nascitur, nigra foris radice. Nam vulgaris Myrrhis quibusdam videtur, quod impugnat Matthiolus.

Elaphoboscum. CAP. LXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ελαφοβοσκον. *Lat. Elaphoboscum.*
Elaphoboscho. Gal. & Off.
Gratia dei.

Elaphobosco fœniculaceus caulis est, aut Rorimarino similis, geniculatus: folijs duum digitorum latitudine, ut Terebinthi, prælongis, aliquantum asperis, circunfractis: adnata multa habet, ferentia umbellas Anethi similes, & semina eiusdem

dem: florem subluteum: radice ternum digitorum longitudinis & craßitudinis unius, candida, dulci, esui apta. Caulis tener pro olere manditur. Contra serpentium ictus, datur semen in uino. Fama autem est, hoc pabulo ceruas serpentium morsibus resistere.

ELaphoboscum hanc non esse herbam, quam herbarij Gratiam dei vocant, & è qua sui nominis vnguentum conficitur, hoc cõijcitur, quod gratia dei, similis Hyssopo sit, & non fœniculo. Vidit Matthiolus in valle Ananiæ & in comitatu Goritiano plantam intantum Elaphobosco similem, vt ouum ouo nõ magis accedat. Excalfacit Elaphoboscũ vt potè è subtilibus partibus cõpositum, & desiccat secundo ordine.

Fœniculum. CAP. LXV.

NOMENCLATVRA.

Gr. Μάραθρον. *Lat. Fœniculum. Ital. Finochio.* Gal. Fenoil. *Off. nomine latino. Ger.* Fenchel.

FOeniculum si herba edatur, aut semen cum ptisana bibatur, mammas lacte replet. Comæ decoctum in renum doloribus subditum proficit, quippe quòd urinam excitet. Contra serpentium ictus in uino conuenienter bi-



Fœniculum.

bitur, menses ciet. In febribus nauseam & stomachi feruorem, ex aqua frigida potum, sedat. Contritæ radices & cum melle illitæ, morsibus canum medentur. Succus caule & folijs exprimitur, & in sole siccatus, in medicamenta adijcitur, quæ ad excitandam oculorum aciem commodè temperantur. Extrahitur succus ad eadem ualens, etiam semine uiridi, ramulisq; & radicibus prima germinatione incisis. In Iberia quæ ad occidentē spectat, succum reddit gummi similem. Caulem medium, dum herba floret, rustici demetunt, igniq; admouent, quò facilius ui caloris exudans gummi remittat: quod efficacius succo est, ad medicamenta oculorum.

Fœniculum erraticum, siue Hippomarathrum. CAP. LXVI.

Græ. Ἱππομάραθρον. *Lat. Hippomarathrum. Ita. Finocchio saluatico.* Gal. Fenoil sauuage. *Off. ignotum.*

Est & syluestre Fœniculum, magnum: fert autem semen Cachryi simile, cuius radix iucūdè olet, potaq; stranguriæ medetur, menses imposita ciet, uentrem sistit: radice aut semine poto contra serpentium morsus auxiliatur, calculos comminuit, et regium morbum expurgat, lactis abundantiam facit. Decoctum foliorum haustū, fœminas à partu purgat. Traditur aliud Hippomarathri genus, longo, exili, & angusto folio, semine Coriandri, rotundo, acri, & odorato. Excalfaciendi naturam habet, & uiribus Fœniculo respondet, sed ad omnia infirmius.

NVlli non notum fœniculum satiuum, & syluestre. Seritur sub veris initium aprico & modicè saxoso loco, mense februario, planta non minus condiendis cibis quàm medicinæ vtilis. Fœniculum nobilitauere serpentes, dum ab eius gustu senectam exuunt, ac obtusam oculorū

aciem

aciem eius succo reficiunt. Quo perspectum caliginem in hominibus discuti. Potenter excalfacit Fœniculum, nempè tertio ordine, & desiccat primo. Hippomarathrum valentius quàm domesticum desiccat. Est & aliud Hippomarathri genus, semine acri & rotundo vt Coriandri, cum alio simile, sed debilioris operæ.

Daucum. CAP. LXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Δαῦκος. *Lat. Daucus. Ita. Dauco.*
Gal. perperam, Carotes sauuages.
Off. Principij errore, Carota syluestris.

DAucum aliqui Daucium uocant. Creticum folijs Fœniculo simile, minoribus & tenuioribus: caule dodrantali: umbella Coriandri flore albo: semine acri, candido, hirsuto, suauißimi odoris in mandendo: radix digitali craßitudine & dodrantis longitudine adolescit. In saxosis nascitur, & locis sole illustratis. Aliud eius genus syluestri Apio simile, acre, odoratum, aroma olens, feruentis gustus. Probatißimum Creticum. Tertium aßignatur genus folijs Coriandri, floribus albis, capite & semine Anethi, muscario Pastinacæ, semine oblongo, ceu Cumini, acri. Omnium semen excalfacit. Potum urinam, menses, & partus extrahit, torminibus liberat, ueterem tußim mitigat. Phalangiorum morsibus potum in uino auxiliatur. Tumores illitu discutit. Seminis duntaxat in alijs generibus inualuit usus: in Cretico, etiam radicis, quæ maxime contra uenenatorum iniuriam in uino bibitur.

ETsi Daucum pro Pastinaca syluestri, & veteres & ipse Dioscorides accipiant, atque adeo reuera ipsum Daucum Pastinacæ syluestris sit species, non ideò tamen ipsa est Pastinaca syluestris. Siquidem diuersis de ijs capitibus tractauere Dioscorides et Galenus. Creticum asportatur è Candia. Quod verò simile est Pastinacæ in Senensi territorio & multis in Thuscia locis nascitur. Tertiũ genus Folijs Coriãdri et semine Cumini

in

in multis Italiæ *locis prouenit.* Daucū *excalfacit et desiccat.* Radix *vetosum quid in se habet, & venerem proritās.* Semen *ipsa herba valentius.* Cordo, *Germania omnes* Dauci *species, sub* Pimpinellæ *nomine producit.* Ruellio, *Creticum* Daucum *ea est herba quam,* Carotam *syluestram vocant.* Secundum *& tertium* Dauci *genera,* Asinini Dauci *ab herbarijs nomine insigniuntur.*

Delphinium. CAP. LXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Δελφίνιον *Lat.* Delphinium. *Ita.* Delphinio.

Gal. non probatè, Trompetiere.

Off. Buccinaria.

DElphinium surculos emittit à radice una sesquipedales, aut maiores, à quibus folia exeunt parua, tenuia, diuisa, prælonga, quæ Delphinorum effigiem repræsentant: unde tractum nomen est. flos Violæ albæ non dißimilis, purpureus: & semen in siliquis Milio proximum, quo non aliud utilius bibi potest ab scorpione percußis. Aiunt enim obiecta herba scorpiones resolui, atque ignauos torpescere: semota uerò ea, sese recolligere. Prouenit in asperis & apricis. Alterum est Delphinium, quod Romani Buccinum uocant, superiori simile, sed folijs & ramis longè gracilius. Viribus eisdem pollet, sed non ita efficacibus.

HOc de Delphinio *caput,* Matthiolo *et* Cordo *adiectitium videtur, quòd* Galenus *&* Paulus *nullam huius in recensione simplicium mentionem faciant, quos* Dioscoridem *imitasse nulli non compertum est.* Adde *his quòd id antiqua exemplaria non habent: nec vllam* Dioscoridi *fuisse causam, cur siliquiferam, vmbelliferis herbis immisceret, instituto suo compugnans.*

Pirethrum. CAP. LXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. πύρεθρον, *Lat. & Off.* Pyrethrum.

Gal. Pied d'Alexandre.

Pyre



* *Pyrethrum.*

Pyrethrum saliuarem uocant, folia caulemq́ emittit ut Daucum syluestre & Fœniculum: umbellamq́ Anethi, circinatæ rotunditatis. Radix longa est, pollicis craßitudine, gustu feruidißimo. Pituitam elicit, ideo in dolore dentium, decocta in aceto, colluto inde ore, auxiliatur. Mansa pituitam ex trahit. Sudores ciet, perunсто ex oleo corpore: diuturnis horroribus efficax, contra perfrictiones membrorum, resolutionesq́ eximiè conducit.

Pyrethrum radice tantum pharmacopolijs cognitum, quamuis in quibusdam Italiæ montibus nascatur, non ea tamen est acrimonia, qua id quod Venetijs ex oriente affertur. Vidit Matthiolus dum apud Germanos ageret, in horto D. Biagij Sbaiger præcellentis medici, radicem & folia quæ Pyrethri descriptioni responderēt, caule tamen in summo Anethi muscario non ornato. Nec aliter de Gallico Pyrethro Ruellius prodidit, quinetiam vtrunque flores camomillæ producit. Excalfacit & desiccat in tertio, & quibusdam in quarto abscessu.

Rosmarinus. CAP. LXX.

NOMENCLATVRA.

Græ. λιβανῶτις. *Lat. & Off. Rosmarinus.*
Gal. Espece de Rosmarin. *Off.*
Horum usu carent.

Duo

DVo Rosmarini genera. Vnum fœcundum frugiferumq́, cuius semen Cachrys uocatur. Folia Fœniculi habet, crassiora & latiora, in rotæ speciem, humi sparsa, iucundè olentia, caulem cubiti altitudine, aut maiorem, multis concauum alis: in cacumine umbellam, in qua semen copiosum, candidum, Sphondylio simile, rotundum, angulosum, resinaceum, quod in mandendo linguam exurit. Radix Thus redolet, candida, prægrandis. Est & alterum omnino consimile, semen ferens latum, nigrum uti Sphondylion: odoratum, minimè exurens, radice foris nigra, intus si frangatur, alba. Verùm id quod sterile dicitur, illorum planè similitudinem refert: sed neque caulem, neque florem, neque semen promit. Nascitur in saxosis & asperis. Trita omnium herba communiter hæmorrhoidum profluuia sistit, sedis inflammationes & condylomata mitigat, cõcoquit strumas & abscessus, qui ad maturationem ægrè perducuntur. Siccæ radices, cũ Melle ulcera purgant: torminibus medentur cum uino potæ: & contra serpentium morsus conueniunt: menses & urinas cient, ueteres tumores illitu discutiunt. Tam radicis quã herbæ succus, adiecto Melle illitus, oculorum aciem exacuit. Potum semen ad eadem pollet: si comitiale malum sentiatur, aut uetus pectoris uitium, auxilio est: regio morbo loborantibus cum uino & pipere datur: sudores mouet, cum oleo perunctum: ruptis & conuulsis prodest: podagris, cum loliacea farina & aceto tritũ, illinitur: purgat uitiligines, addito aceto quàm acerrimo. Semine in potionibus utendum, eius quidem quod Canchryn non ferat, quippe illud sua acrimonia arteriam exasperat. Rosmarinũ cum Erica nasci, folijs Lactucæ syluestris amaræ asperioribus, candidioribusq́, radice breui, Theophrastus autor est, potuq́ id ipsum alterutra parte purgare. Canchrys uim habet excalfaciẽdi, & uehementer exiccandi, quare abstergentibus medicamẽtis inseritur. Contra oculorum fluxiones capiti illinitur, ita ut

ter

tertio die soluatur.

Rosmarinum coronarium.

CAP. LXXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. λιβανωτὶς ςεφανωματικὴ. *La. Rosmarinum coronariũ. Ita. Rosmarino coronario.* Gal. Rosmarin. *Off. Rosmarinus.*

R*osmarinum quo coronarij utuntur, ramos mittit tenues, & circa eos folia minuta, densa, longa, exilia, subter incana, supernè uirentia, graui odore. Excalfactoria ui præditum est. Regium sanat morbum, si decoctum in aqua, ante exercitationes bibatur: & ubi laborans exercitationi se crediderit, in balnea descendat, & merum potet: acopis, glucinoq; unguento admisceri solet.*

R*osmarini primùm genus* Venetijs *visitur in horto* D. Maphæi *à* Maphæo *medici clarißimi, omnem referens* Dioscoridis *effigiem, vt è visu refert* Matthiolus. *Et perindè se aliud genus in* Italia *, non vidisse.* Ruellio *primùm id genus vulgaris incensaria est.* Rosmarinus *seu* Libanotis *coronaria, vulgo iandiu hortensi mangonio (nempè topiaria) percognita.* Nascitur *spontè quibusdam* Italiæ *locis, & in* Narbonensi Gallia. Rosmarini *omnes vim habent abstersoriam & incisoriam.*

Spondylium. CAP. LXXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σφονδύλιον. *Lat. Spondylium. Ita. sphondilio.* Gal. l'Austruce. *Off. Ostrutium.*

Spon

Spondylium folia quadantenus Platani & Panacis habet, caules fœniculaceos, cubitali altitudine, aut amplius, assurgẽtes, in quorum cacumine semen duplex, Seseli simile, sed latius, candidius, & magis paleaceum, grauis odoris, flores eius albi, aut pallentes, radice Raphani, candida. Nascitur in palustribus & aquosis. Potum semen pituitam per aluum extrahit: medetur iocinoris uitijs, regio morbo, comitialibus, orthopnoicis, uuluarum strangulationi. Veternosos suffitu reuocat. Cum oleo commodè infunditur capitibus phreniticorum & lethargicorum, item capitis doloribus. Cum Ruta illitum, serpentia ulcera cohibet. Datur radix contra regium morbum, & iocinoris uitia: circumrasa eadem & iniecta, callos fistularum derodit. Recentis floris succus exulceratis auribus, purulentisq; accommodatur: qui cæterorum succorum more exprimi, dein recondi solet.

Spondylium, Matthiolo frequẽs in pratis Ananiæ paludosis, nascitur & eis maximè quæ montibus proximiora quàm planitiei sunt. Ruellio Gallis Panaia est syluestris. Acre est Spondylium & incisorium.

Ferula. CAP. LXXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Νάρθηξ. Lat. Ferula. Ita. Ferola. Gal. Off. & Ger. ignota.

E Viridi Ferula medulla pota, utilis est ad cruentas excreationes, cœliacosq;: contra uiperarum morsus in uino datur, erumpentemq; naribus sanguinem indita sistit. Semen potum torminosis auxiliatur, sudores ciet, uncto ex oleo corpore. Caules, si edantur, capitis dolores faciunt: muria condiuntur. Ferula itaque caulem profert ternum sæpe cubitorum: folia Fœniculi, longè asperiora & latiora: quæ ab imo caule uulnerata Sagapenum efficitur.

Nasc i

NAscitur ferula copiosissimè in Apuliæ campestribus, & Romano patrimonio, regiones inter, quas vernacula lingua, Corneto & Thoscanella nominant, & in territorio Senensi. E ferulis cum primum nascuntur, medullam quampiam pastores eliciunt, vitello oui persimilẽ quæ cartæ obuoluta, & cineribus incocta, gratissimus profectò est cibus, cum Pipere & sale manducata, & in venerem mirè accendit. Ferulæ semen excalfacit & desiccat: verum medulla astrictoriæ aliquantum virtutis est particeps.

Peucedanum. CAP. LXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. πευκέδανος. Lat. & Off. Peucedanum.
Gal. natiuum nomen non habet.

PEucedanum caulem emittit tenuem, gracilentum, Fœniculo similem: comam habet statim à terra foliosam, spissamq; flore luteo: radice nigra, crassa, plena, graui odore, succosa. Gignitur in montibus opacis. Tenera radix cultello cõciditur, profluensq; è plaga succus umbræ mandatur: in sole siquidem cõfestim euanescit. Colligitur capite prius & naribus rosaceo perfusis, ne capitis dolor premat, & uertigo sentiatur. Assationi radix inutilis fit. Tam lac quàm succus radice & caulibus extrahi solet, sicuti è Mandragora: uerùm inefficacior succo lacryma habetur, & uelocius expirat. Interdum etiam concreta inuenitur lachryma, Thuris similitudine, caulibus radicibusq; adhærens. Præfertur succus è Sardinia & Samothrace, colore rufo, odore graui, feruens gustu. Ex oleo & Rosaceo illitum Peucedanum prodest lethargicis, phreniticis, uertiginosis, comitialibus, & longis capitis doloribus, resolutis, ischiadicis, cõuulsis: omnibus in uniuersum uitijs neruorum, ex oleo & aceto illitu, prodest. Eius olfactu respirant uuluæ strangulatus, & ueterno si reuocantur. Incensum serpentes ambigit. Aurium doloribus con

bus conuenienter ex Rosaceo instillatur, cauernis dentium inditum, mitigat dolorem: contra tussim efficacissimè ex ouo assumitur, suspiriis, torminibus & inflationibus subuenit: uentrẽ leniter emollit, lienem absumit, difficiles partus mirè adiuuat. Facit ad uesicæ cruciatus, & renum distentiones potum, uuluã aperit. Radix ad eadem utilis est, sed inefficacior: eius decoctum bibitur. Farina eius sordida ulcera purgat, & uetera cicatrice obducit: squamas ossium extrahit. In cerata & calfacientia malagmata additur. Radix eligi debet recens, quæ cariem non senserit, firma, odoris plena. Succus ad potiones amaris nucibus, aut Ruta aut pane calido aut anetho resoluitur.

Reperit Matthiolus in vallis Ananiæ montibus, quos ipsissimũ pucherrimorum simplicium theatrum possis dicere, Peucedanum radice crassa, grauis odoris, & succosa. At Peucedani pharmacopoliorũ radices, præter id quòd nigræ extimo cortice non sunt, odorem vt debuerant grauem non referunt. Adde his quòd radix illa sicca, noscitandi è se Peucedani rationem inire non queat. Qui diligentiores erunt è Sardinia petent, vbi copiosum, & Dioscoridi probatum nascitur, Valentior in Peucedano succus, radice, & liquore, hicque excalfacit, concoquit, incidit, & desiccat. Herba ipsa secundæ est excalfacientium classis, & ineuntis tertiæ.

Gith, seu Melanthiũ. CAP. LXXV.


NOMENCLATVRA.

Græ. μελανθιον. *Lat. Melanthium. Ita. Nigella.*
Gal. Poiurette. Nielle. Off. Nigella Romana.

Gith exilibus surculis fruticat, sæpe binos dodrantes excedens: foliis ut Senetionis minutis, sed multò tenuioribus: capitulo in cacumine tenui, paruo, ceu Papaueris, oblongo, intercursantibus intus membranis, quibus semẽ includitur nigrũ, acre, odoratũ, quod panibus inspargitur. Capitis doloribus, illitũ fronti, subuenit: discutit recentes oculorum suffusiones, tritum ex Irino, & infusum naribus: tollit lepras, lẽtigines, duritias, tu-

moresq́;





* *Melanthium satiuum.* *Syluestre.*

moresq́ue uetustos, cum aceto illitum: circumscarificatos clauos excutit, cumq́ue uetere urina impositum: dentium doloribus, decoctum cum aceto & Teda, prodest: teretes uentris tineas expellit, peruncto ex aqua umbilico: destillatione laborantes adiuuat: tritū in linteo & olfactum, urinam & menstrua ciet, multis diebus sumptum, & lac extrahit: difficultatem spirandi cum uino potū leuat: phalangiorum morsibus ex aqua drachmæ pondere haustum auxiliatur: incenso serpentes fugantur. Tradunt largius epotum enecare.

MElanthium domestica & hortensis herba, ea non est quæ in segetibus hirsuto & longo folio, & purpureo flore prouenit. Melanthiū tertio ordine calidum & desiccatorium est, & è subtilibus partibus compositum esse videtur, poténsque remedium vbi incidere opus est, abstergere, desiccare, excalfacere.

Laserpitium, & Laser. CAP. LXXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. σίλφιον. *Lat. Laserpitium It. Laserpitium.* Gal. & Off. Benioin. & Assa fœdida.

Laserpitium in Syria, Armenia, Media, & Libya nascitur, caule ferulaceo (quē Maspetum uocant) folijs Apio similibus, lato semine. Radix excalfacit, in cibis ægre concoquitur, uesicæ noxia, sugillatis illita cum oleo, & strumis, ac turberculis cum cerato, medetur: ischiadicis conuenit cū Irino aut Cyprino cerato: excrescentibus circa sedem tollendis illinitur, cum putamine mali Punici, & aceto decocta: uenenis pota resistit: os commendat, cibis aut sali permista. Laser è radice atque caule scarificatis colligitur. Præfertur autem rufum, translucens, Myrrhæ æmulum, non porraceum, odore ualens, suaui gustu, quod dilutum facilè albescit. Cyrenaicum si quis degustarit, humorem toto corpore ciet, blandißimo odore: adeò ut ne os quidem gustanti nisi paulullum spiret. Medicum & Syriacum minus uiribus ualent, & magis uirosum reddunt odorē. Laser omne antequàm siccescat adulteratur Sagapeno, aut Fabæ lomēto, quod maleficium deprehenditur gustu, odore, uisu, & dilutione. Caulem aliqui Silphion, radicem Magudarin, & folia Maspeton uocauere. Efficacißimum Laser, mox folia, postremò caulis. Acrem uim habet: inflationes facit: perunctas cum aceto, Pipere & uino alopecias sanat, oculorū aciem exacuit, & incipientes suffusiones, illitum cum melle, dißipat: cauernis dentium in dolore inditur, aut cum Thure in linteo circumligatur, aut cum Hyssopo, ficis coctis in posca, os colluitur. Ijs prodest, quos bestia in rabiem efferata momorderit, uulneribus immissum: ualet aduersus

uersus

uersus uenena telorum, & animalia omnia quæ uirus eiaculãtur, potum aut illitum. Scorpionum plagis oleo dilutum circumlinitur. Gangrænis præcoërcitis immittitur: & cum Ruta, Nitro & Melle, uel per se, carbunculis: clauos callosq; prius circũrasos uellit: cerato aut aridorum ficuum carne præmolitum, recentes lichenas ex aceto sanat, & excrescentia in carne, polyposq;, si aliquot diebus cum atramento sutorio, aut ærugine illinatur: extuberantia cum forfice extrahit. Veteribus faucium scabritijs opitulatur, grauem, subitoq; irraucescentem uocem, dilutum aqua, sorbitione confestim expedit: uuam illitum cũ melle reprimit: anginis ex aqua mulsa utilissimè gargarizatur: uescẽtes lætiore colore mangonizat: tussi commodè in sorbili ouo datur, & pleuriticis, in sorbitionibus: in fellis suffusione, & aqua inter cutem, cum aridis ficis: horrores discutit cum uino, Pipere, & Thure potum: neruorum contractionibus, opisthotonicisq; datur oboli pondere deuorandum: hærentes gulæ hirudines, gargarizatum cum aceto decutit: ad lac intus coagulatum bibitur: comitialibus ex aceto mulso proficit: menses ciet, cum Pipere & Myrrha pòtum: cœliacos adiuuat, in acino uuæ sumptum: cum lixiuio autem potui datum, repentè conuulsis ruptisq; prodest. Ad potiones resoluitur, nucibus amaris, aut Ruta, aut calido pane. Foliorum succo ad eadem proficitur, sed multò inefficacius. Cum aceto mulso manditur, ad expediendam arteriam, maximè cùm uox retunditur. Eo cum Lactucis utuntur, exitq; in uicem Erucæ. Fertur & altera Magudaris in Libya nasci: radix Laserpitio similis, sed minus crassa, acris & fungosa, ex qua nõ profluit succus: eiusdem cum Lasere facultatis.

ARabum sectarij Assam (quæ eis est Laserpitium) in fœtidãm, & odoriferam diuidunt. Id ipse etiam Dioscorides indicat, cùm Cyrenaicum blandissimi odoris, Medicum vero & Syriacum virosum odorem reddere testatur. Ludouici Romani patricij Aethiopicæ, Aegyptiæ, Arabiæ fœlicis & desertæ, Syriacæ, Indicæ intra vel extra Gangem na-

uigationis historia abundè ostendit sincerum & verum Belzuinam Laserem esse odoriferum, itidem vt Assam fœtidam, fœtidum Laserem. Is sexti libri capite nono, Indicæ vrbis (Tarnasari) mẽtionem faciens, qua ratione defunctorum corpora comburant, Belzuini his verbis mentionẽ facit: Cùm comburunt mortuorum corpora, omnifariam odores in rogũ conijciunt, Aloen videlicet, & id genus arboris, cuius gummi elegantissimũ illud vnguentũ gignit, quod vulgo Belzoi nũcupatur, Laserpitiũ eruditiores ab arbore Laseris dicũt. Idẽ decimo quarto eiusdẽ libri cap. mercatores dicit Christianos Sarnare Indicæ ciuitatis incolas, in vrbe Bangella reperiri, qui præter ea quæ velut in emporium eò conuehunt, Laserem etiam, è quo gummi quod Belzuinum vocant efluit, importent. Et decimo nono eiusdem libri capite, dum Sumatra insulæ mentionem facit. Illic conspicitur (inquit) Laser, gummi producens quod Laserpitium appellant, & vulgò Belzuinum. Eò fit vt selectissimum Belzuinum Matthiolo liquor sit Cyrenaici Laseris, & Assa fœtida, liquor Laseris Medici & Cyriaci. Et quò eis satisfiat qui Silphium ferulacei generis herbam & non arborem esse contendunt, Ferula ipsa arborum generi adscribitur, quoniam teneritudo eius processu transit in lignum. Quod idem in Silphio contingere potest. Vulgaris Angelica, vel, Sancti spiritus radix, Ruellio, Laserpitium est Gallicum.

Sagapenum. CAP. LXXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. σαγάπηνον. Lat. Sagapenum. Ita. Serapino. Gal. & Off. Serapinum.

SAgapenum ferulaceæ herbæ succus est, quæ in Mediana-scitur. Optimum est, trãslucens, fuluo forinsecus colore, & intus albo, nescio quid inter Laser & Galbanum redolens, gustu acri. Prodest laterum & pectoris doloribus, tußibus uetustis, conuulsis & ruptis. Crassam pulmonis pituitam expurgat. Datur comitialibus, opisthotonicis, lienosis. Item contra neruorum resolutionem, perfrictiones, & febrium circuitus, in potu. In unguenta probe admittitur: menses pellit, sed fœtum exanimat, cum hydromelite potum. Prodest ex uino haustum, serpẽtium ictibus. Olfactum ex aceto uuluarum strangulatus excitat,

oculorum

oculorum cicatrices, offusam caliginem, habetudines, suffusionesq́ detergit. Resoluitur ut Laser, Ruta, aqua, & amaris nucibus, aut Melle, aut calido pane.

PRostat Venetijs Sagapenum selectissimum, quantumuis inibi & væneat ingens adulterati copia. Quæ Sagapenum producit ferula, in aliquot Italiæ locis, & præcipuè in Apulia prouenit, vnde iam Sagapenum cœpit exportari, sed orientali in bonitate inferius. Sagapenum liquor calidus & tenuibus partibus constans, aliquantum abstersori est. Ipsa tamen planta in totum est inutilis.

Euphorbium. CAP. LXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. εὐφόρβιον. Lat. Euphorbium. Ita. Euphorbio. Gal. & Off. Latino nomine.

EVphorbium Libyca arbor est, Ferulæ speciem habens, quæ in monte Atlante iuxta Mauritaniam, inuenitur. Ea acerrimo succo turget, cuius eximium feruorem expauescentes incolæ, ouillos uentres elutos arbori circumligant, & eminus caulem contis incidunt, confestimq́ è plaga, perinde atque uase quodam, in uentriculos copiosus lactis humor effluit, præter id quod humi sparsum, uulnus eiaculatur. Duo succi genera. Vnũ Orobi magnitudine, Sarcocollæ modo emicat. Alterum in uẽtriculis concrescit, atque uitreum spectatur. Eligendum est trãslucens, & acre. Euphorbiũ adulteratur Sarcocollæ & glutini mistione, sed difficile quidem experimentum: quippe cum leui gustu, os ac sensum diu detineat, adeò ut quicquid ori obijciatur, planè Euphorbium resipiat. Eius inuentio tempore Iubæ regis Libyæ cognita extitit. Succus illitu suffusiones discutit: Potus tota die exurit: quare Melli colyrijsq́ pro acrimoniæ ratione admisceri debet. Coxarũ doloribus prodest in odorifera potione haustus. Squamas ossium eadem die eximit, uerùm eo utentes, ne-

cesse est linamentis aut ceratis communire corpus quo ossa conuestiuntur. Aliqui memoriæ prodiderunt, percussos à serpente nihil molesti passuros, si incisa osse tenus capitis cute, intritus succus infundatur, uulnusq́; postea consuatur.

EVphorbium seplasiis notum, satisq; perspecta liquoris acrimonia, ab Euphorbio Iubæ regis Lybiæ medico, & Musæ Augusti Cæsaris medici, fratre, nomen accepit. Virtutem illius solutiuam ab Aetio & Actuario didicimus, qua flegma, & aquã maximè per inferiora purgat. Cholicis datur, & corporibus frigefactis. Cũ eo tamen, semen quoppiam aromaticum apponendum. Dosis tres (non amplius) oboli cum hydromelite. Iuuat & in catapotijs in melle coctum. Quarto abscessu calidum & siccum est.

Galbanum. CAP. LXXIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. γαλβάνη. *Lat. Galbanum. Ital. Galbano.*
Gal. & Off. Galbanum.

GAlbanum succus est nascentis in Syria Ferulæ, quod nonnulli Metopium uocant. Maximè laudatur cartilaginosum, merum, Thuris effigiem præbens, pingue, minimè lignosum, retinens nonnihil adiecti seminis & Ferulæ, graui odore, neque ualde humidum, neque nimis aridum. Adulteratur Faba fresa, Resina & Ammoniaco. Galbanũ excalfacit, urit, extrahit, discutit: menses ac partus trahit apposit u uel suffitu: lentigines aceto & Nitro perunctas tollit. Deuoratur ad tussim ueterem, difficultatem spirandi, suspiria, rupta, conuulsa. Aduersatur toxicis, potum cum uino & Myrrha: simili modo sumptum mortuos partus extrahit. Imponitur lateris doloribus, & furunculis. Comitiales & uuluæ strangulatus, & uertiginosos olfactu suscitat. Si uratur, fugat nidore serpentes & perunctos feriri non patitur: serpentes cum oleo & Sphondylo circumpositum, necat. Dentium dolorem oblitum, aut

cauer

cauernis inditum, mitigat, urinæ difficili prodesse, existimatur. Resoluitur ad potiones amaris nucibus, aqua, aut Ruta, aut calido pane, mulsáue: alias Meconio, ære usto, aut felle liquido. Si purgare Galbanum uoles, in feruentem aquam demittito, namque cum liquefactum fuerit, eius sordes fluitabunt: quas hoc modo facilè separabis: mundo linteo raroq́; alligatum in fictili aut ærea pyxide ita pendeat, ut imum uasis ne tangat: opertoq́; uase in feruidam aquam demittito: sic enim syncerum, ueluti per colum eliquescet, & lignosum in linteo remanebit.

VEnetijs verum & non adulteratum Galbanum Seplasiæ magis in monile habent, quam vt væneat. Quod vulgo venditur parũ respondet bonitati, quam ex eo requirit Dioscorides, nempè sexcentis mixtionibus oppletum. Diligentis erit pharmacopolæ aut sincerum cõparare, aut eo quo Dioscorides docet modo expurgare. Siquidem eo pacto bona corruptionis pars eruetur. Excalfacientium tertiæ est classis, aut secundæ desinentis, & desiccantium ineuntis secundæ.

Ammoniacum. CAP. LXXX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Αμμονίακον. Ital. & Off. Armoniaco.

AMmoniacum ferulæ succus est, quam iuxta Cyrenem Aphrica gignit, cuius fruticem cum radice Agasyllim nocãt. Probatur bene, coloratũ, ligni & calculorũ expers, Thuris similitudine, minutis glebis, densum, syncerum, nulla sorde spurcatum, castoreum odore imitans, gustu amarũ. Hoc genus Thrausma, id est, friaturam appellant: quod uerò terram & calculos collegit, Phyrama. Gignitur in Aphrica iuxta Ammonis oraculum, succum stillante ferulacea arbore. Mollit, extrahit, calfacit: tubercula duritiasq́; discutit. Potum aluum soluit: partus extrahit, lienem consumit, drachmæ pondere cum aceto haustum. Articulorum coxendicumq́; doloribus liberat: auxi-

lio est anhelatoribus, orthopnoicis, comitialibus. Item quibus humor in pectore coit, si cum Melle delingatur, aut cum ptisanæ succo sorbeatur: cruentam urinam pellit, albugines oculorum absterget, genarum scabritiam absumit. Tritum autem cum aceto, & impositum, iocinoris lienisq́ duritias sedat: discutit tofos, qui in artubus concalluerunt, cum Melle aut cum Pice illitum: lassitudines & coxendicum dolores eo perungi utile est, cum Nitro & Cyprino oleo, uice acopi.

IOuis Ammonis in Lybia delubrum, iuxta quòd ingens Metopij copia, vnde is colligitur liquor, Ammoniaco liquori nomen dedit. In hoc itidem seligendo iudicium apponendum. Quod habemus terra & lapillis immistum, Phyrama, non Trausma esse videtur.

Sarcocolla. CAP. LXXXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σαρκοκόλλα. Lat. & Ita. Sarcocolla.

Gal. & Off. eodem nomine.

SArcocolla, lachryma est arboris in Perside nascentis, pollini Thuris similis, rufa, gustu amara. Vulnera glutinat, oculorum fluxiones inhibet: emplastris inseritur. Adulteratur admisto gummi.

NOn adulterata Sarcocolla nostro tempore affertur, cum gummi Arabico & alijs gummi. Atenim non præsente gustui amarore adulterium deprehendetur. Mesue solutiuam facit Sarcacollam, eáque virtutem augeri, Gingiberi, & Cardamome permistam. Vires habet è viscosa substantia & pauxillo amarore compositas, & ob id sine mordicatione desiccat.

Glaucium. CAP. LXXXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. γλαύκιον. Lat. Glaucium. Ita. & Off. Memithe.

Glau

Glaucium, succus est herbæ quæ ad Hierapolim Syriæ nascitur, folijs ferè corniculati Papaueris, pinguioribus tamen, in terram sparsis, odoris tetri, gustus amari: tota croceo succo madet. Folia in olla fictili semifrigidis clibanis calfaciunt indigenæ, usquedum flaccescant, deinde contusis succum exprimunt: cuius est usus ad oculorum medicamenta, utpotè cùm inter initia refrigeret.

Qvod nunc in vsu est Glaucium, specie licet diuersum sit, viribus tamen & notis satis respondet. Experientia siquidem compertũ, id oculis esse salutare. Cum vero ex terrea et aquea substantia, vtraque frigida, sine excessu tamen, componatur, aquæ fontis conferri potest.

Glutinum. CAP. LXXXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. κόλλα. Lat. Glutinum seu gluten. Ita. Colla. Gal. Colle. Off. nomine Latino.

Glutinum, quod Xylocollan, alij Taurocollan uocant, præstantißimum Rhodiacum, quod ex bubulis corijs conficitur, id candidum est & translucens. Nigrum uerò minus probatur. Resolutum in aceto, impetigines leprasq; cutis delet, ambustis igni ex aqua calida dilutum illitumq;, pustulas erumpere non patitur. Vulneribus prodest, Melle aut aceto madefactum.

Glutinũ piscium. CAP. LXXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἰχθυοκόλλα. Lat. & Off. Ichthyocolla. Ita. Colla di pesce. Gal. Colle de bouche.


Ichthyocolla, gluten piscium, uenter est piscis ceracei. Præstat candicans, natione Ponticum, subasperum, minimè scabrum, & quod celerrimè liquescit. Vtile emplastris, capitis & leprarum medicaminibus, & tetanothris, quæ cutem faciei erugant & extendunt.

Glutinum notum est, itidem & Ichthyocolla, quàm collam Moruæ, & collam buccæ vocant. Enimvero aurum glutinat santeria, ferrum argilla, æris micas cadmia, Laminas alumen, æramenta stagnũ, argentum stagnum, marmor & plumbum resina, plumbum nigrum id quod album est, plumbum album seipsum.

Viscum. CAP. LXXXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἰξός. *Lat. Viscum. Ita. Vischio.*
Gal. du Guy. *Off. Viscum.*
quercinum.



Viscum.


Viscum optimum est recens, intus porraceum, extrà fuluum, quod asperi nihil, aut furfurosi cõceperit. Fit acinis in Robore nascentibus, buxeo fruticis folio. Contusum acinum lauant, & postea in aqua decoquunt: sunt qui commanducãdo ipsum efficiant. Gignitur quoque in Malo, Pyro, & plerisque alijs arboribus: quinetiam inuenitur in quorundam fruticum radicibus. Emollit, discutit, extrahit. Parotidas, tubercula, cæterasq; collectiones ad maturationem perducit. Cum Resina autem & Ce-

ra

ra pari, epinyctidas in splenio sanat. Vetera ulcera abscessusq́; quos cacoëthes uocant, ex Thure mollit: lienē cum calce, Gagate, aut Asio lapide coctum & impositum absumit: cum Sandaracha, aut Auripigmento illitum, ungues extrahit. Mistum cum calce & uini fæce, suam uim intendit.

V*Iscum nunquam in terra nascens, semper in arbore proueniēs, præsertim Quercu, Robore, Ilice, Pyro Maloque syluestribus, Salice, Betula, Corylo, Abiete, Castanea, atque adeo vite. Fit viscum præter alia & è cortice radicis plantæ quam Itali Agrifolio, & ex arbuscula quam ijdem Lantana & Entisde vocant, quæ Theophrasti Fluida est. Viscum è substantia ærea & aquea & paucissima terrea componitur, discutit, mollit, extrahit, concoquit.*

Aparine. CAP. LXXXVI.


Aparine.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀπαρίνη. *Lat. Aparine. Ita. Speronella.* Gal. Glatteron. *Off. Aspergula.*

A*Parine ramis multis & paruis fruticat, asperis, quadrangulis, per interualla orbiculato foliorum ambitu, ut in Rubia: flos albus: semen durum, rotundum, concauum, album, umbilici figura, asperitate uestium tenaci. Ea pastores coli uice utuntur, ad eximēdos*

dos

dos è lacte pilos. Seminis, caulium, ac foliorum succus, potu contra uiperarum phalangiorumq́ morsus auxiliatur: infusu aurium dolori medetur. Herba cum Axungia trita strumas discutit.

APARINE aspretudine vestibus tenacissimè adhærens, nota planta abstersoria & desiccatoria est, & tenuium aliquantum partium.

Alyssum. CAP. LXXXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀλυσσόν. *Lat.* *Alissum. Ita.* *Rubbia minore.*
Gal. Rubea minor. *Off.* *Mater sylua.*

ALysson fruticosa herbula est, unicaulis, subaspera, rotundis folijs: fructu duplicium scutorum effigie, in quo est semen quadantenus latum: in montibus & asperis locis emicat. Eius decoctum singultus sine febri, potu discutit. Idem efficit si quis eam aut teneat, aut odoretur. Cum Melle trita, uitia cutis in facie, & lentigines emendat: contusa in edulio, rabiei canis mederi putatur. Domibus appensa salutaris esse creditur, & hominibus atque animalibus fascini amuletum. Purpureo linteo circumligata, pecorum morbos abigit.

ALisson Plinio Rubia est minor: Aëtio, Sideritis heraclea, quæ herba Robertiana est. Galenus Marrubio similem facit, spinosiore & asperiore in summo caule. Ruellius herbariorum rusticam cannabim, putat. In hac sententiarum diuersitate quid pro certo statuendum sit non video, nisi (quod certius est) à Galeno standum esse dicamus. Nam deliniationis huius herba, Matthiolo teste, per totam Italiam vulgaris. Alysson modicè desiccat & concoquit, & aliquantum abstergit.

Asclepias. CAP. LXXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀσκληπιάς. *Lat.* *Asclepias. Ita.* *Asclepiade.*
Gal. non probate, Le Lierre terrestre.
Off. Hirundinaria.

Ascle



* *Asclepias.*

Asclepias, ramos emittit longos: folia Hederæ, lõga: radices numerosas, tenues, odoratas: floris uirus graue: semen Securidacæ. Nascitur iu montibus. Radices ex uino potæ torminibus auxiliantur, & contra serpentium ictus. Folia aduersus uuluæ mammarumq; ulcera, quæ cacoëthe uocant, illinuntur.

Falluntur qui pro Asclepiade, Hederam terrestrem accipiunt. Nam præter, id quòd Asclepiadem non dixit per terram serpere: folijs Hedera longioribus, non rotũdioribus pinxit. Fuchsio Asclepias Vincetoxicum est, at Matthiolus collatis notis nõ satis respondere opinatur, quemadmodum & hauddum in valle Anania vidisset, sæpe summa cura perquisitum.

Atractylis. CAP. LXXXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀτρακτυλὶς ἑτέρα. *La. Atractylis alter.* Ita. *Atrattile.* Gal. non probate, Chardon benist. *Off. Carduus benedictus.*

Atractylis, spina est Cnico similis, folia multò longiora ferens in summis uirgis, magna parte nuda, asperáque,

qua



Atractylis. 1.



Atractylis. 2.

qua fœminæ pro fusis utuntur: capitula in cacumine spinis horrent: flos luteus: quibusdam in locis purpureus inuenitur: radix tenuis, superuacua. Coma, semen & folia cum Pipere & uino teruntur utilissimè contra scorpionum ictus: percussos tradunt quàmdiu ea teneatur herba, nullum experiri dolorem, ipsumq; deposita statim recrudescere.

ATractylidem non esse Cartamũ syluestrem è Theophrasti. 6. Lib. cap. 4. de plantarum historia claret, vbi separatim & de Cartamis, & de Atractylide tractat, & singularem illi facultatem resudandi è folijs sanguinis, & non Cartamis attribuit.

Polycnemum. CAP. XC.

NOMENCLATVRA.

Græ.

Gr. πολύκνημον. *Lat.* Polycnemon. *It.* Polycnemone.
Gal. Off. Ger. ignota.

Polycnemon, frutex est surculosus, folijs Origani: caule, ut Pulegij, geniculis multis intercepto, sine umbella: tenui tamen in cacumine corymbo, boni odoris & acris. Vulneribus agglutinandis recens, aut aridũq; cũ aqua, efficaciter illinitur: sed quinto die solui debet: ad urinæ stillicidia ruptaq;, cum uino bibitur.

Polycnemon vt duæ præcedentes inter nostro æuo incognitas herbas reponetur, donec exactus quispiam plantarum censor huic perspectæ lucem offeret.

Clinopodium. CAP. XCI.

NOMENCLATVRA.

Græ. κλινοπόδιον. *Lat.* Clinopodion. *Ita.* Clinopodio.
Gal. Pouliot de montaigne. Off. Poliũ montanũ.

Clinopodion frutex est folijs Serpyllo similis, surculosus, duum dodrantum altitudine. Nascitur in petrosis: flores, Marrubij modo, ex interuallis distincti speciem lecti pedum præbent. Bibitur herba & succi eius decoctum, ad conuulsa, rupta, strangurias, serpentium ictus: menses & partus pellit, & pensiles uerrucas, quas acrochordonas uocant, eijcit, aliquot diebus potum. Aluum sistit decoctum ad tertias, potumq;, si febrim sentiunt, ex aqua, alioquin ex uino.

Clinopodium in montibus vallis Ananiæ copiose nascitur, folijs non Serpillo tantũ simile, at etiam Calamento montano. E subtilibus partibus compositum excalfacit & desiccat tertio abscessu.

Leontopetalon. CAP. XCII.

NOMENCLATVRA.

Græ. λεοντοπέταλον. *Lat.* Leontopetalon.
Ita. Rapeione.
Gal. Pate de Lyon. Off. Pata Leonis.

Leontopetalon caulem emittit dodrãtalem, aut altiorem, plurimis alis concauum, & in cacumine semina parua duo aut tria, in siliquis, Ciceris modo: flores Anemonæ similes, punicei coloris: folia Braßicæ, sed Papaueris diuisura: radicibus nigris, Rapæ similibus, strumosis. Nascitur in aruis & segetibus. Radix auxiliatur serpentium ictibus, ex uino pota, nec alia res celerius dolorem finit. Miscetur ischiadicorum clysteribus.


Domesticũ Leontopodiũ visitur in multis Italiæ hortis, & sylue stre Matthiolo multis in Thuscia locis nascitur. Radix cõcoquit. excalfacit, & desiccat tertia classe.

Teucrium. CAP. XCIII.

NOMENCLATVRA.



* *Teucrium.* 1



Teucrium. 2

Græ. τεύκριον. Lat. Teucrium. Ita. Teucrio.

TEucrium, siue ut alijs placet, Teucris, herba est uirgæ referens effigiem, Trissaginis similitudine, tenui folio, non multum à Cicere alieno. Hæc in Cilicia iuxta Gentiadem Cissademq; ubertim prouenit. Recens cum posca, aut aridæ feruefactæ ius, potu lienem potenter absumit: lienosis cum aceto & ficis illinitur. Item serpentium morsibus ex aceto solo, sine ficis.

OFficinarum Germanicarum Chamædrys Cordo Teucrium esse putatur. Tragus Veronicam Teucrium facit. Verum Teucrium in valle Anania deprehendit Matthiolus. Errant qui id, Fabā inuersam, existimant. Incidit, & tertio ordine desiccat, & calfacit secundo.

Trixago. CAP. XCIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. χαμαίδρυς.
Lat. Trissago.
Ita. Querciuola.
Gal. Petit Chesne. Off. Chamædreos.

CHamædrys Græcis, alijs Chamædrops: Latinis Trissago dicitur. Sunt qui eam Teucrion appellauere, propter eam quam cum Teucrio seruat similitudinem. Nascitur in petrosis & asperis. Frutex dodrantalis, folia habens exigua, amara, effigie & diuisura Quercus: flore paruo, penè purpureo. Carpitur semine prægnans. Recens in aqua decocta, potu tussibus, indurato lieni, urinæ difficultati, incipientibus hydropicis, auxiliatur, cit menses, partus extrahit. Lienem ex aceto pota consumit. Aduersus serpentium uenena ex uino, potu illitúque



* Trixago. 1



Trixago. 2

efficacißima. Trita digeritur in paſtillos ad ſupradicta. Purgat ulcera, cum Melle: cum oleo illita, caliginem oculorum diſcutit. Natura eius eſt calfacere.

T*Riſſago* Italis *herba febrium dicitur, quòd continuis aliquot matutinis epota decoctio, à tertiana liberet.* Thuſcis *acetarij vice comeſta, à peſte ſecuros reddit.* Amara *qualitas (quantumuis aliquantum aſtringat) vincit in* Triſſagine. *Tertij eſt excalfacientium & deſiccantium ordinis.*

Leucas. CAP. XCV.

NOMENCLATVRA.

Græ. λευκάς. *Lat. Leucas. Ita. Leuca.* Gal. Off. Ger. ignota.

Leu

Leucas montana, latioribus quàm urbana folijs, semine acriore, amariore, ori ingrato, efficacior tamen quàm satiua habetur. utraque ex uino contra animalium uenena, præcipuè marinorum opitulatur.

Leucas inter herbas nostro seculo incognitas reponēda. Siquidē nihil habet commune cum Mercuriali vinacea.

Lychnis. CAP. XCVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Λυχνίς στεφανωματική. *Lat. Lychnis coronaria. Ita. Lychnide coronaria.*

Gal. Girofles sauuages. Off. herba Tunica.



Lychnis satiua.



Syluestris.

Lychnis coronaria, flore est albæ Violæ simili, quo corollæ factitantur. Contra scorpionum ictus semen in uino potum auxiliatur. Lychnis syluestris, omnia urbanæ similis. Bilem per aluum detrahit, semine duabus drachmis poto: ictis à scorpione subuenit. Aiunt huius herbæ appositu scorpiones torpescere, & inertes prorsus reddi.

Difficilè sanè sit Lychnidem reperire, quamuis Matthiolus se in Italicis hortis herbam effigie Lychnidi persimilem vidisse scribat, quæ etiam syluestrem congenerem habeat. Calida & sicca est ordine secundo desinente, aut ineunte tertio.

Lilium. CAP. XCVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κρίνον. *Lat.* Lilium. *Ita.* Giglio

Gal. Lis. Off. Latino nomine.

Lilia coronamentis se dedunt, Liria à quibusdam uocata. E quibus unguentum temperatur, quod aliqui Lirinum, alij Susinum appellant, neruos & priuatim uuluæ duritias emolliens. Folia herbæ illita contra serpentium ictus auxiliantur: feruefacta, ambustis proficiunt: aceto condita uulceribus opitulantur. Succus adiecto Melle aut aceto, in æreo uase coquitur, conuenienti medicamento uetustati ulcerum, & ad recentia uulnera. Inassata radix & ex Rosaceo trita, igni ambusta sanat, uuluam emollit: menses ciet, ulcera cicatrice obducit: cum Melle detrita neruis præcisis, luxatisq; medetur: uitiligines, furfures & lepras emendat, ulceraq; in capite manãtia expurgat: abstergit faciem & erugat. Teritur in aceto cum Hyoscyami folijs, & farina tritici, mulcendis testium inflammationibus. Semen potum morsibus serpentium aduersatur: ignibus sacris semen & folia cum uino illinuntur. Tradunt & rubra esse Lilia. In Syria autẽ & Pisidia Pamphyliæ, efficacißima unguentis nascuntur.

Lilia



Lilium.

Lilia nota sunt, & vt purpurea prodeãt rationẽ docuit Plinius, satis nostro tempore perspectam. Hoc tam.n in loco de albis Dioscorides intelligit. Liliorum radix primæ detergẽtium est classis, modicè emollit, & concoquit. flos substantia cõstat mista ex tenui, terrea, & aquea. Coctus ex oleo mollit & citrà morsum digerit.

Ballote.

CAP. XCVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. βαλλώτη. Lat. & Off. Marrubium nigrum.
Ita. Marrobio nero.
Gal. le Marrubium noir.


Balloten, nomine alio nigrum Marrubium uocant: caules ædit quadrangulos, nigros, subhirsutos, complures ex una radice: folijs maioribus quam Marrubij, hispidis, intercedente spacio, subrotũdis, graueolentibus, Apiastro proximis: unde aliqui Apiastrum eam uocauerũt. Candidi flores uniuersi uerticillato ambitu caulem coronant. Vis eius efficax aduersus canis morsus, folijs ex sale illitis. Feruenti cinere flaccescunt folia, ut condylomata reprimant. Purgant & sordida ulcera cum Melle.

Ballote adeò Apiastro similem profert effigiem, vt nisi odor ingratus errorem proderet, attento etiam oculo imponeret. Ballote acris est, & abstersoria. Cum sale valet ad morsus canis rabidi.

Apiastrum. CAP. XCIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Μελισσόφυλλον. *la. melissophyllō. It. Cedronilla.* Gal. Melisse. Off. Melissa.



Apiastrum.

Melissophyllon siue Melittæna, id est, Apiastrum, id sibi nomen usurpauit, quoniam apes ipsa herba delectantur. cauliculi & folia Ballotæ, de qua paulò antè diximus, similia essent, nisi maiora, tenuioraq́; nec ita hirsuta spectarentur. Citreum malum olent. Folia cum uino pota aut illita prosunt cōtra ictus phalangiorum, scorpionumq́; Item aduersus canis morsum. Decocto eorundem gratia, foueri prodest. desessionibus fœminarum ad ciundos menses conuenit. Dentes eodem in odore colluuntur. Dysentericis infunditur. Fungorum strangulationibus folia, addito Nitro, potu auxiliatur: torminibus & orthopnoicis

cis

tis, delinctu illita cum sale strumas discutiunt, ulcera purgant, articularios dolores illita sedant.

APiastrum ad passiones cordis multum efficax, Auicennæ calidum & siccum secundo ordine. Mirum in modum lætificat & roborat cor, odor siquidem gratus, obstipans facultas, & disgregans deopilatio, vtilem in omnia etiamnum viscera faciunt. hac vi soluit; sed quatenus spectat ad exoluēdos ab humoribus melancolicis spiritus, qui in sanguine qui circa cor est, versantur. Quod in aliis membris nec in toto corpore conficit. Hæ Melissophylli dotes, Galeno, & cæteris græcis fuerunt ignotæ.

Marrubium. CAP. C.

NOMENCLATVRA.

Græ. πράσιον. *Lat. Marrubium. Ita. Marrubio.*
Gal. du Marrubin. Off. Marrubium album.

MArrubium, frutex est ab radice ramosus, candicans, subhirsutus, quadrangularibus ramis: folium pollicem æquat, subrotundum, hispidum, rugosum, gustu amaro: semen in caulibus, & ex interuallis: flores uerticillato ambitu, asperi. Nascitur propter ædificia, ruinas, & rudera. Huius folia sicca, cum semine decocta in aqua, aut uiridium succus datur cū Melle suspiriosis, tussientibus, & ad tabitudinem redactis. Crassam è pectore pituitam, cum sicca Iri eijcit: mulieribus à partu nō purgatis datur, ut menstrua & secundas extrahat, item in difficili partu, & his qui uenena hauserunt, aut à serpētibus demorsi sunt. Vesicam renesq; lædit. Folia cum Melle illinuntur sordidis ulceribus purgandis, pterygia nomasq; sistunt, laterum dolores mitigant. Succus foliis cōtusis expressus, & sole coactus, ad eadem pollet. Cum uino & Melle illitus, oculorum claritatē adiuuat. Naribus regium morbum expurgat: aurium doloribus conuenienter instillatur, per se aut cum Rosaceo.

MArrubium notius, quàm vt manifestius quippiam à Dioscoride, è quo virtutes eius patent, dicendum sit. Calfacientium desinentis est ecundæ claßis, & desiccantium mediæ, aut desinentis tertiæ.

Stachys. CAP. CI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Στάχυς. *Lat.* Stachys. *Ita.* Stachi.
Gal. Sauge tendre. Off. nomen non habent.

STachys frutex est Marrubio similis, sed longior: folia feres numerosa, hirsuta, rara, prædura, cana, odoris iucundi, & complures uirgas ab radice exeuntes, Marrubio candidiores. Nascitur in montibus & asperis. Vim habet excalfactoriam & acrem. Foliorum decoctum, potu pellit menstrua & secundas.

STachys itidem non incognita, & nequicquam in ea cõtrouersiæ est. Herba Marrubio similis, gustu acris & amara, tertio ordine excalfacit.

Phyllitis. CAP. CII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Φυλλίτις. *Lat.* Phyllitis. *Ita.* Phyllitide.
Gal. & Off. Lingua ceruina.

PHyllitis, folia promit Rumici similia, longiora, & uiridiora, sena aut septena, recta, quæ parte anteriore læuia cernuntur, à tergo autem pensiles, quasi uermiculos tenues ostendunt. In umbrosis & opacis hortorum locis emicat, gustu acerbo: neque caulem, neque florem, neque semen profert. Folia in uino pota serpentium morsibus aduersantur: quadrupedibus per os infusa auxilio sunt: & si dysenteria aut resoluta aluus exercet, potui datur.

QVi sedulò Dioscoridis notis in delinianda Phyllitide *animum aduerterit, hanc vt proculdubiò eam, quæ vulgò,* Lingua *ceruina dicitur, esse cognoscet: ita hactenus falsò, pro* Scolopendrio, *quod Arabum sectarijs* Ceterach *nuncupatur, vsurpatam. Et quod ad folior*

liorum numerum attinet, multas videre est plantas, contrà Dioscoridis sententiam cum quinquaginta folijs, queis ille sex tantum aßignarit: ac extracto è terra Linguæ ceruinæ cespite, foliorum multitudinem è numerosa radice prodire manifestum est.

Phalangium. CAP. CIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. φαλάγγιον. *Lat.* Phalangium. *Ita.* Phalangio. *Herba hodie ignota.*



Phyllitis.

Phalangium à quibusdam Phalangites uocatur: ramuli sunt ei duo, aut tres, pluréſue, in diuersa tendentes: flos candidus, Lilio similis, multas incisuras habens semine nigro, lato, ad Lenticulæ dimidiatæ figuram, multo tenuiore: radice parua, tenui, herbacei coloris dum à terra eruitur. Prouenit in collibus. Huius folia, semen, flos cum uino pota, auxiliantur, contra scorpionum Phalangiorúmque ictus: tormina quoque discutiunt.

Phalangium è subtilibus & desiccantibus partibus, non aliter à Plinio quàm à Dioscoride descriptum, inter ignotas plantas referetur, sicut nec in Italia reperitur.

Trifolium. CAP. CIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. τρίφυλλον. *Lat.Trifolium.Ita.Trifoglio.*
Gal.Trefle.Off.inusitatum.



Trifolium. *Trifolium.* 2

T*Rifolium, Græci Triphyllon, alij oxytriphilon, alij menyanthes, alij asphaltion uocant. Frutex supra cubiti altitudinem attollitur, uirgas habens tenues, iunceas & nigras, unde ramulares enascuntur appendiculæ, in quibus terna singulis germinationibus exeunt folia, Loto arbori similia: ijs recenter enatis Rutæ odor inest: ubi autem adoleuerunt, Bitumen olent: florem ædit purpureum, semen quadantenus latum, sub-*

hirsu

hirſutum, ex altera extremitate exertum, antennæ modo corniculum gerens: radix tenuis, longa, ualida. Semen & folia in aqua pota pleuriticis, urinæ difficultati, comitialibus, & iјs qui aquæ intercutem principia ſentiunt, fœminis quoque uuluæ uitio opportunis, auxiliantur, menſes ciunt: ternæ drachmæ è ſemine dari debent, è folijs uerò quaternæ. Contra ſerpentium ictus trita folia, & ex aceto mulſo pota, præſidio ſunt. Tradunt aliqui, totius fruticis, radicis, foliorumq́ decoctum fotu dolores eorum finire, quos ſerpentes percuſſerint. Qua autem aqua ſanatus quis fuerit, ſi ea quiſpiam alius foueatur, qui ulcus habuerit, perinde afficitur ut à ſerpente demorſus. Quidam terna folia aut ſemina in tertianis, cum uino potui dedere: & in quartanis, quaterna, ut quæ febrium circuitus diſcuterent. Radix antidotis inſeritur.

TRia ſunt Trifolij genera. Vnum Menyanthes vocant Græci, alij Aſphaltion, Archigenes Aſpaltitim, maiore folio, quo coronarij vtuntur. Alterum acuto, Oxytriphyllon cognomine. Tertium minutiſſimum ex omnibus. Tria hæc genera Gallica & Italica prata nouere, primum rotundis & magnis, ſecundum, longis: tertium, rotundis & minutis folijs. Hæc menſe Maio flore aliàs purpureo, aliàs albo viſuntur. Eſt etiam Trifolij ſpecies, quem Trifolium acetoſum, & panem cuculi vocant: ſeplaſiæ, Alleluya. Trifolium odoratum, quem Romani Tribolo nuncupant, Dioſcoridis eſt Cytiſus. Arabum Andaioca, è quo oleum fit ad dolorem & tremorē membrorum, Lotus eſt ſylueſtris & Aegyptia, cuius in ſequenti libro meminit Dioſcorides. Errant qui è Trifolio vulgari id oleum conficiunt. Tertiò abſceſſu excalfacit & deſiccat.

Polium. CAP. CV.

NOMENCLATVRA.

Græ. πόλιον. *Lat. Polium. Ita. Polio.*
Gal. Poliot. Off. Latino nomine.

D*Vo genera polij. Montanum, cui Theutrio nomen eſt, & cuius eſt uſus. Tenuis frutex eſt, candidus, dodrantalis*


talis, semine refertus: capitulo in cacumine quandam corymborum speciem præ se ferente, paruo, canis hominis simili, grauiter olente, non sine quadam suauitate. Alterum fruticosius, non usqueadeò ualens odore, & uiribus infirmius. Potum ferue factius auxiliatur serpentium ictibus: hydropicis, morbo regio, & lienosis ex aceto: stomachum malè habet: caput doloribus afficit: aluum & menses ciet: substratum suffitúmue serpentes abigit: uulnera conglutinat.

VErum Poliũ in Thuscia & Galliæ Narbonensis montibus enascitur: id gustu acre & amarũ est, atque in eo, minus, seu syluestre, ualẽtius. Nẽpè tertij desiccantiũ ordinis, & excalfacientiũ in fine secũdi.

Scordium. CAP. CVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σκόρδιον. *Lat. & Off. Scordiũ. Ita. Scordio.* Gal. Chamaraz.



* *Scordium.*



Alliaria.

Scordium in montibus & paluſtribus naſcitur, folijs Triſſaginis, maioribus, non ſic in ambitu diuiſis, aliquantum Allia redolentibus, guſtu amaris & aſtringētibus: quadrāgulis caulibus: ſubrubro flore. Herba uim excalfactoriam habet: urinam cit. Cocta recens, aridáue cum uino, aduerſus uenenatos ſerpentium morſus bibitur: ad ſtomachi quoque roſiones, dyſenteriā & urinæ difficultatē, binis drach. cum hydromelite: craſſamen purulentum pectore expellit. Facit aridæ farina ad ueterem tuſsim: rupta, conuulſa, ſi cum Naſturtio, melle & reſina miſceatur in eclegmate. Inflammata modicè præcordia, cerato excepta, recreat. Cum aceto acri aut aqua, podagris conuenienter illinitur: menſes impoſita mouet, uulnera conglutinat, uetera ulcera purgat, & ex melle cicatricem perducit. Sicca excreſcentias in carne cohibet. Succus ad eadem uitia bibitur. Inter prima efficax Ponticum natione, Creticumq́ꝫ.

Scordium non ita pridem cepit agnoſci, & perinde deſijt Allium ſylueſtre eius loco vſurpari. Scordium Chamædry ſimile, odore Allium referens, in paluſtribus prouenit, & ea de cauſa Romanis, Triſſago paluſtris dicta eſt. Galeno optimum eſt Scordium Creticum. Amarum eſt Scordium, acerbum, & acrimonia ſatis ad Allium accedens.

Tuſsilago. CAP. CVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Βήχιον. Lat. Tuſsilago. Ita. Vnghia di cauallo. Gal. Pas d'Aſne. Off. Vngula Caballína.

Tvſsilagini folia ſūt maiuſcula quā Hederæ, ſex aut ſeptē à radice, ſubalbida à terra, ſupnè uirētia, in plures angulos

los exeuntia: caulis palmum altus, flos luteus: in uere, flore & caule confestim exuitur: inde nonnulli his uacare existimauerunt. Radix tenuis est & superuacua. Nascitur in amœnis & riguis. Folia ex Melle trita, igni sacro & omnibus inflammationibus illitu medentur. Aridæ fumus per infundibulum hianti ore raptus, hos sanat qui sicca tußi atque orthopnœa infestantur: pectoris uomicas rumpit. Eundem effectum præbet suffita radix. Decocta in hydromelite, & pota, emortuos partus eijcit.

TVßilago vulgaris & nota est plauta, caule & flore fugacißimo vt enatis vigor & longißima mora, fit biduum. Namq; die vno locum vniuersum caule & floribus pubescere, postride prorsus cõtabuisse, frondéque sola virescere, videbis. Ea causa est vt sine caule & floribus plerique qui tam citã caulis iacturã non inspexerunt, existiment. Acris herba, & aqueæ substantiæ, minus tamen, viridi etiamnum & tenera planta. Nã sicca Tußilaginis folia acriora sunt, quàm requirant flegmones. E radice lana extrahitur, quæ parata accendẽdo igni idonea est.

Artemisia. CAP. CVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἀρτεμισία. Lat. & Off. Latino nomine. Gal. Armoise. Ger. Reinfarn.

ARtemisia magna ex parte in maritimis nascitur, Absinthij modo fruticosa, maioribus & pinguioribus folijs, ramisq́; : huius quidem genera duo: unum lætius habitiusq́; folijs uirgisq́; latioribus: alterum tenuius, flore paruo, tenui, candido, graueolente: æstate floret. Sunt qui in mediterraneis unicaulis nomine appellẽt, tenuem herbulam, simplici caule & minuto, floribus scatentem tenuibus flauo colore: hæc iucũdiorem quã præcedẽs efflat odorẽ. Vtraq; excalfacit, extenuat. Feruefactæ conuenienter in muliebres desessus adijciuntur, ad detrahendos menses, partus, secundasq́; : item ad præclusiones uuluæ, & eiusdem inflammationes: calculos comminuunt, remoratam urinam

nam



Artemisiæ maior.



Minor.

nam cient, menses pellunt pubi illitæ. Succus uuluæ inditus ex Myrrha, eadem quæ insessio trahit. Coma tribus drachmis eorundem educendorum gratia bibitur.

A*Rtemisiæ tria genera facit* Dioscorides*, inter quæ prima duo non ignota, maioris & minoris* Artemisiæ *nomine sapore & calore nihilum dissimili, tantum differunt surculorum & foliorum, floris, & seminis magnitudine.* Nec *censendum secundam* Artemisiæ *speciem esse matricariam, quæ verum est* Dioscoridis Parthenium*: nec tertia, eadē cum* Athanasia *seu* Tanaceto *ducenda: nam vnicaulis,* Dioscoridi, Artemisia: Tanacetum*, multis ex vna radice & validis constat frondibus. Non iniuria tenuifoliæ* Artemisiæ *caput à doctioribus expunctum, tū quod huius anteà mentionem fecerit, tum quod in antiquis codicibus græcis non reperiatur.* Matthiolo *tertia* Artemisiæ *species* Italiæ *nostro tempore ignota.*

Ambrosia. CAP. CIX.


E Nomencla

NOMENCLATVRA.

Græ. Αμβροσία. *Lat.* *Ambrosia.* *Ita.* *Latino nomine.* Gal. Rue de vigne. Off. Ruta vinacea.

Ambrosia tenuis frutex est, ramosus, trium ferè palmorũ: folijs Rutæ, circa imum caulem exiguis: cauliculi seminibus, perinde quasi racemulis grauidi, qui nunquam florem pariunt, odore uinoso, suaui: radice tenui, sesquipedali. Coronatur ea Cappadoces. Vis eius reprimere ac repellere, & illitu adstringere humores, quin aliquam partem incumbunt.

Ambrosia in aruis & vineis prouenit cum notis quas ei attribuit Dioscorides. Repercutit & reprimit. Hæc rusticus ad arcendum æstum coronaria est. Quam officinæ ostendunt non est Ambrosia, sed Polemonia.



Botrys.

Botrys. CAP. CX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Βοτρυς. *La.* *Botrys* *Ita.* *Botri.* Gal. Pymen. Off. ignota.

Botrys furticosa herba est, lutea tota, & in multas alas sparsa: semen circa totos ramulos prouenit: folia Cichorio similia: tota

tota suauem odorem spirat: quare uestimentis interponitur. Inuenitur in torrentium ripis, & conuallibus. Pota orthopnœas mulcet. Hanc Cappadoces Ambrosiam uocant, alij Artemisiam.

Botrys Ruellio *ea est, quam rustici in corbibus portantes,* Pijmen *magno clamore denuntiant, probè adaptato nomine; nam si prægnans suo liquore premeretur, in gummi lētesceret, ex se pigmentarij institoris vice vnguentū efficiens. In adsimiliū racemulorum hortensi herba, quantumuis summatim racemuli dependeant, non tamen in ramulorum omnium ambitu, vt in* Botry, *innascuntur.*

Geranium. CAP. CXI.

NOMENCLATVRA.


Geranium. 1.


Geranium. 2.

Græ. γεράνιον. *Lat. Geranium. Ita. Geranio.*
Gal. Aguille de bergier. Off.
Acus pastoris.

GEranion folijs Anemones, diuisuris longioribus: radice subrotunda, cùm estur dulci: Quæ drachmæ pondere in uino pota, uuluæ inflationes discutit. Geranium alterum, caulibus minutis & pilosis, sesquipedalibus: folijs Maluæ: in summis alis sursum spectantia gruum capitula insunt, cum suis rostris, aut canini dentes. Nullius in medicina usus.

TRes Geranij species, Vna latinorum, duæ Græcorum. Plinij Latinorum, Geranium, est quã Herbariorũ vulgus, Rostrũ Gruis Rostrũ Ciconiæ, & Acum muscatã nominant. Primam Græcorum Geranij speciem vidit non semel Matthiolus, in valle Anania, quæ tamen ea nõ sit, quam Acum pastoris dicunt, vt quæ radicem nullam rotundam faciat, nec folijs sit Anemones, diuisuris longioribus. At in totum similis est, Plinij, Latinorum Geranio. Quod tamen Myrrhis non est, nempe huius separatim meminit Plinius Libri vicesimi quarti sexto capite. Secũda est, Pes columbinus vulgaris.

Gnaphalium. CAP. CXII.

NOMENCLATVRA.

Gr. γναφάλιον. *La. Gnaphalium. It. Gnaphalio.*
Gal. Lin de pré. Off. Centumculum.

GNaphalij folijs mollibus minutisq́ pro tomento utuntur. Bibuntur efficaciter folia in uino austero ad dysenteriã.

GNaphalium pauperum olim fuit herba, è qua ob mollitiem & Lanuginem culcitras farciebant.

Typha. CAP. CXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. τύφη. *Lat. Typha. Ita. Mazza sorda.*
Gal. L'herbe à masse. Off. non perinde vsitata.

Typha


Typha.

T Ypha folium ædit Cyperidi simile: cautem album, leuem, æquabilē: florem in acumine ambientem, densum, qui in pappos soluitur, quod Paniculam aliqui nominăt. Huius herbæ flos, suillo adipe eloto exceptus, ambustis medetur. Gignitur in plaustribus & aquis stagnantibus.

T Ypha nota est planta, paludibus, stagnis, lacubus innascens, Mazza sorda Italis dicitur, quòd surdos reddat quorum auribus indatur eius lanugo. Ex eius Lanugine postremæ sortis homines apud Italos, Mattarazia (vt vocant) conficiunt: vasa vinaria, nempe vulgares flascones, & mulibres cathedras, huius folijs contexunt & inuestiunt.

Circæa. CAP. CXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. κιρκαία. *Lat. Circæa. Ita. Circea.*
Gal. Off. Ger.
ignota.

C Ircæa, quam & Dircæam aliqui uocant, folijs est hortensis Solani, agnatis crebris: flore nigro, pusillo, copioso: semine Milij, nascēte in quibusdam ueluti corniculis: dodrantali

radice, triplici fermè aut quadruplici, candida, odorata, excalfaciente. Nascitur in apricis, saxis, & uento perflatis. Radicis tusæ pondo quatuor, in sextarijs tribus uini dulcis, per diem & noctem macerantur, potuq; triduo uuluas expurgant. Semen in sorbitionibus datum, lacte mammas nutricum explet.

Circæa ignota nostro sæculo planta, A Circe nomen accepisse videtur, quòd eius maleficijs inseruiret.

Oenanthe. CAP. CXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. οἰνάνθη. *Lat.* Oenanthe. *Ita* Enanthe. Gal. non probatè Saxifrage rouge. Off. pari. Filipendula.


Oenanthe.

Oenanthe folia habet Pastinacæ: florem candidum: caulem crassum, palmi altitudine: semen Atriplicis: radicem magnam in multa rotunda capitula extuberantem. Nascitur in petris. Caulis eius & folia, cum mulso uino pota, secundas eijciunt, Radix è uino urinæ stillicidio conuenit.

OEnanthe nihilum amplius à nobis quam Circæa agnoſcitur. Nec Filipendula in pratis naſcens, & non inter ſaxa: & quòd radicem magnam non producat, nec ſemen proferat Atriplici ſimile, quæ in Oenanthe requirunt Dioſcorides & Plinius, eadem cum Oenanthe planta eſſe non poteſt.

Conyza. CAP. CXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κονύζα. Lat. Coniza. Ita. & Off. Pulicaria. Gal. herbes aux pulces.

COnyzæ duo genera: quæ parua uocatur, odore præſtantior eſt: maior uerò frutice altior & folijs latioribus, graui odore. Vtriuſque folia Oliuæ ſimilia, hirſuta, pinguia. In maiore caulis binum cubitorum altitudine attollitur. In minore pedem æquat Flos fragilis, lutei aut fului coloris, qui in pappum abit: radices ſuperuacuæ. Suffitu ſubſtratuq; frutex totus ſerpentes fugat, culices abigit, & pulices necat. Folia conuenienter illinuntur ſerpentium plagis, & tuberculis, ac uulneribus. Flores & folia cum uino ad menſes partusq; eijciẽdos bibuntur. Itẽ contra urinæ ſtillicidia, arquatum morbum, & tormina: comitiales pota ex aceto adiuuant. Decoctum in deſeſſionibus medetur uuluæ malis. Impoſitus ſuccus abortum facit. Ex oleo efficaciter horroribus oblinitur. Capitis dolores tenuis illita ſanat. Eſt tertium Conyzæ genus, caule craſſiore, ac molliore, folijs quàm paruæ maiuſculis, minimè pinguis, & maiore minor, multò grauioris odoris & iniucundioris, ſed inefficacior. Prouenit locis non riguis.

COniza eiuſque ſpecies non incognitæ, quas magnitudo, ſoli vbi naſcuntur natura, & odoris grauitas nullo negocio diſcriminãt. Conizæ maior & minor pari facultate & temperamento, guſtu amarorem & acrimoniam præſe ferunt. In excalfaciendo & deſiccando

classem sibi tertiam asciscunt. Tertia *harum species, odoris grauioris, & virtutis ab aliis minoris est.*

Hemerocallis, siue Lilium syluestre.

CAP. XVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ημεροκαλλις. *Lat. Hemerocallis. It. Giglio saluatico.* Gal. Lis sauuage. *Off. Falsò Asphodelus siue Hiacinthus.*



* *Hemerocallis.*

HEmerocallis folium & caulem habet Lilij, porraceo colore, flores in caule per singulos exortus, terni aut quaterni erumpũt, Lilij diuisura, quoties dehiscere cœperunt, colore perquã pallido: radix magna est atque bulbosa: quæ pota, aut cum Melle & lana in pesso apposita, aquam educit & sanguinem. Folia trita mammarũ inflammationes à partu contractas, oculorúmque collectiones mitigant. Radix & folia igni ambustis utilissimè illinuntur.

HEmerocallis seu syluestre Lilium *nullibi nõ prouenit.* Errãt *qui pro* Hemerocalle, Liliũ *vocatũ conualliũ accipiunt, nam notæ non cõ sentiunt*


sentiunt. Nec *sanius sentiunt, qui verum Asphodelum existimant, cum huius radix nec amara sit nec acris*. Hemerocallis *non effigie tantum, sed virtute etiam* Lilium *exprimit*.

Leucoium, siue Viola alba.

CAP. CXVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Λευκόιον. *Lat*. *Leucoium*. *Ital*. *Viola bianca*. Gal. Giroflees. *Off*. *Keyri*. Ger. Weisz Hornungs blum.




Leucoium luteum.



Leucoium purpureum.

L*Eucoion uulgaris est notitiæ, sed in floribus differentia quædam: namque aut cærulei, aut albi, aut purpurei, aut lutei inueniuntur. Luteum uerò præcipui in medicina usus. Huius*



Leucoion Luteum.



Purpurascens.

aridi flores feruefacti in desessionibus, ualent contra uuluæ inflammationes, & menstrua expellunt: sanant oris ulcera, cum Melle: cum cerato, rimas sedis. Semen duum drachmarum pondere ex uino potum, aut cum Melle inditum, menses, secundas et partus extrahit. Radices cum aceto illitæ, lienem reprimunt, & podagricos iuuant.

V Vlgares iam esse cœperunt Leucoij species omnes à Dioscoride enumeratæ, præter cæruleas, siquidem hæ nec in Italia nascuntur. Luteæ magis ad medicinales vsus accedunt. Violæ omnes virtutis sunt abstersoriæ, & tenuibus è partibus componuntur. In his flores desiccati, virides virtute præcellunt.

Cratæogonum. CAP. CXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ.

Græ. Κραταιόγονον. *Lat.* Cratæogonon. *Ita.* Crateogono. Gal. non probate, Curaige.
Off. Persicaria.

CRatæogonnm, siue, ut alÿs placet, Cratæonon, folÿs Melampyro simile est, multis calamis ex una radice emicantibus, multorumq́ geniculorum, semine Milÿ. Nascitur in opacis & fruticosis, summoperè acre. Traditum est quibusdam, hoc si bibat ieiuno ore, ter die post menses purgatos, tribus obolis, in cyathis aquæ duobus mulier, ante conceptum quadraginta diebus: & uir modo consimili, totidem diebus ante coitū hauriat, uirilis sexus partum futurum.

CRatæogoni ignota est planta, nec secunda Persicariæ species est, refragantibus notis. Est etiam hoc nomine arbor Theophrasto, quā Italia Aquifoliam vocat.

Phyllum. CAP. CXX.

NOMENCLATVRA.

Græ. φύλλον. *Lat.* Phyllum. *Ita.* Folio.
Gal. Off. & Ger. ignota.

PHyllum, quod Elæophyllon uocatur, in saxosis nascitur, duum generum est, quod autem Thelygonum appellant, uuas habet floribus oleæ similes, pallidiores tamen: folÿs itidem oliuæ est: caule tenui, breui: radice exili: florem album profert: semen papaueris maiusculum. Sed Arrhenogonom cætera huic simile, solo fructu distat: habet enim racemosum quiddam deflorētibus oleis non dißimile. Arrhenogonon potu, masculi sexus facere partus, ut Thelygonon fœminei, proditur. Horum Crateuas author est. Sed huiusmodi historia tenus mihi produxisse uisum est.

Folium

Folium, nullius herbæ peculiare est nomen. At enim ingenti nos molestia liberat, Theophrasti de plantarum historia libri noni cap. 19. Quo loci herbam ponit duarum specierum. Vnam Arrhenogonon, quod masculos: Alteram, Thelygonon, quod epota, fœminas concipi faciat. Porrò cum Dioscoridis Phyllon in Arrhenogonon & Thelygonon & scriptione & viribus distribuatur, constat idem esse Dioscoridi Phyllon, quod Theophrasto planta quæ in Arrhenogonon & Thelygonon diuidatur. At enim cum Phyllon nullum habeat proprium genus, & tamen Arrhenogonō & Thelygonon vocetur, necesse est vt sub alio nomine lateat. Quod clarum euadet, qui Mercurialis historiam & vires ab hocce auctore descriptas, cum Theophrasti Arrhenogono & Thelygono conferat. Siquidem vna & eadem planta sunt Arrhenogon, Thelygonon, Phyllon, & Mercurialis, cuius duæ sunt species, vt postea suo patebit loco. Crateuas herbarius, eatenus Dioscoridi (è cuius scripto nobis hæc prodidit) imposuit, nec tamen ob id de tanti hominis fide dubitandum.

Testiculus. CAP. CXXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὄρχις. *Lat. Testiculus canis. Ita. Testicolo di cane.* Gal. Couillon de chien.
Off. Latino nomine.

Testiculus, quem Græci Cynosorchin uocant, folijs circa caulem mollis Oleæ similibus, in terra stratis, longioribus angustioribus, læuibus: caule dodrantali: floribus purpureis: radice bulbosa, oblonga, Oliuæ modo angusta, duplici ordine: superiore, quæ plenior est: inferiore, quæ mollior ac rugosior. Eduntur radices coctæ, ut Bulbi: ex quibus si maiorem edant uiri, mares generari dicuntur: si minorem fœminæ, alterum sexū. Addunt, in Thessalia mollem mulieres in lacte caprino bibere, ad stimulandos coitus: aridam uerò, ad inhibendos: & alterum alterius potu resolui. Nascitur in petrosis et sabuletis. Testiculus alio no-

mine



Orchis.



Cynosorchis.

mine Serapias, Andrea autore, uocatur, quoniam radix ad multa utilis sit: folijs est Porri, latioribus, oblongis, pinguibus, ex alarum sinu inflexis: caule palmeo: floribus penè purpureis: radice testiculis simili, quæ illita tumores discutit, ulcera purgat, & serpere eadem non patitur. Abolet fistulas, & illitu inflammationes lenit. Aridæ radices nomas inhibent: sanantq́ putredines, et oris ulcera, cacoëthe: aluum sistũt è uino potæ. De hac, eadẽ quæ de Testiculo canis, produntur.

Satyrium. CAP. CXXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σατύριον, *Lat. Satyrium. Ita. Satirio.*
Gal. du Satyrion. *Off. Lat. nomine.*

Saty



Satyrium Trifolium.



Basilicum.

SAtyrium aliqui Trifolium uocant, quoniam tria fert folia, ad terram infracta, Rumici aut Lilio similia, minora tamē, ac rubra: caulem cubitalem, nudum: florem Lilij effigie, candidum: radicem bulbosam, Mali magnitudine, fuluam, intus ut ouum candidam, gustanti dulcem, & ori non ingratam: quam in uino nigro austero bibere conuenit, contra opisthotonū. Vtendum ea dum concumbendi incessit cupiditas, siquidem ea proniores ad uenerem fieri affirmant. Est & alterum Satyrium Erythronium siue Erythraicon, id est, rubrum, semine Lini, maiore, duro, leui, splendente, quod fertur non secus atque Scincus, libidinem excitare. Cortice radicis gracili, rufo: intus autem albū includitur, sapore dulci, non ingrato ori. In montosis & apricis enascitur. Venerem, ut produt, si omnino manu teneatur radix,

stimu

stimulat: eoq́ magis, si bibatur in uino.

ERrant qui Testiculos canis & Satyriones pro eodem ducunt. Nam dißimili effigie, licet non admodum imparibus sint viribus. Veri Satyriones vix hodiè reperiuntur, sed horũ loco Testiculis canis vtimur, & in Italia non nasci Matthiolus testatur, idq; è radice cognosci, quæ in Testiculis canis bifida, cũ sui nominis effigie, in Satyrione vnica, mali in rem rotunda, fulua, intus vt ouum candida. Quinque Testiculus canis sub se species cõtinet, præter eas quæ, quòd manui hois similes, Palma Cristi vulgo dicuntur, & Auicennæ, Digiti citrini. Hæc planta duarũ est specierum, maior & minor: vtraque Seplasijs cognita. Minoris flores desiccati præsentaneum dysenteriæ remedium afferũt, idem efficiet aqua ex eis per alembicũ extracta. Radices Auincennæ calidæ & siccæ sunt secundo abscessu. Semen maioris, matutinis nouem continuis, granatim tritum in vino, & epotum, medetur morbo caduco. Idem efficiet radicis decoctio, si quis ea miscendo vino vtatur. Vtriusque Testiculi canis radices virtutẽ habẽt calidã & humidã, & gustu dulcorẽ quẽpiã præferũt. Satyrio tẽperamẽto est calido et humido, et ob id manifestè dulcis est gustu.

Horminum. CAP. CXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ὀρμῖνον. Lat. Horminum. Ita. Hormino.

HOrminum herba est, folijs Marrubio similis, caule semicubitali, quadrangulo, circa quem eminentiæ siliquis similes prodeunt, quæ ad radicem spectant, in quibus diuersum semen recluditur: siquidem in syluestri rotundum, fulcumq́ inuenitur: in altero, nigrum, & oblongum, cuius est usus. Ad venerẽ stimulandam, cum uino bibi uolunt. Purgat cum melle argemas albuginesq́. Illitum ex aqua tumores discutit: eo etiam extrahuntur aculei ex corpore. Idem effectus est illitæ herbæ. Syluestre magis uiribus pollet: quare unguentis, præsertim Gleucino, permiscetur.

HOrminum domesticum vulgò ea ducitur esse planta, quæ admodum odorata Sclareæ aut Scarleggiæ nomẽ accepit: Syluestre verò ea quã Gallitricũ aut Centrũ galli nuncupant. At cũ videre sit huius-

modi

modi plãtas sæpè in duũ cubitorũ altitudinẽ subrigi, folijs Marrubio grãdioribus, siliquis in cymã, & non in radicẽ spectatibus, eos proculdubiò errare, qui ita cẽsent nõ abs rè scribit Matthiolus, maximè cũ domestica & syluestris Sclarea semẽ rotundũ proferat, & nõ vt vult Dioscorides, syluestris sit rotundũ, alterius oblongũ. Adde his quod verosimile nõ est Dioscoridẽ (siquidẽ ita sensisset) odoris flagrãtiã data opera præterijsse, nã aspirat suauißimè Sclarea. Qui fit vt nostro sæculo depicti a Dioscoride Hormini, r[illegible] gnoscãtur. Plinius duarũ harũ vocum Prasion, & Prason, proximitate deceptus, quarũ prima Marrubiũ, altera Porrũ designat, Horminũ Porri, & nõ vt debuerat, Marrubij folijs delimauit. Est etiã Theophrasto, Plinio, et Galeno Horminũ inter frumẽti genera.

Securidaca. CAP. CXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. πελεκῖνος ἡδύσαρον. *Lat.* Pelecinus hedysaron. *Ita.* Hedisaro. Gal. Febue de Loup.

HEdysarõ, unguẽtarij Pelecinũ, idest, Securidacã uocãt: fruticosa est, folijs Ciceris: semẽ rufum in siliquis fert, corniculorũ modo adũcis, qđ ancipitẽ securim æmulat: unde nomẽ accepit, amarum gustu. Stomacho utile in potu. Additur in antidota. Cum melle ante coitus subditum, concipiendi spem adimit. Nascitur in segetibus & hordeis.

HEdysaron seu Securidacã rustici Galli, Grauam vocãt, quod tritico & hordeo cum quibus alitur, suo complexu molesta sit. Lenti inimica Aparine, non Securidaca, vt putat Plinius: licet & ipsa Aphaca, quæ Viciæ species est, mortem inferat.

Onosma. CAP. CXXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὄνοσμα. *Lat.* Onosma *Ita.* eodem nomine. Gal. Off. Ger. ignota.

ONosma, oblonga folia habet, ad similitudinem Anchusæ, longitudine quatuor digitorum & unius latitudine, mollia, in terra iacentia, sine caule, sine semine, sine flore: radice niti

nititur longa, tenui, infirma, rubeſcente. Gignitur in aſperis. Folia in uino pota partus extrahunt. Prægnans ſi eam ſupergrediatur, abortum facere dicitur.

NYmphæa paluſtris et lacuſtris herba vulgatiſsimæ, ſub Nenuphar *nomine noticiæ. Nymphææ ſemen & radix deſiccant ſine morſu. Valentior eſt quæ candidam radicem producit, vt in abſterſoria facultate potentior, quæ nigra radice conſtat.*

Nymphæa. CAP. CXXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. νυμφαία. *Lat. Nymphæa. Ita. Off.*

Gal. Nenuphar.



Nymphæa lutea.



Nymphæa alba.

NYmphæa naſcitur in paludibus & ſtagnantibus aquis, folijs Fabæ Aegyptiæ, minoribus, & longioribus, alijs

in summa aqua, alijs demersis pluribus ex radice eadem prodeuntibus: flore Lilio simili, albo, & in medio crocos habente, cùm defloruerit, ut rotundum Malum, aut Papaueris caput, extuberat: nigro semine, denso & lato, lenti gustus. Caulis est læuis, niger, minimè crassus, ciborio cognatus: radix nigra, scabra, clauæ similis, quæ autumno secatur. Sicca cũ uino pota cœliacis, dysentericisq; auxiliatur, lienem absumit. Radix stomachi ac uesicæ doloribus illinitur: uitiligines ex aqua emendat: imposita cum pice, alopecijs medetur: eadem contra ueneris insomnia bibitur, siquidem ea prorsus adimit. Pota assiduè aliquot diebus, genitale infirmat. Idem semen potum efficit. Nymphææ nomen sibi uendicasse uidetur, quoniam aquosa amet. Plurima inuenitur in Elide, in Anygro amnè, & in Bœotiæ Aliarto. Est & altera Nymphæa, cuius flos Blephara dicitur, folijs antedictæ, radice alba, scabra, flore luteo, nitente, Rosæ simili. Huius semẽ & radix contra fœminarum profluuia efficaciter ex uino nigro bibuntur. Nascitur in Thessalia, amne Peneo.

Androsaces. CAP. CXXVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ανδροσάκες. *Lat.* Androsaces. *Ita.* Androsace. Gal. Off. Ger. ignota.

ANdrosaces herba est amara, tenues spargens iuncos, sine folijs, folliculos in capitulis habens, in quibus semen continetur. Gignitur in Syriæ maritimis. Ea drachmis duabus in uino pota, copiosam hydropicis urinam ciet. Idem effectus est semini poto, & herbæ decocto: podagris utiliter illinitur.

NOstro tempore Androsaces è Syria non affertur, quare in incognitarum herbarum classem reponetur.

Asple

Asplenum. CAP. CXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ασπληνου. *Lat.* *Asplenum.* *Ita.* *Aspleno.* Gal.& Off. Citerach.

A *Splenum, aliqui Scolopendrion uocant, alij Splenion, alij Hemionium: folijs est multis, scolopendra animali similibus, ab radice una prodeũtibus. Nascitur in parietibus, saxisq; siliceis, & opacis: nec caulem, nec florem, nec semen habet. Folia Filiculæ modo diuiduntur, subter flauescentia hirsutaq;, supernè uiridia. Vim hanc habent folia in aceto feruefacta, ut per dies quadraginta pota lienem absumant: quibus etiam contritus liene ex uino illini oportet: stranguriæ & regio morbo prodest, singultum sedat, calculos in uesica comminuit. Conceptum adimere creditur, per se se, aut cum muli liene appensa. Tradunt noctu, silente luna, huius rei gratia effodiendam.*

O *Btrita prisci sæculi barbarie, iamiam agnosci cœpit, Asplenum, esse plantam quam Seplasiæ Ceterach nominant, & non linguã ceruinam, quæ* Dioscoridis *est Phyllitis, vt suprà ostensum est. Nascitur in petris, parietibusque opacis, humidis. Laudatissima in Creta, vbi repertum Vitruuius affirmat circà Potereum amnem, qui duas vrbes Gnoson & Cortynã interlabitur, parte quæ ad Cortynam spectat, pecoribus sine liene inuentis, quia herbam hanc roderent, altera parte quæ ad Gnoson est, lienem habentibus, quia ibi Herba illa non appareret. Scolopendria quantumuis subtilibus partibus constet, calida tamen nõ est: & ob id lapillos comminuit, & lienem absumit.*

Hemionitis. CAP. CXXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ημιονιτις. *Lat. Hemionitis. Ita. Hemionite.* Gal.& Off. non probatè, Lingua Ceruina.

HEmionitis, quam aliqui Splenion uocant, folium emittit Dracunculi, lunatũ: radicibus cohæret multis, tenuibus: nunquam flores, neque semen, neque caulem gignit: in petrosis nascens, austero sapore. Ea ex aceto pota lienem absumit.

PHyllitida linguã esse ceruinam, iam in capite de Phytitide patuit, & perinde Hemionitida non esse Linguam ceruinã. Hemionitis à lingua ceruina diuersa, copiosa in territorio Romano nascitur, quod fide digni simpliciarij Matthiolo constanter asseuerarunt, quam etiam postea inde transpositam, suis hortis implantarint. Plinius Teucrium & hemionitida, diuersas plantas, confundit.

Anthyllis. CAP. CXXX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀνθυλλίς. Lat. Anthyllis. Ita. Anthillida.
Gal. & Off. prima ignota. Secunda, non probatę, Iua non muscata.

ANthyllis duplex est. Quædam enim lenti similima, folijs mollibus, rectis ramulis, palmi altitudine: radice parua, tenui. Nascitur in salsis terris, & à sole illustratis, non insulso gustu. Altera est folijs ramulisq; Aiugæ similis, hirsutioribus tamen, breuioribus & asperioribus: flore purpureo, odoris admodum grauis: radice Cichorij. Pota drachmis quatuor, urinæ difficultati, renibusq; plurimũ prodest. tritæ uuluæ pituitas emolliunt, cum Rosaceo & lacte impositæ. Vulneribus medentur. Quæ autem Aiugæ similitudinem refert, præter alia, potu cum aceto mulso: comitiales sanat.

NEutra Anthyllidis species quæ picturæ Dioscoridis responderet, se hauddum in Italia vidisse, homo attentus, & in Italia & medicinæ natus, Matthiolus testatur, quãuis Ruellius dicat vulgo Salsola vocari, quod ex ea salẽ fieri memoriæ proditum sit. Cordo, Anthyllis altera, Aiugæ ramulis similis in apricis Hercinię sylue locis nascitur, tam manifesto salis sapore, vt ex vsta & nõ vsta sal excoqui possit. Hũc salẽ Arabes AlKabi vocant. Parum desicat vtraque Anthyllis, attamẽ quæ

Aiugæ similis est magis tenuium est partium, ideòque in morbum caducum proficit, & potentius astergit.


Anthemis. CAP. CXXXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ανθεμίς. *Lat. Anthemis. Chamæmelon. Ita. Camamilla.* Gal. Camomille.



Chamomilla satiua.



Chamomilla uulgaris.

A*Nthemidis genera tria, tantùm flore distantia: rami dodrantales, fruticosi, alis multis concaui: tenuibus foliolis, paruis numerosis: rotundis capitulis: floribus in medio aureis, forinsecus orbiculato ambitu candidis, melinis, aut purpureis, magnitudine foliorum Rutæ. Nascitur in asperis, & iuxta semitas.*

Colligitur uere. Vim habent radices, flores & herba excalfaciendi, extenuandiq;. Potu & insessione, pellunt menstrua, partus, urinam, calculosq;: aduersus inflationes, & ilei tormenta bibuntur, bilem suffusam expurgant, iocinorum uitia sanant. Decocto earum uesicæ fouentur. Ex omnibus his generibus ad calculos efficacissima est, quæ florem purpureum habet, cuius amplitudo maiuscula est. Hanc propriè Heranthemon uocant. Ea cui Leucathemo nomen est, item quæ Chrysanthemon dicitur, uehementius urinam ciunt. Aegilopijs illitæ medentur: commanducatæ ulcerum eruptiones in ore sanant: nonnulli in clysteribus ex oleo utuntur. Teruntur in farinam, ad abigendos febrium circuitus. Flores & folia recondi debent, & priuatim tusa, in pastillos digeri: radix quoque siccari, dumq; ingruit necessitas, binæ partes herbæ dari, modò floris aut radicis pars una, modò cōtrà, floris partes duæ, & herbæ una, permutatim duplicato pondere, alternis diebus: bibere autem oportet in uino mulso, diluto.

INter Anthemidis genera tria, ad calculos efficacissimam facit Dioscorides, eam quæ florem orbiculata purpureū habet: at pharmacopolia id solùm nouere genus, cuius flores in medio aurei, per ambitū candidi. Siquidem id genus frequens, alia rara, & inuentu difficilia. Anthemis desiccantium & excalfacientium primæ est classis, tenuium partium concoquit, emolit, rarefacit.

Parthenium. CAP. CXXII.

NOMENCLATVRA.

Gr. παρθένιον. Lat. Parthenium. Ita. Amarella.
Gal. Matricaire. Off. Matricaria.

PArthenium, aliqui Amaracon uocant, folijs est Coriandri, tenuibus: flore per ambitum albo, intus melino, odore graui, sapore amaro. Siccatum, cum aceto mulso aut sale potum, non secus atque Epithymum, & bilem & pituitam detrahit: suspiriosis prodest & melācholicis. Herba sine flore à calculosis & anhelatoribus magna utilitate bibitur. Valet decoctum ad insiden



Parthenium.

insidendum in duritia uulua rum, & inflammationibus illinitur, sacro igni, & colle ctionibus cum flore.

PArtheniũ quod & Amaracum, Matricaria est, & secunda Artemisiæ species, ingrati odoris. Errant pariter qui id Cotulam esse putant. Nam huic folium fœniculi, Parthenio Coriandri tribuitur. Sapor in Parthenio amarus est, in Cotula nõ item. Partheniĳ nuncupationem Plinius, Parietariæ attribuit.

Buphthalmum.

CA. CXXXIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. βόυφθαλμος. *Lat. Buphthalmon. Ita. Occhio di bue.* Gal. & Off. non satis probatè. Cotula non fœtida.

BVphthalmon, quidã Cachlã uocant, tenues emittit cauliculos, mollesq́; folia Fœniculi: luteũ florẽ, Anthemide maiorẽ, oculi similitudine, unde nomen traxit. Circa oppida nascitur, & in campestribus. Flores cum cerato triti, tumores duritiasq́ discutiunt. Aiunt epotam post exitum à balneis, regio morbo correptis, colorẽ tractu temporis reddere.

DVæ sunt plantæ quibus Buphthalmi nomen sed falso tribuitur. Vna cubitalis in pratis nascens, & circa sata, modica foliorũ incisura, flore intrinsecus croceo, forinsecus per ambitũ cãdido, longe quã Chamæmeli maiore. Altera Cotula est, nõ fœtida. Harũ vtraque licet croceo sit flore, ambiẽs per circuitũ habet vallũ, velut cãdicãs. Quo si sepiretur Buphthalmõ, qua est diligentia, nõ id prætermissurus erat Diosco.

Pæonia. CAP. CXXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. παιονία. *Lat. Pæonia. Ital. Peonia.* Gal. Piuoesne. Off. Latino nomine.



Pæonia.

Pæonia siue Glycyside, Græcis aliquibus Pentoboron dicitur: sunt qui idæos dactylos, radicem Pæoniam uocant. Caulis altitudine sesquipedis adolescit. comitantibus multis stolonibus. Huius duo genera: mas, folia iuglandis habet: in fœmina uerò, Smyrnij more diuiduntur. Summo caule siliquas emittit, ueluti græcas nuces: in quibus, quum dehiscunt, multa granula rubra acinis Punicorum similia inueniuntur, & in medio nigra, quinque aut sex, purpurea. Radix maris tenuis, digitali craßitudine, & palmi longitudine, gustu astringens, alba: fœminæ radicibus ceu glandes circiter septem aut octo inhærent, ut in Hastula regia. Fœminis à partu non purgatis sicca radix datur: ciet menses nu

ſes nucis Græcæ magnitudine pota: ſic uentris doloribus cum uino auxiliatur. Valet contra regium morbum, & renum ac ueſicæ dolores. Decocta in uino aluum ſiſtit. Rubra grana rubenteis menſes ſiſtunt, decem uel duodecim pota in uino auſtero & nigro: ſtomachicis & eroſionibus ea eſſe prodeſt: à pueris pota initia calculorum eximunt. Grana nigra auxiliantur ſuppreßionibus nocturnis, uuluæ ſtrangulationibus, & matricis doloribus, quindecim numero pota, in aqua mulſa, aut uino. Naſcitur in altißimis montibus & præruptis.

INuentu antiquißima Pæonia, retento Authoris nomine. Fœmina non infrequens. Mas non ita perſpectus, ſiquidem paucis in locis reperitur. Muliebri folia Myrrham redolent, & denſiora ſunt. Radix ſex aut octo glandibus conſtans videtur. Mas glandoſam quoque habet radicem per interualla toroſam, palmi altitudine, digitum craſſam & candidam, fœmina numeroſiorem. Pæoniæ radix leniter aſtringit cum quadam dulcedine, at ſi exactè commanducetur, acrem quãpiam amaritudinem proferet: deſiccatoria etiam eſt. Galeno pueri comitiali morbo correpti, hauſtu eius integrum conualeſcunt, modo radicẽt geſtem, à collo in pectus propendentem.

Lithoſpermum. CAP. CXXXV.


NOMENCLATVRA.

Gr. Λιθόσπερμον. *Lat.* *Lithoſpermum.* *Ital.* Gal. Off. Milium ſolis.

LIthoſpermon à ſeminis duritia nomen accepit, folijs eſt Oleæ longioribus, & latioribus, mollioribus: iacent humi, quæ ab radice exiliunt: ramulis ſurculoſis, rectis, tenuibus firmis, craßitudine acuti Iunci, in quorum cacumine bifidi exortus cauliculorum ſpeciem exhibent: folijs longis, inter quæ paruum ſemen, rotundum, Erui magnitudine, duritia lapidea. Naſcitur in aſperis & æditis locis. Vim hanc habet, ut ſemine cum



Lithospermon maius.



Minus.

uino albo poto calculos frangat, pellatq́ urinam.

Phalaris. CAP. CXXXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. φάλαρις. *Lat. Phalaris. Ita. Phalaride.*
Gal. Off. Ger. non vulgo nota.

Phalaris cauliculos emittit Zeæ culmis similes, minutis, ac nullius usus radicibus, multos, duum palmorum, geniculis cinctos, graciliores tamen, ac dulces: semen candidum, oblongũ, Milij magnitudine. Tunditur, & in aqua aut uino succus ad uesicæ cruciatus utilissimè bibitur. Semen cochlearis mensura potum, ad eadem efficax est.


Sepla

Seplasiæ duo Lithospermi genera ostendunt, maius & minus. Nascitur macro solo locis eminentibus. Hanc inter omnes plantas admiratus est Plinius: Lithospermon maius Matthiolo prouenit in multis Thusciæ locis, minus per totam paßim Italiam. Lithospermon minus Phalaris esse poterat, si cauliculos culmis zeæ similes emitteret.

Rubia. CAP. CXXXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ερυθρόδανον. *Lat. Erythrodanum. Ita. Robbia.* Gal. Garence. *Off. Rubea tinctorum.*



Rubia satiua.



Rubia syluestris.

Erithrodanum radix rubra est, qua tinguntur lanæ. Vna sponte prouenit, altera seritur, ut in Thebana Galliæ, &

Rauen

Rauenna Italiæ: in Caria inter oleas, ut in aruis, solo creditur. Hanc non sine quæstu serunt: namque maximum ex ea sentiunt prouentum. Asperi caules & quadranguli, longi, Aparinæ nõ dissimiles, robustiores, et multò prorsus maiores: folijs per interualla certa circum articulos stellatim decussatis. Semen eius rotundum, inter initia uiride, mox rubrũ, postea cùm ematuruit, nigrum: radix tenuis, longa, rubra. Vrinam ciet: qua de causa regio morbo opitulatur, pota cum aqua mulsa: item ischiadicis & resolutis. Crassam, copiosamq; urinam pellit, nonnunquam & sanguinem: bibentes tamen quotidie lauari oportet, & excrementorum quæ redduntur differentiam spectare. Aduersus serpentium morsus, ramulos cum folijs uino bibere prodest. Semen ex aceto potum, lienem absumit. Imposita radix trahit partus, menses, secundasq;. Albæ uitiligini illita ex aceto medetur.

RVbia tam domestica quàm syluestris non ignota, in Gallijs & in Thuscia nascitur, in territorio maximè Senensi, & patrimonio Romano. Italicæ fœminæ folijs & caulibus nempè asperis & rudibus vasa stagnea perpurgant & expoliunt. Amara est & acri radice Rubia. Reliquæ eius vires è Dioscoride patent.

Lonchitis. CAP. CXXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Λογχῖτις. *Lat.* *Lonchitis. Ita. Lonchite.*
Gal. & Off. non perinde nota.

LOnchitis folia habet Porri, latiora, rubentia, plurima, ad radicem circumfracta, ueluti in terrã procumbentia, pauca in caule, in quo flores, ceu galericuli, hiantibus comicis personis similes, nigri, & è rictu albam exerentes uelut linguã, quæ ad labrum inferius spectet: semen inuolucris clausum lanceæ simile, triangulum, unde sibi cognomentũ arrogauit. Radix Dauci.

ci. Nascitur in sitientibus & asperis. Radix ex uino pota urinã ciet. Altera est Lonchitis, quam aliqui asperam Lonchitin dicunt: folia scolopendrij emittit, sed asperiora maioraq́;, ac multò magis diuisa. Vulneribus mirum in modum prodest, in eisq́; inflammationes excitari non patitur. Pota ex aceto lienem absumit.

PRima Lonchitis species Ruellio cognita, ea esse ducitur, quàm Gallici pueri, Nigros capetos vocant. Attamen eorum opinionem infirmat, qui secundam Lonchitis speciem, Bursam pastoriam autumant; cũ ista Erucæ folijs, & non Scolopendrij visatur. Secunda hæc species Cordo non ignota, effigie est media inter Scolopondrium & Polypodium. Verum enim uero Matthiolus nullam inire rationem potuit, qua hæ sibi perspectæ essent, atque adeò vtranque inter incognitas herbas enumerat.

Althæa. CAP. CXXXIX.



Althæa.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αλθαία. *Lat. Althæa. Ita. Maluauisco.* Gal. Guimauue. *Off. Maluauiscus.*

ALthæa, quam alij Ibiscum uocant, in syluestrium Maluarum genere est, cui folia ut Cyclamino, rotunda, lanugine canescũt: flore rosaceo: bicubitali caule:


le:radice lenta, intus alba. Althæa appellatur, quòd inter primas sit utilis, & pluribus polleat remedijs. Decocta enim in uino aut aqua mulsa, & per se cùm imponitur tusa, efficax est contra uulnera. Item ad strumas, parotidas, abscessus, mammarum inflammationes, fracta sedis, inflationes, neruorum rigores: siquidem discutit, & excoquit, rumpit, & ad cicatricem perducit. Cocta ut dictum est, adiecto suillo adipe, aut anserino, Terebinthináue, ut malagmatis lentor fiat, facit ad uuluæ inflammationes, præclusionesq́; in peßis subdita. Decoctum eodem fungitur munere: onera uuluæ: reliquiasq́; à partu extrahit. Decoctæ succus ex uino potus, succurrit urinæ difficultati, calculosorum cruditatibus, dysentericis, ischiadicis, tremulis, ruptis: dentium mulcet dolorem, cum aceto decocta, colluto inde ore. Viride semen siccumq́; tritum, uitiligines in sole perunctas emendat. Eodem cũ oleo & aceto peruncti, à uenenatis non feriuntur. Valet contra dysenteriam & sanguinis reiectiones, aluiq́; profluuium. In posca aut uino decoctum bibitur, contra omnes uesparum, apum, similiumq́; aculeatos ictus. Folia cum olei momento, morsibus, & igni ambustis illinuntur. Constat aquam trita radice addita, sub diuo addensari.

Alcea. CAP. CXL.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αλκέα. *Lat. Alcea. It. Maluauischio saluatico.* Gal. Guimauue sauuage. *Off. Herba Simeonis.*

ALcea syluestrium maluarum generi aßignatur: folia habet diuisa, Verbenacæ proxima: caules treis aut quatuor, cortice cannabino uestitos: florem Rosæ, paruum: radices albas, latas,



* *Alcea.*

latas, quinque aut sex, cum plurimum cubitales: quæ cū uino aut aqua potæ, dysentericis ruptisq́ medentur.

ALthæa quæ Latinis Hibiscum, græco nomine se medicam herbā esse profitetur, nimirum ob ingentem in medicina vsum. Digerit partibus suis omnibus, laxat; phlægmonem leuat, mitigat & excoquit abscessus coctu difficiles, adipibus incocta & subacta. Radice & semine tenuium est partium, & his amplius desiccat & deterget. Alcea bismalua est syluestris. Manardus eam esse putat, quæ Italis, herba Vngarica vocatur, à vulgari herbariorum, Alcea, diuersa. Hæc Althææ locum supplet, vbi discutiendi facultas requiritur. Huius speciatim non meminit Galenus. Paulus Aegineta pares ei cum Dioscoride vires attribuit.

Cannabis. CAP. CXLI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κάνναβις. *Lat. Cannabis. Ita. Canape.* Gal. Chanure. *Off. Lat. nomine.*

CAnnabis satiua plāta magni in uita usus ad robustißimos funes factitādos: folijs Fraxini, graui odore: caulibus pceris, inanibus: semine rotūdo, q largiore cibo genitarū extinguit.

Succus



Cannabis.

Succus ex ea recente, conuenieter auriũ doloribus instillatur. Syluestris Cannabis uirgas fert Althaeæ similes, minores, nigriores & asperiores, cubiti altitudinem æquantes: folio satiuæ, nigriore & asperiore: flore Lychnitis, subrubro: semine & radice Althææ. Decocta radix, illitu inflammationes mulcet, tumores discutit, tofos articulorum dissipat. Huius cortex torquendis funibus accommodatus.

Cannabis satiuæ nulli non cognitæ semen, diuersum quippiam in hominibus & gallinis operatur. Nam vt hominum genituram extinguit, ita vere à gallinis manducatum, generandorum ouorum miram facultatem tribuit, cũ alias hyeme, ijs producendis penè inertes sint. Cãnabis decoctio in lumbricorum cauernas iniecta, foras exire compellit. Perperam agunt muliercule, quæ seminis Cannabis decoctionem pueris epilepticis offerunt. Nam id eis non parum incommodat. In eligenda syluestri Cannabi iudicio & delectu opus est, siquidem paucis in locis vera prouenit.

Anagyris. CAP. CXLII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ανάγυρις. *Lat. Anagyris. Ita. Eghelo.*
Gal. Boys puant. *Off. Malua terrestris.*

Anagyris, frutex est arboris instar, grauis odore: folijs Agni, uirgisq́; flore Brassicæ: semen in corniculis nõ breuibus

nibus gignit, subrotundum, firmum, uersicolori facie, simile renibus, quod durescit uua maturescente. Tenera folia trita tumores illitu reprimunt: si partus hæreat, & secundæ mensesq́ morentur, drachmæ pondere bibuntur in passo: sic & suspiriosis dantur, & contra capitis dolores in uino. Difficulter parientibus adalligantur, ita ut à partu statim auferatur. Radicis cortex concoquendis discutiendisq́ adhibetur. Semen commanducatũ uomitiones uehementer ciet,

ANagyris in omnibus Tridentinæ *iurisdictionis syluis prouenit, iustæ proceritatis arbor,* Hoc lignum *intrinsecus propè medullam nigrum, forinsecus est luteum, in morem* Guaiaci *quod ex* India *affertur.* Eo *loci rustici vineaticos palos cõficiunt, nam solidiorem materiam ob neruorum robur non reperiunt.* Anagyris *facultatis est maturantis & calidæ, folia vt potè humida minus acria sunt.* Sicca *incidunt & desiccãt.* Radicis *cortices pari virtute præditæ .Semen tenuium est partiũ,*

Cepæa. CAP. CXLIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κηπαια. *Lat. Cepæa. Ital.*
Cepea. Gal. Off. Ger. non
probè cognita.

CEpæa Portulacæ similis est, sed nigriora habet folia, & radicem tenuem. Folia in uino pota, urinæ stillicidio, & uesicæ scabie laborantibus opitulantur: maximè id præstat, si cũ decocto radicum Asparagi eius, quem Myacanthon, hoc est, Corrudam uocant, bibatur.

CEpæa ab hortis nomine desumpto, in littoribus tamen arenosis nascitur, & hortensis non est, at potius littoralis Portulaca.

Alisma. CAP. CXLIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Αλισμα. *Lat. & Ital. Alisma.*
Gal. non probate, Plantain de riuiere,
Off. eodem errore, fistula pastoris.

ALisma, alij Damasonion appellãt: folia ei Plantaginis, nisi angustiora essent, laciniosa, conuexaq́; in terram: caule simpliciter tenui, cubito altiore: capitibus thyrsi: flore tenui, cãdido, pallescente: radicibus tenuibus ut Veratri nigri, acribus, odoratis, modicè pinguibus: aquosos amat tractus. Radix, si drachma una aut altera, bibatur, his conuenit, qui leporem marinum deuorarunt, aut à rubetis ranis demorsi sunt, aut Opiũ hauserunt: torminibus atq; dysenteriæ, per se, aut cum pari modo seminis Dauci, potui datur. Conuulsis, & contra uitia uuluæ prodest. Herba sistit aluum, mẽstrua pellit, tumores illita mitigat.

DAmasonium quidam fistulã pastoriam existimant, quidã Plantaginem aquatiquam. Atenim cũ Plãtagine aquatiqua, notæ Damasonij non conueniũt. Siquidem folium fert Arnoglosso angustius, terræ instratum, caulem vnicum & gracilẽ: An plantago aquatiqua folijs est Arnoglosso grandioribus, quæ in lanceæ modum desinentia, sursum versus aspectant: caule non constat vnico, at pluribus, vnáque è radice prodeũtibus. Eò fit vt in agnoscendo Damasonio inhibendum paulisper iudicium sit, donec certi quippiam ab homine singularis & experiẽtiæ & doctrinæ nobis obueniat. Plura Damasonij genera se cognosse Cordus scribit, sed scribit tantum, & rem acu non deliniat. Decoctionem Damasonij lapillos renum comminuere, ipsa experientia Galenum docuit, & ideò abstersorium est.

Onobrychis. CAP. CXLV.

NOMENCLATVRA.

Gr. ὀνοβρυχίς. Lat. Onobrichis. Ital. Onobrichi.
Gal. Off. & Ger. non nota.

ONobrychis, folia habet Lentis, longiora paulò, caulem dodrantalem: florem purpureum: radicem paruam. Nascitur in uliginosis & incultis. Herba suapte ui, si trita illinatur, tubercula dißipat: cum uino pota, strãgurias sanat: illita ex oleo, sudores mouet.

IGnotarum plantarum claßi Onobrichis ascribenda, quandoquidem sollicitè à Matthiolo perquisita, in Italia reperiri non potuit.

Hy

Hypericum. CAP. CXLVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὑπέρικον. *La. Hypericũ. It. & Off. Perforata.*
Gal. Mille pertuis.

HYpericum, alij Androsæmon, Alij Corion, alij Chamæpityn appellant quoniam semen odore Resinam imitatur, surculaceo frutice, dodrantali, rubente, folio Rutæ: flore albæ Violæ, luteo, qui digitis tritus, sanguineũ succum remittit, qua ex causa Androsæmon cognominatur: subhirsuta siliqua, & tereti, hordei magnitudine: semine intus nigro, resinosi odoris. Gignitur in cultis & asperis. Vrinam cit: menstrua pellit appositum: tertianis, quartanisq́ cum uino potum liberat. Semen quadraginta diebus haustum, ischiadicis medetur. Folia cum semine illita, ambusta sanant.

Ascyron. CAP. CXLVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ασκυρον. *Lat. Ascyron. Ita. Asciro.*
Gal. Espece de mille pertuys.
Off. Hypericonis species.

ASCYRUM siue Ascyroides, Hyperici genus est, magnitudine distans, fruticosius, maiores habens ramos, surculosiores, rubentesq́: folia tenuia: flores luteos, & fructum resinosum, Hyperico non absimilem: cuius attritu digiti ferè cruentantur, qua de causa Androsæmon uocauere. Vsus semine ad ischiadicos, potum hydromelitis sextario: nam biliosa recrementa amplißimè detrahit: sed aßiduè dare oportet, donec sanitati restituantur. Illinitur & ambustis efficaciter.

Androſæmum. CAP. CXLVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ανδρόσαιμον.
Lat. *Androſæmon.*
Ita. *Androſemo.*
Gal. Autre eſpece de Mille pertuis.
Off. Hypericonis ſpecies.



Androſæmon.

Androſæmon ab Hyperico, Aſcyroq́ differt, quòd fruticet ramulis ſurculoſis, ac tenuibus: rubentibus uirgis, & folijs rutæ, triplo aut quadruplo maioribus, quæ trita uinoſo ſucco manant: compluribus alas habet in cacumine, utrinque expenſas, pinnatasq́: circa quas flores puſilli, lutei: & in calyculis ſemẽ Papaueris nigri, inſigne lineis. Huius comæ tritæ reſinoſum odorem reddunt. Semen tritum drachmis duabus potum, bilioſa alui excrementa pellit: iſchiadicis maximè medetur: ſed à purgatione aquam exorbere oportet. Herba ambuſtis illita medetur: uulneribus ſanguinem cohibet.

Coris. CAP. CXLIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κόρις. *Lat.* Coris. *Ita.* Cori.
Gal. Espece de Mille pertuis.
Off. Hypericonis species.

Coris, quod aliqui Hypericon uocant, frutex est folio Ericæ, rubro, pinguiore, ac minore, non altior dodrante, suauis, odoratus, acris. Potum semen menses trahit & urinas: contra phalangiorum morsus, ischiadicos & opisthotonicos ex uino potum auxilio est: horroribus ex Pipere, sed opisthotonicis ex oleo, aptissimè illinitur. Radix uino decocta potaq́; defectis opem ferre creditur: sed laborantem inter potadum quàm optimè cooperiri licet: siquidem corpus totum desudabit, ex qua re pristinam agilitatem recuperabit.

Hypericum, Ascyrum, & Androsæmum eiusdem generis sunt, sola in caule & folijs est differentia, quatenus, aut caules & folia amplius de purpura & virore participant, & vt ea magnitudo & paruitas discriminet. At quod Cori vocatur, minus ad Hypericum accedit, quàm Ascyrum & androsæmon. Cori id nominis habuit, quod odoris grauitate odores imitetur. Baccas profert iuniperi baccis non absimiles, minores tamen, quæ vnà cum folijs attritæ, medium inter Iuniperum, Pinum, & cimices odorem remittunt, alioqui non ingratum. Hypericum non, vt Plinius vult, semine cum hordeo maturescit, siquidem huius sub finem Maij, illius sub desinentem Iulium maturitatem concipit. Hypericum excalfacit & desiccat, & tenuium est partium.

Aiuga, siue Chamæpitys.


CAP. CL.

NOMENCLATVRA.

Græ. χαμαιπίτυς. *Lat.* Aiuga. *Ita.* Chamepitio.
Gal. Iue Arthetique.
Offic. Iua Arthetica.



Chamæpitys. 1



Chamæpitys. 2

AIuga herba in terra repens, incurvæ similis: folijs Semperuiui minoris, multis, multò tenuioribus, hirsutis & pinguioribus, circum ramos densis, odore Pinus: flore tenui, luteo, uel candido: radicibus Cichorij. Folia septem diebus in uino pota regio morbo medentur: & quadraginta diebus ex hydromelite, ischiadicos sanant. Dantur peculiariter urinæ difficultatibus, iecinoris & renum uitijs: torminosis prosunt. Ea apud Heracleam Ponticam, perinde atque antidoto contra Aconitum utuntur, bibentes decoctum. Ad antedicta illinitur, cum polenta iure decocti subacta. Trita in farinam, & cum Fico in pilulis sumpta, aluum emollit: excepta melle, cum æris squama & Resina deijcit: apposita ex melle: uuluæ uitia extrahit: mammarum duritias discutit, uulnera glutinat, ulcera quæ serpunt,

cum

cum Melle illita, cohibet. Alterum est genus Aiugæ cubitalibus ramis, in anchoræ speciem incuruatis, prætenuibus, coma supradictæ: flore candido: semine nigro. Hæc etiã Pinum redolet. Tertia mas nominatur, paruula, folijs exilibus, albis, scabris: caule aspero, candido: luteis floribus, semine iuxta alas. Resipit & hæc Pinum. Hæ duæ uim superioris obtinent, sed non usque adeò efficacem.

N*On dispari in errore versantur, qui* Chamæpityn, *quæ olim* Latinis *omnibus* Aiuga, *aut* Abiga *dicebatur, aut* Chamæpeucem, *aut primam sideritis speciem, aut* Chamædryn *esse contendunt*. At re*uerà* Chamæpytis *illa est herba, quam* Iuã *cognomine* Muscatam Se*plasiæ nominant, non illa, quæ illis est*, Chamæpytis. Tria *eius habentur discrimina*. Vnũ *sesquipedalibus surculis, flore* Pinus *&* odore: Alterũ *breuius, & incuruum: tertium, folijs scabris, digitali caulis craßitudine*. Mira *similitudo inter* Iuam, *& verum* Polium. *sibi tamen non succedanea*.

Finis Libri Tertij.

PEDANII DIOSCORIDIS ANAZARBEI De medicinali materia, Liber Quartus, Ioanne Ruellio Suessionensi interprete.

Adpunctæ annotationes doctæ & compendiosæ.

PRAEFATIO.



TRIBVS antè libris, amantißime Aree, tradidimus odoramenta, olea, arbores, unguenta, animalia, frumenta, olera, radices, succos, herbas, seminaq́;. In hoc autem Quarto differemus de radicibus, & eis quæ restant herbis.

Betonica. CAP. I.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κέστρον. *Lat. Ita. & Off. Betonica.*
Gal. Betoine.

CEstron Psychotrophon uocitatur, quoniam frigidis locis inueniatur, Latini Betonicam appellant: herba est caulē ferens tenuem, cubiti altitudine, aut maiorem, quadratum: folia Quercus, mollia, longa, in ambitu diuisa, odorata, prope radicē maiora: in summis caulibus semen ueluti Satureiæ spicatū inest. Decerpta huius folia siccant plurimos ad usus: radicibus nititur, ut ueratri, tenuibus, quæ ex hydromelite in potu, pituitosam uomiti



Betonica. 1



Betonica. 2

mitionem euocant. Folia dari debent ruptis, conuulsis, mulieribus uuluæ malo opportunis, & ad laxãdos uteri strangulatus, denarij pondere cũ hydromelite. Tres in uini sextario drachmæ, contra serpentium morsus ebibuntur. Herba magna utilitate illatis à serpente uulneribus illinitur: aduersus etiã uenena drachma ex uino pota conuenit: præsumpta ea, si uenenum hauriatur, nihil nocebit. Vrinam ciet, aluum subducit, medetur comitialibus & insanis, pota ex aqua: & iocinoris, lienisq́ uitijs, drachmæ pondere in aceto mulso, concoctionem adiuuat, si quis eam Fabæ magnitudine secundum cœnã cum melle cocto deuorarit: modo consimili acida ructantibus propinatur. Stomachicis eam manducare & succum deuorare proderit, si postea dilutum uinum sorbeatur. Datur sanguinem excreantibus, tribus

obolis, cum diluti uini egelidi cyatho, ischiadicis, renum & uesicæ doloribus, ex aqua: aquæ intercutem binis drachmis ex hydromelite, si febricitant: sin aliter, ex mulso: regio morbo laborantes recreat, menses pellit, drachmæ pondere cum uino pota: aluum purgant drachmæ quatuor potæ, in hydromelitis decem cyathis. Facit cum Melle ad tabem & purulentam excreationem. Folia sicca tritaq́; fictili uase reconduntur.

ANtonius Musæ Augusti Cæsaris medicus, scripsit de Betonica peculiare volumen, in quo præcellentes illius virtutes explicat. Vetones, vt inquit Plinius, in hispania eam inuenere: quæ in Gallia, Betonica, dicitur, in Italia Serratula, ante cunctas laudatissima. Effectu non absimili, specie diuersa est, quam Paulus Aegineta vnicaulē facit, Pulegij ramulis, sed tenuioribus, gustu fatuo, in petrosis fere nascentem. Incisoriæ virtutis est Betonica, amara, & modicè acris.

Britannica. CAP. II.

NOMENCLATVRA.

Græ. Βρε[illegible]ανική. Lat. Ital. Off. Britannica.
Gal. Natiuum non habet.

BRitannica aut Vetonica, folia habet syluestris Lapathi, sed nigriora, & densiora, gustu adstringentia: radicem tenuem & breuem: caulem paruum emittit. Folijs exprimitur succus, qui igni aut sole cogitur. Vim habet adstringentem, priuatim depascentibus oris & tonsillarum ulceribus accommodatum. Valet etiam ad reliqua, quibus adstrictione est opus.

GErmanica, herba est Britannica, quam frisij Romanis, cum illic Germanicus res ageret, ostendere, in mali remediū, è fontis cuiuspiam potu contractum, quo dentes intra biduum decidebant, compagesque in genibus soluebantur. Id morbi medici, Stomaccacen, & Sceletirben vocabāt. Ruellio Italis Pittamana dicitur, quæ Matthiolo Italo homini sagaci & curioso plantarum indagatori, hauddum ostensa sit. Non secus errant, qui hanc, Bistortam esse existimant. Nam quamuis

Bisto



Bistorta, folia producat Lapatho syluestri similia, attamẽ nec nigra, nec pilosa sed læuia, & superiori parte purpurascentia, inferiori cæsia. Radice Britannica *constat tenui & breui:* Bistortæ *grossa est, rubens, & serpentis in modum contorta.* Britannica, *eiusque succus astringunt, cætera è* Dioscoride *patent.*

Lysimachia.

CAP. III.


* *Britannica.*

NOMENCLATVRA.

Græ. λυσιμάχιον. *Lat. & Ital. Lysimachia.*
Gal. Lysimachie. Offic. Salicaria.

Lysimachia, quam aliqui Lytron appellant, caules emittit cubitales, altioresue, fruticosos, tenues, prodeuntibus geniculatim folijs, tenuibus, Salicis *figura, gustu adstringentibus: flore rufo, aut aureo. Gignitur in aquosis & palustribus Foliorũ succus adstringente sua ui sanguinis reiectionẽ supprimit: dysentericis potui datur, aut infunditur: mensiũ abundantiã sistit, in pesso: sanguinis profluuio subuenit, si nares ea herba obturẽtur*

tur



* Lysimachia. 1



Lysimachia. 2

tur: uulnerum cruorem cohibet: acerrimum nidorẽ suffita reddit: qua de causa serpentes fugat, & muscas interficit.

LYsimachia ab inuentore Lysimacho rege, celebri desumpto nomine, corneola non est, qua inficiendis in colorem viridẽ pannis tinctores vtuntur, & quæ Thuscis Cerreta, aut Braglia dicitur. Siquidem Corneola Matthiolo, caule & folijs est Lini, non Salicis, flore luteo, semine, vt in Genista, è folliculis enascente. In pratis prouenit, nec gustu astringit. Lytron pro, Luteum, in Dioscoride & Plinio deprauatum censet Ruellius, & hanc esse herbam quam, Vitrunio authore, cœruleo inficiendo, cum non poßint Chrysocolla propter raritatem vti, tinctores vsurpant. At hæc Cordo sui generis herba, quæ Græcis, Isatis, dicitur, Glastum & Lutea Latinis. Verũ Ruellij Lutea, eadem cum Glasto esse nõ potest, nempè Glasto superinducta, è cæruleo colore, quo Glastum tingit, viridis color inficitur. Qui fit vt Luteum, siue Lutea, nec

Gla

Glastum sit, nec Lysimachia. Planta etiamnum alia ostenditur, quæ in quadrangularem caulem assurgit, folijs Salicis, flore ruso. At quòd com manducata, nullam gustui astrictionem expromat, Lysimachia esse non potest. His ductus rationibus Matthiolus Lysimachiam veram, nostro hoc tempore, in Italia non reperiri concludit, nec secus duco, in Gallijs. Ruellio, Pellibossa, vera est Lysimachia.

Sanguinaria, siue Polygonum.

CAP. IIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. πολύγονον. *Lat. Polygonum.*
Ita. & Off. Corrigiola.
Gal. Corrigiole.

Polygonum mas, ramos habet teneros & molles, frequentibus geniculis cinctos: qui per terrā, ut Gramen, repunt: folia Rutæ, sed molliora longioraq́; semine sub folijs turgescēte: unde marem appellari uolunt: flos eius candidus, aut puniceus. Vis epoti succi est spissare, ac refrigerare: prodest cruētæ excreationi, choleræ, alui fluxionibus, & urinæ stillicidio: urinā apertè ciet, cum uino potus, contra serpentium morsus auxiliatur. Datur in febribus per horā ante significationes, Fœminarum profluuia impositu sistit: idem succus purulentis auribus instillatur: facit eximiè ad genitalium ulcera, cum uino, adiecto Melle, decoctus. Stomachi feruori, sanguinis reiectionibus, ulceribus quæ serpunt, ignibus sacris, collectionibus, tumoribus, & recētibus uulneribus folia illinūtur. Sanguinaria fœmina fruticat uno caule, arundini tenero simili, densis geniculis, & in se tubarum modo farctis. Articulos in orbē cingūt apices, foliolis Piceæ similes: radicis nullus usus. Nascitur in riguis. Huic quoque spissandi refrigerandique natura, ad eadem ualens, sed inefficacior.


Polygonon mas, campestris & vulgaris plāta, Polygonon fœmina, non æquè paßim frequens & copiosa. Nomen vtrique à frequentia geniculorum, aut seminis multitudine. Mas vulgò Centinodia: *Fœmina*

Gallis, Aquatica pinus. Nãque ea in humidis fructicat, vno caule Arundini teneræ simili, densis geniculis in se tubarum modo farctis, quorum torulos folia pinus in orbem cingũt, radice nullius vsus. Vis vtriq; spissandi refrigerandiq;. Sed imbecillior in fœmina.

Polygonatum. CAP. V.

NOMENCLATVRA.

Gr. πολυγόνατον. *Lat. Palygonatũ. Ita. Fraßinella.* Gal. La Genouillee. Offic. Sigillum Salamoninis.



Polygonatum mas. *Fœmina.*

Polygonatum nascitur in montibus, frutice cubito altiore: folijs Lauri, latioribus & læuioribus, sapore mali Cotonei, aut Punici, cum quadam adstrictione: flores per singulos foliorum exortus promit, candidos, folijs numerosiores, incœpta à radice supputatione: radicem habet albam, mollem, longam, crebro

brò geniculatam, densam, graueolentem, digitum craßitudine æquantem: quæ uulneribus efficaciter illinitur: quinetiam maculas in facie delet.

Polygonatum sic dictũ, quòd radix frequẽtibus geniculorum nodis per interualla tumeat. Ex eius radice mulieres aquã, earũ lexiuijs peculiarem, efficiunt. At enim polygonatũ, non est Secacul. Nãque Serapio Secacul describens, nullam Dioscoridis mẽtionẽ facit, vt ei moris est, cum quippiam ex hoc authore mutuatur. Ad hæc Serapio suo Secacul, pisellorum, non Lauri folia attribuit. Porro ipsæ vires non consonant. Siquidem polygonatum, græcis, maculas in facie delet: cum Arabum Secacul, semen, & venereas vires adaugeat. Polygonatũ facultatis est mistæ, hinc è modica astrictione & acrimonia: inde è fastidiendo gustu, qui ne explicari quidem poßit. Est hac in planta mas & fœmina, è Valerij Cordi industria. Errant tamen qui hanc cum Dictamno & Helleboro albo confundunt.

Clematis. CAP. VI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κληματὶς δαφνοειδής.

Lat. Clematis Daphnoides. Ita. Prouenca.

Gal. Petit Liseron.

Off. Vinca Peruinca.

Clematis humi serpit: læto, pinguiq́ solo prouenit, uiticulas spargens craßitudine iunci, exiguas: folio Lauri figura & colore, multò minora. Ea cũ caulibus in uino pota, alui profluuia & dysenterias sedant. Subdita in pesso cum lacte & Rosaceo, aut Cyprino, cruciatibus uuluæ medentur. Dolores dentium commanducata finit: imposita serpentium morsibus, iuuamentum præstat: fertur etiam contra aspidum ictus ex aceto pota opitulari. Gignitur in terrenis. Est & altera Clematis, quæ uiticulosum emittit ramulum, rubescentem, lentum: folium gustu admodum acre, ac exulcerans: repit per arbores, ut Smilax. Semen tritum, pituitam bilemq́ detrahit, in aqua aut hydromelite potum. Folia eius illita lepras purgant.

De Dr. Manuel Castillo

Cum Lepidio conditur ad cibos.



Clematis.

Clematis astrictoria, & ea qua de primo loco scribit Dioscorides, ea proculdubio est, quæ Vinca peruinca Officinis dicitur. Nec tamen Peruinca, Chamædaphne, Laureoláue erit, quantumuis hanc Clematida, Chamædaphnem Plinius nuncupet. Secunda Clematis, multum à prima differt, & quemadmodum è notis concipi potest, quam Galli Viornam vocant, & Itali, Vitalbe, & Vitezze, Clematis erit altera. Namque viticulis constat rubescentibus, lentis, & obsequiosis, Smilacis folijs, gustu admodum acri, ac exulcerante, sese sepibus inuoluit, ac per arbores vt Smilax repit. Sic non erit genus illud Conuolulii, cuius flos rudioris Lilij figuram habet, & vulgo Campanella, Latinis Cymbalaria, à Cymbalorum effigie dicitur. Non dissimilis eorum prodetur error, qui Vitem nigram, quam Dioscorides, ferè sub huius libri finem, describit, secũdam Clematida esse putant, cum ad illius caput deuenerimus. Quam Itali, Flammola vocant, folijs, flore, semine, & peracri sapore, à Clematide non admodum dissidet, vtut in arbores & dumeta non reptet, sed caules cubitũ altos producat foliaq; intolerandæ acrimoniæ. E queis in balneo mariæ, aquam limpidissimam, non discrepante acrimonia Matthiolus eduxit, qua in frigidos effectus vsus est, non improbato successu. Flammula referente Plateario, quarto ordine excalfacit & desiccat. Siccitas in Clematide cæteris qualitatibus præualet, id gustus indicat, cui astrictionis quippiam modicæ, cum vehementi amarore expromit. Siccat tamen, idque citrà mordicationem. Postremam humi capitis partem, de Clematide solutiua, è Galeni scripto didicimus, cum solutiuis herbis in fine huius libri

rect

recte ut erat ab authore, collocatam, at processu à curioso quopiam, illi astrictoriæ Clematidi nullo iudicio coniunctam.

Polemonia. CAP. VII.

NOMENCLATVRA.

Græ. πολεμώνιον *. Lat. Polemonia . Ita. eodem. nomine.* Gal. Sauge sauuage. Off. Behen album.

Polemoniam alij Philæteriam, Cappadoces Chiliodynamin appellant, ramis exilibus, utrinque pinatis: folijs paulò quàm Rutæ maioribus, ac longioribus, Calaminthæ Sanguinariæ proximis, quibus in summis uelut corymbi dependent, nigro semine: radice cubitali, albicante, radiculæ simili. Nascitur in montosis & asperis. Bibitur in uino Radix contra serpentes & dysenteriam: & ex aqua, aduersus urinæ difficultatem, & coxendicum cruciatus. Datur ex aceto drachmæ pondere lienosis: eadem scorpionis plagæ alligatur. Tradunt, eum qui radicem gestauerit, à scorpione non feriri: eumq; si ictus sit, nihil molestipassurum: dentium dolorem mansa mitigat.

Vidit Polemoniam Matthiolus in altioribus & asperioribus vallis Anoniæ montibus, gracili & quadrato caule, flore ferè Nepetæ, coma corymbacea, nigro refertā semine, radice longa & candida. Id tamen qua est modestia, non affirmat. Atenim Rutam caprariam, quæ Galega Italis, non esse constanter per asseuerat, vt quæ omni, sua sua effigie fœnungræ. referat, nec corymbos in cyma producat, sed folliculos queis rubescens semen includitur, & natales non conueniunt. Boscisaluia, quam Ruellius pro Polemonia profert, Cordo ad id extorta videtur, folijs & radice, oculata experientia diuersis. Polemonia tenuibus partibus constat, & incisoriæ virtutis est.

Symphytum, siue Alus. CAP. VIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. σύμφυτον πετραῖον. *La. Symphytum petræum.*

Ita.Symphito petreo. Gal.Bugle & Sanicle.
Off.Prunella.



Symphiton. Petræon.

SYmphyton petræon, id est, Alus, naſcitur in petris: ramis tenuibus, paruis, Origano ſimilibus: capitulis Thymi: ſurculoſum totum, odoratum, guſtu dulce, ſaliuam ciens: longa radice, ſubrufa, digitali craßitudine. Decoctum in aqua mulſa & potum, pulmonis uitia purgat: ſanguinem reijcientibus, & & renum malis, ex aqua datur: ad dyſenteriam, rubraq́; fœminarum profluuia, in uino decoctum: ad conuulſa uerò & rupta, ex aceto mulſo bibitur. Quin & cõmanducatum ſitim ſedat, faucibus aſperis ſubuenit: uulnera recentia enterocelasq́; conglutinat, & illitu cohibet: carnes autem cum Symphyto decoctæ coaleſcunt. Eſt & alterum Symphyton, quod alicui Pecton uocant: id caulem emittit bicubitalem, aut maiorem, craſſum, leuem, an

uem, angulosum, ut Sonchi inanem, circa quem breui interuacante spacio: folia exeunt angusta, Buglosso proxima, oblonga, hirsuta: caule secundum angulos quosdam striato: folijs tenuibus ex alarũ sinu prodeuntibus, in quibus flores lutei & circa caulem uelut Verbasci semina emicant. Tam caulis quàm folia, aspera lanugine horrent, tactuq; pruritum concitant: radices demittuntur foris nigræ, intus candidæ, uiscosæ: quarum est usus. Tritæ & potæ cruentis excreationibus, ruptisq; proficiunt. Recentia uulnera illitæ conglutinant: carnes quoque si concoquantur, cogunt additæ: inflammationibus præsertim sedis, cum Senecionis folijs utiliter illinuntur.

SYmphytum Petræum in Italia nostro tẽpore non videri Matthiolus, nescio si in Galijs quãuis ita esse Ruellius asseueret. At quod secundo loco ponitur Symphytum, nulli dubium est; quin illa sit planta, quam Consolidam maiorem vulgus herbariorum vocat. In pratis nascitur, floribus non croceis tantùm, sed rubescentibus etiam & candidis, vniformibus tamen. Errant qui Consolidam minorem, Symphytum Petræũ esse contendunt, siquidem diuersissima sunt effigie. Nec saniori iudicio, erit Cõsolida media, quæ folia profert supramodum cærulea, & Italis Laurentina: Senensibus, Morandola dicitur. Duæ hæ plantæ Græcis & Arabibus ignotæ, præstantia modernis remedia proferunt, sed quæ sedulò prætereo, ne prolixior, & quod in manus omnium venerint, qui hæc ad vnguem prodiderint. Germani inter Consolidas Sanniculã etiam reponunt, quæ duorum est generum. Est etiam Consolida regalis, Italis, Sperone di caualiere. Empiricis hæ plantæ, earùmque perspectæ vires. Symphyton excalfacientium, desiccantium, & contrahentiũ ordinis est secundi.

Holostium. CAP. IX.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὀλέστιον. La. Holoſtium. Ita. Holeſtio.
Gal. & Off. ignota.

Holoſtion quadrantalis herbula eſt, humi repens: folijs uiticulisq́, Coronopo aut Gramini proximis: guſtu adſtringentibus: radice alba, prætenui, uſque in capillamenti ſpeciem, longitudine quatuor digitorum. Naſcitur in collibus terrenis. Vſus eius ad rupta, in uino pota: nam & carnes coguntur, decoctionibus addita.

Holoſtium herba non vulgò cognita, vt quam in Italia Matthiolus *non cognorit.* Licet Ruellio *Gallico ruri*, Denticulus canis *vocetur, attamen vulgaris* Pilloſella *non eſt.* Namque *cum facie* Coronopum *non exprimat, vnico reptandi habitu conformis, folia habet per interualla geminatim copulata, obtuſiori quàm in* Gramine *mucrone. In ſumma, effigies, nihil cum* Holoſtio *conuenit.* Pilloſella *inimica pecori, ob aſtringendi vim, vt ab eius paſtu præ nimia aſtrictione commoriantur, & ideo arcendis fluxibus omnibus, & maximè capitis idonea. Cæterum deſiccat & aſtringit* Holoſtium.

Stœbe. CAP. X.

NOMENCLATVRA.

Græ. Στοιβή. Lat. Stœbe. Ita. Stebe.
Gal. la Scabieuſe. Off. Scabioſa.

Stœbe uulgaris eſt noticiæ, cuius ſemen & folia ſtringunt, quapropter decoctum dyſentericis infunditur: auribus quoque purulentis inſtillatur. Illita folia oculis ab ictu cruentis proſunt, erumpentis ſanguinis impetus cohibent.

Stœbe, quæ & Phleum Theophraſto *dicitur, frutex eſt caule, perinde vt folio, aculeatus, molli ſemine & rubido, radice pecoris pabulo gratiſsima, non alibi quàm in aquaticis naſcens.* Hæc *deliniatio, ſatis oſtendit aberrare eos, qui hanc, vulgarem* Scabioſam *eſſe contendant.* Nam Scabioſa, *folio eſt* Erucæ, *laciniato, ſubhirſuto, non tamen ſpinis horrētē, flore ſpecioſo, diuturno, cærulei coloris, & ex cæſio albicātis.* Hæc *decoctione, potu, & inſerto vnguentis ſucco, ſcabiei medetur.* Vallet *in pectoris, diaphrahmactis, & membrorū ſpititualium affectus, & inibi generatos aſceſſus infringit.* Antracibus *peſtiferis illinitur: ſiquidem à*

tribus

tribus horis, hac lue defungitur corpus. Stœbes folia & fructus, astringunt, & nihilum mordicant. Desiccat sub tertij ordinis initium.

Clymenum. CAP. XI.

NOMENCLATVRA.

Græ. κλύμενον. *Lat. Clymenum. Ita.* & Off. Saponaria. Gal. du Stego.

CLymenum caulem fert Fabæ, quadratum: folia Plantaginis, folliculis supra caulem in sese inflexis, ut in polyporum cirrhis. Probatissimum est è montibus. E frutice toto cum radice succus exprimitur, qui ad sanguinis reiectiones in potu efficax est. Cœliacos, rubraq́; fœminarum profluuia, refrigerando infrenat: sanguinem naribus erumpentem supprimit. Trita folia, aut siliquæ recentibus uulneribus impositæ, ea ad cicatricem perducunt.

IGnotarum plantarum classem inibit Clymemum. Poterat quidem videri, Saponaria, si ea vt folijs Plantaginem, itidem caule, qui rotūdus est & nodosus: & flore, qui dispar est, Clymenum referret.

Periclymenum. CAP. XII.

NOMENCLATVRA.

Græ. περικλυμενον. *Lat. Periclymenum. Ita. Vincibosco.* Gal. Vincibosque. Off. Caprifolium.

PEriclymenon, simplex fruticat, ex interuallis parua folia habens ipsum amplectentia, subcandida, hederacea: inter folia surculi exeunt, in quibus baccæ, hederæ similes: flos Fabæ, candidus, aliquantum rotundus, & quasi in folium procumbens: semen durum, & quod difficile euellatur: radice rotunda, crassa. Nascitur in aruis ac sepibus, conuolens se adminiculis propter asidentibus. Semen eius postquam ematuruit collectū, & in umbra siccatum, si drachmæ pondere detur in uino quadragenis diebus, linem absumit: laßitudinem discutit, sed urinam

ciet statim à sexto die cruentam, orthopnœæ & singultui prodest: partum accelerat. Folia sunt eisdem uiribus prædita: quæ tricenis septenis diebus epota, sterilitatem facere produntur. Perunctis ex oleo, febrium algores abigunt.

QVemadmodũ eruditorũ consensus, Periclymenõ & Matrisyluã, in vnã & eãdem plantã copulauit, ita emũctiorũ examen, Caprifolium, à Matrisylua segregauit. Siquidem Caprifolium, Dioscoridis vera est Pixyacantha. Ianus a vigo Chirurgicus, è Galeni libro de simplicium facultate octauo, Matrisyluam in tibiarum vlcera commendat, At id: vt ex hoc loco patet, non scripsit Galenus.

Tribulus. CAP. XIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. τρίβολος. *Lat. Tribulus. Ita. Tribolo.*
Gal. Macres. Saligotz. Off.
Tribulus marinus.

TRibuli genus unum terrestre, folijs ad effigiem Portulacæ, tenuioribus uiticulis, in terra stratis: spinis secundũ folia rigidis, prœduris. Iuxta amnes & rudera nascitur. Est & alterum genus, aquis familiare, quod in fluminibus natum comã exerit, aculeos condens: folijs latis: & pediculo longo: caule parte summa quàm ima crassiori: capillamenta quædam indidem exorta spicantur: semen durum, ab altero non abhorrẽs. Vterque refrigerantis & inspissantis est naturæ: ideo inflammationes omneis cataplasmate adiuuat. Vlcera in ore erumpentia, putredines, gingiuas, tonsillasq; persanat. Succus ex his colligitur ad oculorum medicinas. Semen dum recens bibitur, calculosis iuuamentum affert. Drachma terrestris Tribuli pota, illitáue, ictos à uipera recreat. contra uenena cum uino aptissimè bibitur. Decoctum eius sparsum pulices necat. Thraces qui ad

Strymona

Strymona amnem habitant, uirenti Tribulo equos saginãt, & è dulci semine & esculento panem quo uescuntur faciunt.

TRibulus terrestris Dioscoridi, vnius, Theophrasto & Plinio duũ est generũ. Vni Cicerculæ folia, alteri aculeata. hic & serius floret magisque septa obsidet villarũ, Semen ei rotundius, nigrum, in siliqua. Folium idem habet secundum spinam, alteri acanaceum, & Sesamæ figura. Aculeatum hoc tribuli genus nostro sæculo planta est incognita. At qui folijs Portulacam refert, Venetijs visitur, propter diuĩ Nicolai cathedram. Calcatreppa, quæ Italis Cacatrepola, viticulos nullos, sed nec siliquam qua semen includatur, producens, cum Tribulo spinoso non admodum facit. Aquaticus tribulus in lacis Mãtuano, & Ferrariensi nascitur, & Venetijs in lacunis, maritimis locis adiacentibus. Editur fructus, castaneæ similis, cineri calido incoctus. Tribulus componitur partim ex essentia humida, pauxillum frigida, partim è sicca, nõ modice frigida. In terrestri essentia, frigidum terristri præualet, in aquatica, aqueum terrestre.



Limonium.

Limonium. CA. XIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. λειμώνιον. *Lat. Limonium. Ita. Limonio.* Gal. Reparee de pré. Off. Pyrola.

L*Imoniũ folia habet Betæ, tẽuiora & lõgiora*

decem, sæpe plura: caulem tenuem, rectum, Lilio æqualem, seminibus rubris scatentem, quæ gustata adstringunt. Semen tritũ, & ex uino acetabuli mensura epotum, dysentericis cœliacisq; prodest. rubra fœminarum profluuia sistit. Nascitur in pratis & palustribus.

Limonium Plinio, Betæ est syluestris, quam Nomoidem à quibusdã vocari scribit. At Galenus libro de facultate alimentorum secundo, nullam Betæ syluestris speciem agnoscit: nisi fortè ex illa, Rumicem quis intelligat. Qui fit, vt sui generis herba sit Limonium, non infrequens à Matthiolo in vallis Ananiæ paludibus animaduersa. Quæ, sit necne Ruta pratensis, aut Officinarum Pyrola, iudicium alijs relinquo. In remedia, Limonium acetabuli mensura offerendum.

Lagopus. CAP. XV.

NOMENCLATVRA.



* *Lagopus.*

Gr. λαγόπους. *Lat. Lagopus. Ital. Lagopo.* Gal. Pie de lieure. Off. nõ nota. Ger. Katzenklee Hasenpfontlin.

Lagopus herba sistit aluum in uino pota: aut in febri, ex aqua. Eadẽ inguini alligatur, in inflãmatione. Nascitur in segitibus.

Nullam

NVllam Lacopi effigiem Dioscorides exhibet. Id nobis eius cognoscendi certum tollit argumentum. Matthæus saluaticus, Caryophyllatam esse putat. Sed eius opinio à nullo penè recipitur, quod ea in montibus nascatur, non in segetibus & aruis. Ruellio, ea ducitur, quã Trinitatem, vulgus vocat. Nempè humilis Trifolij genus, in segetibus & armis enati. Germani pro Lacopo herbam ostendunt, caulibus rotundis & hirsutis, folijs Loti pratensis, semine in paniculis muscosis lanuginosisque, pedi leporino admodum similibus. Hæc gustu astringit, & exiccantis est facultatis.

Medium. CAP. XVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Μέδιον. Lat. Medium Ital. Medio. Gal. Off. Ger. ignota.

MEdion in saxis & opacis nascitur. Folia habet Iridis: caulem tricubitalem, & in eo florem grandem, purpureum, rotundum: semine Cnici, minuto: radicem dodrantalem, craßitudine baculi, gustu acerbo. Quæ trita in farinam, & ex Melle decocta, rubros menses fœminarum sistit, eclegmate per aliquot dies sumpto. Semen in uino potum, menstrua pellit.

EXemplarium diuersitas, in depinguendis Medij folijs, cum hæc Iridi similia, alia Seridi faciunt, satis extricari non potest. Plinius qui Iridi satiuæ similia depingit, Seridem intellixisse videtur. Nam Iris Theophrasto culturam non desiderat. Sed hæc Delio natatore indigent. Medij radix, austera est, & refrenat fluxus, etiam muliebres. Contra semen, menses elicit, nempè tenuium partium & incisoriæ facultatis.

Epimedium. CAP. XVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Επιμέδιον.

Lat. Epimedium.

Ital. Epimedio.


Gal. Off. Ger. ignota.

Epimedium, caulis est non magnus, Hederæ folijs, denis atque duodenis, neque florem, neque fructum ferens: radice tenui, nigra, graui odore, gustu fatuo. Nascitur in humidis. folia cum oleo trita, imposito cataplasmate, mammas increscere non sinunt. Radix cõceptum adimit. Folia trita quinis drachmis, post menstruas purgationes quinque di bus in uino pota, præstant mulieribus ne concipiant.

Incognita herba Epimediũ, sed nec herba est, Trinitas vocata, vt vult Cordus. Nam Trinitas, caulem & florem producit: Epimedium, caule & flore destituitur. Præter hæc, notæ aliæ, & vires non consentiunt.

Gladiolus. CAP. XVIII.

NOMENCLATVRA.



Xiphion.

Græ. Ξίφιον. *Lat. Off. Xiphion. It. Gladiolo.* Gal. Glais.

Xiphion, alij Phasganon, alij Machæronion, Romani Gladiolum uocant. Nomen inde accepit, quòd folium gladij præbeat speciem. Iridi simile erat, nisi minus & angustius uidetur, & gladij modo mucronatum, neruosumq́; In caulem exit cubitalẽ, in quo purpurei flores, in ordinem digesti, inter se distant: rotundo

tundo ſemine: radicibus geminis, una, bulborum modo, ſuper alteram inſidente: quarum inferior gracilis eſt, ſuperna uberior. Naſcitur in aruis. Superior cum Thure illita, admiſto uino, ſpicula & aculeos è corpore extrahit, panos cum Lolij farina & hydromelite diſcutit: qua de re huiuſmodi emplaſtris inſeri ſolet. Menſes impoſita trahit. Superiori radice ex uino pota, uenerem ſtimulari, & inferiore ſumpta ſterileſcere tradunt. Superiorem quoque utiliter infantium enterocelis, cum aqua potui dari præcipiunt.

ETſi veteres omnes herbas, queis gladiolis ſimile eſſet folium, Gladiolos vocauere, vt Iris, Sparganium, Acorus, Xiris, & aliæ. Eſt tamē ſui generis herba, Gladiolus, quem Græci Sphaganon, Xiphion, & Macheronion appellant. Hic in Thuſcia inter ſegetes naſcitur, nulla refragante nota. Flores Thuſcis, Monacuccie, dicuntur. Plinij Gladiolus in humidis naſcens, is Gladiolus eſſe videtur, quem pro Acoro, vulgus vſurpat. Rura Gallica verum Gladiolum, Spatham, aut, Segetalem Gladiū appellant. Radix Gladioli maximè ſuperior, attrahit, concoquit, & deſiccat.

Sparganium. CAP. XIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. σπαργάνιον. Lat. Sparganium.

Italis Spargonio.

SParganium, aliqui Xiphidion uocant. Folia habet Gladioli, ſed arctiora, & in terram magis procumbentia. In ſummo caule ueluti pilulæ prominent, in quibus ſemen. Contra ſerpentis uenena, radix cum uino datur.


SParganium non eſſe Cotulam foetidam, hinc probatur. Spatula fœtida folia habet latiora & longiora Gladiolo, quæ in terram nō procumbant. Ad hæc, Spatulæ fœtida pillulas in ſummo caule, indidē ſemine incluſo, non profert. Ex Spatulæ fœtidæ ſucco (vt id obiter dicam) ſcabies, & impetigo medicantur. Vidit Matthiolus Sparganium in territorio Romano, loco quem Tolpa, vocant, vbi rupeum Alumen conficitur ad radices mōtis, Rōcone, nuncupant, conſentiētibus notis omnibus. Deſiccatorium eſt Sparganion.

Xyris. CAP. XX.

NOMENCLATVRA.

Græ. ξίϱις. *Lat.* Xyris. *Ita.* Xiride.
Off. Spatula fœtida.

XYris, folia habet Iridis, latiora, & in turbinem mucronata: quorum medio caulis erūpit crassus, cubitalis, ex quo siliquæ triangulares dependent, in quibus purpureus flos, in medio puniceus: semen in folliculis, simile Fabis, rotundum, rubrum, acre: radix longa, geniculata, rufa. Contra capitis uulnera, fractaq́ efficax est: aculeos & spicula omnia citra molestiam extrahit, adiecta floris æris tertia parte, & radicis Centaurij ac mellis quinta. Tumoribus & collectionibus illita cum aceto medetur. Radix ex passo bibitur, ad conuulsa, rupta, coxendicum dolores, stranguriam et alui profluuia. Semen tribus obolis potum, urinam uehementius impellit: & cum aceto, lienem absumit.



Xyris.

XYris in varijs Italiæ locis, in Thuscia, & Gallijs prouenit. Cordo ea est, quā Itali Spatulam fœtidam vocant. Sed huius rei non meminit Matthiolus, proculdubio, si eo pacto se haberet, non præteriturus. Tanta hominis est sedulitas. Xiris vim habet abstergendi, digerendi, & desiccandi, non radice tantum, sed amplius etiam semine.

Anchu

Anchusa. CAP. XXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αγχουσα. *Lat. & Ita. Anchusa. Off. Buglossa rubea.* Gal. Orchanette.

ANchusa, quæ alio nomine Calyx, aut Onoclia appellatur, folia habet Lactucæ, in acumẽ fastigiata, hirsuta, aspera, nigra, multa, quoquouersum humi sparsa, spinis horrida: radici craßitudo digitalis, quæ æstate prouenit, ac manus inficit sanguineo colore. Læto solo nascitur. Radix adstringit, ad ambusta & uetera ulcera, ex oleo & cera efficax est. Igni sacro cum polenta medetur, lepris & uitiliginibus illinitur ex aceto, partus extrahit, uuluæ indita. Eius decoctum renum uitijs, lieni, & bile suffusis datur: & si febris sit, ex aqua mulsa. Sistunt aluum folia in uino pota. Radice pigmentarij utuntur ad unguentorum spissamenta. Est & altera, quàm aliqui Alcibiadion, aut Onochiles appellarunt. Hæc à priore distat, quòd minora habeat folia, sed simili modo aspera: ramulos exiles: florem purpureum in puniceum uergentem: radices rubras, oblongas, quæ meßibus sanguineũ succum fundunt. In sabulosis nascitur. Vis ei folijsq́ inest, quæ contra uirus cùm reliquorum serpentium, tum maximè uiperarũ, auxilietur, siue cibo, siue potu, siue alligatu. Nam si quisquam mandens, in serpentis os inspuat, eum necabit. Est & alia huic haud dißimilis, semine puniceo, minore. Cuius semen manducatum, si in serpentis fauces inspuatur, eam interficiet. Radix acetabuli mensura cum Hyssopo & Nasturtio pota, latas uentris tineas excutit.

ANchusæ quartũ genus facit plinius, primò generi admodũ ad simile, quàm pseudanchusam vocat. At enim hac, prima hirsutior est, lanuginosior, & minus spissa, folijsque constat gracilioribus & languidioribus. Ruellio pseudanchusa aruis arenosis innascitur, & meßibus sanguineum humorẽ exudat. Matthiolo, pseudanchusa non visa, cum

Anchu

Anchusæ genera tria à Dioscoride descripta, in multis & varijs Italiæ locis, inspexerit, succũque ex eârum radice, per æstatẽ, rubentem extraxerit. Anchusæ omnes, flores per totum caulem producunt, è cæsio purpurascentes penè forma vulgaris Buglossi, sed rubent, & explicantur magis. Anchusarum radices astrictoriæ facultatis, & amaræ sunt, infrigidant, & abstergunt. Folia licet minus poßint, desiccandi tamen & astringendi virtute non priuantur. Lycopsis in astrictione, Onoclea valentior. Alcibiadion aut Onochile, plus in re medica potest, siquidem gustata acrior est.

Licopsis. CAP. XXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. λύκοψις. *Lat. Lycopsis. Ita. Licopside.*
Gal. Langue de chien. *Off.*
Lingua canis.

LYcopsis, quæ à nonnullis Anchusa uocatur, folijs Lactucæ longioribus, asperioribus, latioribusq́, craßis, ad radicis caput recidentibus: caule longo, recto, scabro, hirsutis adnatis multis, cubitalibus: flore paruo, purpureo: radice rubra, & adstringente. Nascitur in campestribus. Cum oleo radix illita uulneribus medetur: & cum farina hordeacea, ignibus sacris. Sudores peruncta mouet, adiecto oleo.

Echium. CAP. XXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ἔχιον. *Lat. Echium. Ita. Echio.*
Gal. Buglosse sauuage. *Off.*
Buglossa uulgaris.

ECHion folia habet prælonga, hirsuta aliquantum tenuia, Anchusæ proxima, minora tamen, subrubra, & pinguia, spinulis tenuibus horridula: cauliculos exiles, numerosos: minutaq́ utroque latere folia, expansa, pinnataq́, nigra, in summo



Echion domesticum.



Syluestre.

caule minuscula: flores secundum folia purpureos, in quibus semina capiti uiperarum similia insunt. Radix nigricat, digito tenuior, quæ non percussis modo à serpentibus ex uino prodest, sed eos qui antea biberint, feriri non patitur. Folia & semen idem præstant munus. Lumborum dolores sedat. In uino aut sorbitione sumpta, lac extrahit.

Echium inde nomine accepto, quòd semine sit viperarum capitibus non absimili, & possit in earum morsus: siquidem, Echis, græcis Viperam sonat. Alcibius, dormiens in genu à Vipera demorsus, hausto Echij succo, applicataq; morsui herba quam expresserat, cum ex insperatò conualuisset, quod plantæ huius esset remedium ostēdit. Plinio duū est generum. Vnum Pulegio simile, coronatum folijs. Alterum, lanugine distinguitur spinosa, cui capitula sunt uiperæ. Hoc proculdubio, herba Hircina est, quam sic vocant, quòd constet, eius pabulo hircos capellasq; delectari. Nascitur non in Italia tantum, sed etiam in Gallijs.

Ocima

Ocimaſtrum. CAP. XXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὠκυμοειδές. *Lat.* *Ocimoides.* *Ita.* *Baſilico ſaluatico.* Gal. Baſilic ſauuage.

OCimoides, Latini Ocimaſtrum uocant, folia fert Ocimi, & ramos dodrantales, hirſutos, ſiliquas Hyoſcyamo ſimiles, ſemine, ut Gith, nigro prægnantes. Vim habet ſemen in uino potum, qua uiperarum cæterarumq́ue ſerpẽtium morſibus medeatur. Datur iſchiadicis cum Melle, uino, Myrrha, & Pipere. Radice nititur tenui & ſuperuacua.

OCimaſtrum, ſeu Baſilicon ſylueſtre, ea eſt herba, quam vulgo Potulariam nominant, quod ſiliquæ, pocillorum quibus bibamus, imaginem quendam referant. Namq́; Siliquæ Hyoſciami dehiſcunt capaci ventris ſinu, arctis vaſculi faucibus, & leuiter per ambitum denticulatis, in quibus Gith ſemen occulitur. In Ocimaſtro conſentionibus Matthiolo & Ruellio, Cordus notas diſcrepare contendit, at ſolis nititur verbis.

Erinus. CAP. XXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἔρινος. *Lat.* *Erinus.* *Ita.* *Baſilico aquatico.* Gal. Baſilic d'eau.

ERinus naſcitur apud fontes & fluuios, folijs Ocimi, ſed minoribus, parte ſuperna diuiſis, quinis, ſeniſue, dodrãtalibus ſurculis: flore candido: ſemine nigro, & acerbo. Folia & caules lacteo ſucco turgẽt. Semen drachmis duabus in quatuor Mellis cyathis oblitum, oculorum fluxiones cohibet. Succus cum ſulphure & Nitro inſtillatus, aurium dolores ſedat.

ERinum, Echinum vocat Galenus, prout etiam in antiquioribus Dioſcoridis codicibus habebatur. Herba ſucco manat lactis, tum colore, tum dulcedine, vnde Lactariæ nomen apud vulgus inualuit. Erini ſemen tenuium partium, deſiccat ſine morſu.

Gramen

Gramen. CAP. XXVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Αγρωστις. *Lat.* Gramen. *Ita.* Gragmina.
Gal. Dent de chien.



Gramen.

GRamen geniculatis serpit ramulis, à quibus crebrò radices spargit dulces, articulis præcinctas: folia dura, & ,ut Arundinis paruæ, lata, in exilitatē fastigiantur, eáque iumenta & boues pascunt. Tritá radix illitu uulnera conglutinat. Decoctum eius in potu, torminibus medetur, & urinæ difficultatibus: calculosa etiam uesicæ excrementa comminuit. Est & arundinaceū Gramen, priore multò maius, quod iumenta necare traditur, præsertim in Babylone: idq́ iuxta uias nascitur. Quod in Parnaso monte gignitur, desius fruticat: folijs hederaceis: flore odorato, candido; semine paruo, nō inutili: radicibus quinis aut senis, digitali crassitudine, candidis, mollibus, & admodum dulcibus. Succus si in uino cum Melle pari, & Myrrhæ dimidio decoquatur, adyciātur q́ Piperis & Thuris tertiæ portiones, probatissimum erit oculorum medicamentum. Id in ærea pyxide reconditur. Deco-

ctum radicis, idem quod herba præstat. Semen uehementius urinam impellit, aluum uomitionesq́ sistit. Natum in Cilicia Gramen, quod incolæ Cinnam appellant, boues inflammat, si eo uirenti sæpe pascantur.

NOtum est primum Graminis genus à Dioscoride descripti. Nam Babilonium & Parnassæum, nostris regionibus non nascuntur. Plinius tria facit aculeati Graminis genera. Dactylon vocant, cui in cacumine aculei sunt, plurimum quini. Hæc Thusci vocatur, Sanguinella, vel Capraria. Alterum Aizoo simile, quo ad paronychia vnguium, & cùm in eis caro excreuit, vtuntur: Ideo Dactylon appellantes, quia digitis medeatur. Tertium genus Dactyli, sed tenuius, nascitur in parietinis & tegulis. Huic caustica vis inest. Sistit vlcera quæ serpunt. Radix Graminis tenera mandendo est. Hæc modicè frigida & sicca, parũ mordet, tenuibus partibus constat, qua calculos potu comminuit.

Sideritis. CAP. XXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. σιδηρῖτις. *Lat. Sideritis. Ita. Siderite.*

SIderitim alicui Heracleam uocant: folia habet Marrubij, sed longiora, satis ad frondem Quercus aut Saluiæ accedentia, minora tamen, & aspera. Caules ædit quadratos, palmum sæpe excedentes, non iniucundi gustus, aliquantumq́ substringentis, in quibus per interstitia orbiculatæ uertebræ, uti in Mar


Sideritis.

in Marrubio, spectantur, & semen in eis nigrum. Nascitur in petrosis. Illita folia, suapte ui, sine inflamationis periculo iungunt. Altera Sideritis binum cubitorum, ramulis exilibus: folio Filicis, numeroso, utrinque per oras diuiso: pediculo longo: prodeuntibus è summo alarum sinu surculis, longis, tenuibus: capitulo in cacumine orbiculato, aspero, in quo semen continetur, quam Betæ rotundius aliquanto, ac durius. Huius uis, foliorumq;, ad uulnera præcipua est. Siderit in aliam esse tradunt, quam Crateuas Heracleam uocat, in maceriis & uineis nascentem, foliis ab una radice multis, Coriandro similibus, circa cauliculos dodrantales, teneros, læues, subcãdidos atque subrubicundos: flore puniceo, paruo, gustanti amaro, & lento. Huius ea uis est, ut quamuis recenti uulneri imposita, sanguinem supprimat.

SIderitis genera tria, Matthiolus vir in inuestigandis plantis miræ solertiæ, & ingenij penè diuini, primam & tertiam Sideritis speciem in valle Anania, qua ad Tridentum vergit, non semel vidit & collegit: secundam hauddum reperire in Italia potuit. Quod verò ad foliorum delineationem attinet, quam nunc Marrubij, nunc Quercus, nunc Saluiæ similitudine Dioscorides repræsentat, ita intelligendum: Quæ longa sunt, ad Saluiæ, quæ supernè hirsuta & candida, ad Marrubij: quæque per ambitum incisa, ad Quercus foliorum similitudinem accedere.

dere. Eo explicato, non difficile erit, tria hæc genera secretim agnita seligere, eàmque non in primum ducendam genus, quæ spicatos flores in ipso caulium cacumine, & non in ipso caule, vt Marrubium producit. Auicennæ authoritas, qui per herbam Iudaicam, Eruum intelligit, satis eorum errorem coarguit, qui hanc Sideritim esse contendunt. Quòd si per Herbam Iudaicam, quam & Paganam vocant, ea planta intelligatur, cui vulgus, Virgæ aureæ nomen imposuit, est Virga aurea caule rubenti, binum cubitorum alto, & non infrequenter sublimiore, pellucido & læui, cui folia Oliuæ incumbunt, orbiculatim dẽticulis minutissimis incisa, & in superiori parte læuia: flores profert in summo caule spicatos (dissimiles tamẽ Camomillæ) aurei coloris, qui vt ematuruerint, in pappos & ventos abeunt. At hæc, primum Sideritis genus esse non potest. Sideritis facultatis est absterforiæ, maiori tamen ex parte humida, & modicè frigida est, ac aliquantum astringit.

Achillea. CAP. XXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ἀχίλλειος. Lat. Ita. Achillea. Off. Millefolium maius. Gal. la grande Millefueille.

Achillea, quibusdam Achillea Sideritis, dodrantales aut maiores gerit scapos, fusorum effigie, quasi minutilis folijs circundatos, crebris in latere foliorum sectionibus, Coriandri similitudine, subfuluo colore, odore multo, non insuaui, medicato & glutinoso: umbella in cacumine rotunda, floribus candidis, purpureis, & aurum æmulantibus. Prouenit læto solo. Trita coma, sanguinolenta glutinat, & ab inflammationum periculo tue

culo tue


Achillea.

culo tuetur. Erumbentem sanguinem inhibet, & cruenta uuluæ profluuia, in uellere. Decocto, quoque insident fœminæ, fluxione uuluæ laborantes. Ad dysenteriam bibitur.

Achillea in plantarũ incognitarum classem relegabitur. Nam si notas, quas hoc in capite Achilleæ attribuit Dioscorides, cum eis quas Stratiote Millefolio (quod nostrum est vulgare Millefolium) idẽ author huiusce libri cap. 88. assignat, uel oscitanter contuleris, nimirum eandem plantã non esse cognosces. Errori ansam præbuit Plinius, qui 25. Libri, cap. 5. latinis Millefoliũ vocari scribit. Sed vt videtur, Achilleam eo loci non descripsit, at Dioscoridis Myriophyllon. Quò apparet, quænam vera esset Achillea dubitasse Plinium, & ideò solidum ex eo argumentum auferri non posse. Serapio Achilleæ succum, qui rubens ab ea exprimitur (& constat è vulgari Millefolio similem non educi) Sanguinem draconis apellat, in cuius locum in seplasijs omnibus adulteratus habetur, cũ resina, hyrci sanguine, Sorbis siccis, & sexcentis alijs mixturis. Cordo Achilleia Millefolio cognata planta Germanis, Feldtgarbe. dicitur. hæc sit necne, Officinarum Millefolium maius, planè affirmare non audeo.

Rubus. CAP. XXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. βάτος. *Lat. Off. Rubus. It. Rouo.*
Gal. Ronce.


Rubus.

Rubus, notitiæ uulgaris. Vim habet siccandi & adstringendi: capillum tingit. Ramorum decoctum potu aluum sistit, & fœminarum profluuia: presteris morsui accõmodatissimum: gingiuas firmat. Oris uitijs folia commanducata medentur: cohibent ulcera quæ serpunt, ulceribus in capite manantibus, oculisq́ procidentibus remedio sunt: condylomatis & hæmorrhoidibus folia illinuntur: cardiacis, & stomachi doloribus, trita conuenienter imponũtur. Caules cum folijs tunduntur, exprimiturq́ succus, mox sole cogitur, singulari remedio contra omnia quæ modo dicta sunt. Mori in Rubo nascentis quàm optimè maturi succus, ad oris medicamenta conuenit. Sistitur aluus præmaturi cibo, necnon flore in uino poto.

Rubus Idæus. CAP. XXX.

NOMENCLATVRA.

Gr. βάτος ἰδαία. *Lat. Rubus. Idæus. It. Ampomole.* Gal. Framboise.

Idæus

IDæus Rubus appellatus est, quoniã passima Id in proueniat. Est autem longè tenerior priore, ac minoribus spinis horrens, quanquam & sine spinis inueniatur: insuper eadem præstat quæ supradictus. Cæterùm flos cum melle oculorum collectionibus commodissimè illinitur. Ignem sacrum extinguit, stomachicisq; ex aqua bibendus datur.

RVbi tres maximè sunt species. Quidam, frutteta sepes & arbores inscendit. Alius humilis, cubitum vt plurimum altus, spinis horrente caule, non raro singulari est, fructu à Solstitio maturo. Tertius per arua & humi ramulis seu viticulis aculeatis repit, ideóque Græcis Chamabatos, & Theodoro Gazæ, è Theophrasto, Humirubus interpretatur. Nascuntur in omnibus Tridento adiacentibus montibus. Rubi qui mora sine nucleis producant, quos rustici Ampomole vocant, Fragis similia, gustu, per æstatem admodum grato. Hos puto nostras esse framboscias. Idæus Rubus patriam designat quidam framborsciam vulgarem existimant, quæ liberè in dumetis & syluis sub vmbra crescẽs, Gallico nomine inde mutuato, siquidem Idæus erit hic Rubus, illò ab Idæo puero in coloniam deductus est. Rubi omnes vim habent astringẽdi. Folia tenera & recens nata, & gemmulæ, aqueum quiddam cum astrictione possident. Temperamento sunt hinc è frigida & terrea essentia composito: indè ex essentia aquea tepida. Fructus cum maturuit, calidè temperatus, nempè dulcis: hòcque liquore, & astrictione modica gratus est gustui. Immaturus terrestre quippiam continet, nempè acerbus & desiccatorius. Flos eiusdem est virtutis. Radix astringit, & tenuium est partium.

Helxine. CAP. XXXI.

NOMENCLATVRA.

Gr. ἑλξίνη. Lat. Helxine. It. Elsine. Off. Volubilis.

HElxine cognomento Cissampelos, folijs est Hederæ, minoribus, ramulis exilibus, quibus amplectitur, quodcũque cõtigerit adminiculum. Nascitur in sepibus, uinetis, & segetibus:



Helxine minus.

tibus: foliorum succus potus deijcit aluum.

HElxine Cyssampelos, siue Vitis Hederacea, Conuolui aut volubilis est species, sed quæ, satis non statui potest, nisi ea sit, quæ æstate candidas campanulas producit. Hunc florem Seruius in virgilium, Ligustrũ perperam esse putauit. Est & & alia Helxine, quæ Parietaria, Muralium, & Perditium dicitur, in parietibus, muris, & sub stillicidijs nascẽs. Alsines, huius cõfinis quæ in syluis nascitur caput, nõ probè in secundum librum à quibusdam transpositũ ducitur. Plinius in 21. libri, cap. 16. Carduum quendam describens, malè huic Helxines nomẽ indidit, quẽ è Theophrasto, Ixinem reddere debuerat, háncque Theodorus, Carduum pineam interpretatur. Helxine digerendi vim habet.

Elatine. CAP. XXXII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ελατίνη. *Lat* Elatine. *Ital.Elatine.*
Gal. Lierre terrestre. Off. Hedera

ELatine folia habet Helxinæ minora, rotũdiora, pilosa: dodrantalibus ramulis, quinis senisue, à radice foliosis, gustu adstringentibus. Nascitur in segetibus & cultis. Oculorum fluxionibus & inflammationibus auxiliatur, folijs cum polentæ tritis



* *Elatine.*

tritis & impositis. Eadem cocta sorbitionis usu dysenteriam sistit.

R*Vellius dum Elatinem cā pestre* Rapistrum, *rusticis nominari scribit, non id tamen cum* Rapo *siluestri confundit, sed eo rura vt* Rapo *syluestri in vernis acetarijs vti.* Elatine *modicè desiccat & infrigidat.*

Eupatorium. CAP. XXXIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ευπατόριον, *Lat. Eupatorium. Ital. Eupatorio.* Gal. Aigremoine. Off. Agrimonia. Ger. Agrimonien Odermenig. Lebertletten.

E*Vpatorium fruticosa herba est, unicum efferens caulem, lignosum, nigricantem, rectum, tenuem, hirsutum, cubitalē interdum ampliorem, folijs per interualla Quinquefolij aut Cānabis magis similibus quinquepartitò amplius diuisis, nigricantibus, per ambitum serratis: semen medio caule erumpit, pilosum, deorsum spectans, quod siccatum uestibus inhæret. Contra huius folia, & cum suillo adipe imposita, ulceribus quæ ægrè cicatricē trahūt, medētur. Herba aut semen in uino potū dysente-*



Eupatorium.

ria, iocinoris uitijs, & serpẽtium ictibus liberat. Nec desunt qui aberrantes, Argomonem hanc appellarint, cum tamẽ longe alia sit, uti exposuimus.


NVnc tandem verum Eupatorium in Agrimonia, priorisque sæculi aberrans barbaries cepit agnosci. Plãta qua olim pro Eupatorio vtebantur, ipsissimum est Auincennæ Eupatorium. Mesue Eupatorium, ab Agrimonia, & Auincennæ Eupatoria diuersum. Enimvero ea est planta, quam herba Giulia, vocant. Hanc Italæ mulieres per noctem in vino albo infusam, mane (ad occidendos vermes) infantibus bibendam offerunt. Mensura, cyathus dimidius cum mirando effectu. Nascitur in campestribus. Hic submonendi Arabum sectarij, vt in compositionibus Mesue, pro Eupatorio, herba Giulia vtantur: in Auincennæ suo itidem Eupatorio: in Græcorum, Agrimonia. Eupatorium tenuiũ est partium, & extrinsica vi excalfactoria, incidit, et emundat.

Quinquefolium. CAP. XXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. πεντάφυλλον. *Lat.* Quinquefolium. *Ita.* Quinquefoglio. Gal. Quintefueille. Off. latino nomine.

Quin



Quinquefolium.

QVinquefolium ramulos fert surculaceos, tenues, dodrantales, in quibus semen: folia Menthæ, quina singulis pediculis, rarò plura, in ambitu serrata: florem ex luteo pallescentem, auri æmulum. Nascitur in riguis, & aquarijs ductibus: subrubram habet radicem, oblongam, Veratro nigro craßiorem. Plurimis pollet remedijs. Ius radicis decoctæ ad tertias, si in ore contineatur, dentium dolores sedat. Putrida oris ulcera, collutione sistit. Arteriæ scabritias, gargarizatu leuigat. Contra alui profluuia, & dysenterias auxiliatur. Item articulorum coxendicumq; cruciatibus potum. Cocta in aceto, & illita, serpentia ulcera cohibet: strumas, tumores, duritias, abscessus & collectiones discutit, ignes sacros, reduuias, condylomata, psorasq; sanat. Teneræ radicis succus, contra iocinoris pulmonumq; uitia prodest. Item aduersum uenena. Cum hydromelite autem uel diluto uino, & Piperis exiguo, bibuntur folia, contra febrium circuitus, in quartana quidem, quaternum ramulorũ: in tertiana uerò, ternum: in quotidiana, unius. Ea quoque folia, tricenis pota diebus, comitialibus prosunt. Foliorũ succus, tribus cyathis aliquot dies potus, celerrimè regio morbo medetur. Illita cum Melle & sale, tam uulneribus, quàm fistulis remedio sunt, enterocelicis auxilium præstant.

Quin

Quinquefolium sanguinis profluuia, & potu, et illitu sistit. Ad expiationes, castimonias, & incantamenta inciditur.

VNam nec amplius, Dioscorides Quinquefolij speciem facit, cum tamen quattuor eius species, à se in Italia perspectas, depingat Matthiolus. Harum maxima, ipsum est Dioscoridis Quinquefolium. Secunda, primæ nihil absimilis, præterquā quod folijs & flore candicat. Tertia, paruula, & vt plurimum per terram repit. Quarta, folijs est viteis, quinquefariam incisis, hàncque Itali sua lingua, Diapensia & Sannicolo nominant. Profert hoc Quinquefoliū tum in cauliū cacumine, tum in ramusculis gemmulas, & fructus, qui è viridi candescunt, fragis naturà consimiles. Primum radice constare subrubra (quod aliquibus nō placet) ipsa experientia à se circum Goritiæ fossam collectæ, multifidæ, & Helleboro maioris, Matthiolum docuit. Et peræquè verum Quinquefolium, Tormentillam non esse. Nam Tormentilla, rarissimè minus, quàm septenis ex vno pediculo folijs: Quinquefolium infrequenter quina excedere reperitur. Quinquefolium radice, licet crassiori, refert Helleborum: Tormentillæ breuissima est, crassiuscula, & nodosa. Nascitur Tormentilla locis sterilibus, & editissimis montibus: Quinquefolium in planis, & iuxta aquæductus. Germani Chirurgici, quartæ speciei Quinquefoliū, in plagas intrinsecas, fistulas, & vbicunque consolidato est opus, potu ministrant. Verum id Quinquefolium, non illa est Sannicula, quæ mirando naturæ artificio, connexis est in nodum radicibus, & longè ab illa differt. Quinquefolij radix valenter desiccat, nempè tertio ordine, sine morsu tamen, tenuium est partium, calida ad sensum vsque.

Phœnix. CAP. XXXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. φοίνιξ. *Lat. Phœnix. Ita. Loglio saluatico.*
Gal. Y uraye sauuage.

PHœnix folia habet Hordei, sed breuiora, & angustiora, spicam Lolio similem: calamos digitorum senū, radici ad-

uolutos: septenas octonásue spicas. In aruis tectisq; recenter illitis nascitur, harum uirium compos, ut in uino austero pota, alui profluuium, & emanantem uulua sanguinem sistat, urinæ impetus infrenet. Sunt qui adalligatam in puniceo uellere & suspensam, sanguinem supprimere prodant.

PHœnix quæ herbarijs, Auena sterilis, dicitur, cognitu non perindè difficilis, Plinio, Murum Hordeum vocatur.

Idæa radix. CAP. XXXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἰδαῖα ῥίζα. Lat. Idea radix. Ita. Radice Idea.

IDææ radici folia sunt ea quæ Rusco: adhærent his ueluti exigui pampini, in quibus flos. Radix spissandi naturam habet, his conueniens quibus adstrictione opus est. Pota, citam aluum, mensesq;, & omnem abundantiam sanguinis sistit.

IDæa radix incognitarum plantarum cēturiam subibit. Plinius Idæā herbam nominat: ei folia sunt Oxymyrsinæ. Adhærent ijs veluti pampini, in quibus flos.

Rhodia radix. CAP. XXXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ῥοδία ῥίζα. Lat. Rhodia radix. Ita. Radice Rhodia.

GIgnitur Rhodia radix in Macedonia, Costo similis, læuior, inæquabilis, quæ contrita, rosas redolet. Vtilissima capitis doloribus, si madefacta fronti & temporibus cum Rosacei momento imponatur.

RHodia radix, quantum è sobolis enascentia, quæ Goritiæ in horto suo prosilijt, è misso Petri Saliceti medici, deprehendit Matthiolus, his notis quæ, vt Dioscorides, ità cæteri silentio præteriere, noscitari potest. Radix Rhodia, caules producit rotundos, quadantenus cocauos, palmum



Rhodia radix.

palmum aut cubitum altos, è queis folia prodeunt longiuscula, acuminata, crassa vt Portulacæ, minutimq; per ambitum incisa: enascitur in caulium cacumine vmbella viridis, vt Tithymali, sed hæc à flore rubescit. Radix est inæqualis, grossa vt Costi, læuis, & quæ recens, splendida est foris, intus candida, sicca verò, leuis, intus rubẽs, & squamosa foris. Cõmanducata aut trita, Rosas odoris suauitate prouocat, vnde ei Rhodiæ nomen. Hæc omnium radicum viuacissima. Nam è terra educta, si in locum non admodum siccũ reponatur, à multis mensibus denuò plantata, regerminat. In editissimis montibus nascitur, saxosis, & præruptis: præcipuè in Alpibus circa Saltzburgũ, terra intantum per ambitum exigua, vt vix affigendæ satis sit. Cerebrum roborat odoris gratia, tenuium est partium: in digerendo & excalfaciendo secundi ordinis est desinentis, aut tertij ineuntis. Ruellius ligni meminit, quod è nouo (quam vocant) orbe asportatum, tritum vel in orbem derasum, rosarum suaueolentiam exprimit, queis cum decertat, & incunditate vincit. Hoc precarij orbiculi fiunt.

Equisetum. CAP. XXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ιππουρις. Lat. Equisetum. Ita. Coda di caualo. Gal. Queue de cheual. Off. Cauda equina.

Equi

EQuisetum in riguis & scrobibus nascitur. Cauliculi prodeunt inanes, geniculati, in se farcti, rubescentes, scabri, & iuncea circa eos folia, crebra, exilia. In sublime Equisetum attollitur, uicinos arborum caudices scādens, obuolutumq́ dependet, comis multis, nigris, ut equorum cauda. Radix lignosa, dura. Vis herbæ spissare: quare sanguinem naribus erumpentem succus ipse sistit. Prodest dysentericis in uino potus. Vrinam cit. Sanguinolenta uulnera glutinantur, tritis folijs, & illitis. Radix cū sua herba tussim, orthopnœam, ruptaq́ adiuuat. Folijs in aqua potis, dissectiones uesicæ & intestinorum, enteroceleq́ in unum coalescere, cogiq́ feruntur. Alterum Equisetum caulis est rectus cubitalis, aut maior, inanis, comis per interualla breuioribus, candidioribus, & mollioribus. Id cum aceto tritum, uulneribus remedio est, eademq́ fungitur facultate.

EQuiseti genera duo à Dioscoride descripta, non incognita sunt. Nā primò quod Itali Asprella nominăt, eius regionis mulieres, stagno splendorem & nitorem conciliant, hacq; materiarij fabri ligneam pectinum, & aliorum minutorum operum scabritiem eruderant & expoliunt. Ex altero quod cauda equiua propriè dicitur, penè statim vt emergit, germen enascitur grossum & tenerum, à Senensibus maritimis paltufrali nuncupatum. Hoc quadragesima in cibos vtuntur, primum elixo, post farina inducto, ac demum patellæ infricto. Equisetum vim habet cum amaritudine astrictoriam: hacq; de causa valenter, & sine morsu desiccat.

Coccum infectorium CAP. XXXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. κόκκος βαφική. Lat. Coccus Baphica.
Ita. La grana. Gal. Vermillon.
Off. Grana tinctorum.

COccum quo infectores utuntur, frutex est surculosus, paruus, cui grana ceu Lentes adhærent, quæ electa

conge

congeruntur. Optimum gignitur in Galatia & Armenia, deinde Asia & Cilicia, ultimum ex omnibus Hispanicum. Vis huic spissandi, uulneribus neruisq; præcisis, conuenienter ex aceto tritum illinitur. Nascitur quoque in Cilicia, è Quercubus, cochlearum exilium similitudine, quod illius regionis mulieres ore legunt, & Coccum uocitant.

QVamuis Coccum tinctorium, res sit non incognita, ipse tamen frutex, qui id producit, non satis perspectus. Nam quod habent seplasiæ, rotundum profert granum, & intrinsecus vacuum. Videri poterit genus illud, quod plinio in Asia & Attica nascens, celerrimè in vermiculum se mutans, quod ideò Scolecion vocabant, improbabántque, limaci paruæ simile. Rustici in Narbonensi prouincia, vbi frequens est, Vermilonum vocant. Falluntur qui Chermes Arabum, grana esse putant, quæ Pimpinellæ vulgaris radicibus affixa nascuntur. Siquidem Serapio per Chermes, grana quæ Græci Coccum vocant, intelligit, vt qui totũ huius caput ex hoc Dioscoridis exscripserit. Et sanè nostri temporis Cremesinum, ex eo etiam fit grano, quod in pimpinellæ radice prouenit, verum id non concludit, Chermes Coccum esse infectorium. Id facultatis est astrictoriæ, & amaræ, neutriusq; mordicantis.

Tragium. CAP. XL.

NOMENCLATVRA.

Græ. τράγιον. Lat. Tragium. Ita. Tragio.
Gal. Off. ignotum.

TRagium nascitur in Creta tantùm insula, Lentisco semine, folio & ramis simile, singulis tamen minoribus: succus ei lacteus, gummi non dißimilis. Semen, folia, lachrymaq;, illitu spicula è corpore eÿciunt, omnia quoque corpori impacta euocant, pota stranguriæ medentur, calculos uesicæ frangunt, menses trahũt, Modus in sumptione est, drachma una. Fama est syluestres capras sagittis confossas, eius herbæ pabulo spicula excutere. Est & alterum Tragium, quod Tragoceros aliqui uocant, folia Scolopendrÿ habet, & radicem syluestris Raphani, tenuem

tenuem, candidam, quam crudam uel coctam esse dysentericis prodest, folia autumno hirci uirus olent: exinde sibi Tragij, nomen adoptauit. Prouenit in montibus & præcipitijs.

CVm Tragium, quod hic primo loco à Dioscoride pingitur, in sola Creta nascatur, nullaque planta, à secundi generis Tragio, Scolopendrij folia proferat, ambæ non iniuria inter incognitas plantas referentur.

Tragum. CAP. XLI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Τράγος. La. Tragos. Of. Vermicularis. It. trago.

EST etiam herba Tragos, quam aliqui Scorpion aut Traganon uocant, maximè in maritimis nascens, palmũ alta, aut amplior, fruticosa, humilis, oblonga, sine folijs, pusillis circa ramos acinis, rufis multis, magnitudine tritici, acuto cacumine, gustu multum adstringente. Racemorũ acini decem ex uino poti, cœliacis, & fœminis fluxione uuluæ laborantibus auxiliantur. Tunduntur à plerisque, & in pastillos digesti asseruantur, quibus utũtur cùm opus est.

TRagos Plinio, quibusdam Scorpion dicitur, semipede alta, fruticosa, sine folijs, pusillis racemis, rubentibus, grano tritici, acuto cacumine, & ita in maritimis nascens. Hæc indidem ab herbarijs eruitur iunco marino similis, & ob id ab eis non aliter quàm Iuncus marinus appellatur. Cordo Italis, Pegnola dicitur, quod oblongi eius acini, quos pro folijs habet, Pineis nucleis similes sint. Huius uocabuli non meminit Matthiolus, attamen sub Argentæi montis radices, in maritimis Senensibus, nasci scribit iuncum pusillum, consentientibus cum plinio & Dioscoride omnibus notis.

Iuncus. CAP. XLII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σχῖνος.

Lat. Iuncus. Ital. Giunco.

Gal. Ionc.

IVnci duo genera. Vnū læuis nominati, alterū acuti, qui in mucronē faſtigiatur. Cuius etiā duo aſsignātur genera, unū ſterile, reliquum fert ſemen nigrum, rotundū, & craſsiore conſtat calamo, carnoſioreq́. Tertius eſt Iuncus qui uocatur Oloſchœnos, prioribus carnoſior, aſperiorq́, is ſimilē ſupradicto fructum in cacumine parit. Semen utriuſque toſtum, ex diluto uino potum, ſiſtit aluum, & rubra fœminarū profluuia, urinam cit, capitisq́ dolores facit. Quæ proxima ſunt radici folia tenera, conuenienter illinuntur aduerſus Phalangiorum morſus. Aethiopici Iunci ſemine ſomnus allicitur: ſed modus in potione ſeruandus eſt, ne ſopor fiat.

TRiplex eſt iuncus. Eſt Iuncus molli acumine, in aquoſis naſcens, hunc Græci, Schinon Lian, vocant. Alius in maritimis naſcitur, faſtigiato, & infligēdo vulneri aptato mucrone. Oxyſchænos, dicitur. Tertius grandior, in lacubus & ſtagnis prouenit. Græci: Oloſchœnon: Latini, Mariſcum nominant. Iunci temperamento conſtant, partim ex eſſentia terrena, modicè frigida, & partim ex aquea, leuiter calida. Oxyſchœni ſecundæ ſpeciei ſemen ſomnum prouocat, minori tamen efficacia quàm Oligoſchœni, nam id etiam mentem alienat.

Lichen. CAP. XLIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Λειχην. *Lat. Lichen. Ita. Pulmonaria.*
Gal. Hepatique. Off. Hepatica.

LIchen qui ſaxis eſt familiaris, aliquibus Bryon appellatur: aſperginoſis petris adhæret, ut muſcus. Is illitus ſanguinis profluuia ſiſtit, inflammationes arcet, impetigini medetur. Iuuat regio morbo correptos, cum Melle illitus: oris & linguæ defluxiones inhibet.

LIchen inde nomine acepto, quòd Lichenas & impetitiginē ſanet, aſperginoſis hæret ſaxis, vt muſcus, folio ſingulari, ſemper petris familiariter incumbente. Matthiolo cauliculos è ſaxis profert, vnde puſilla quæpiam acetabula exeunt, & præcipuè menſe Iunio: huic non admodum diſsimilis quam Pulmonariam, & à ſimilitudine quam habet





Lichen. *Pulmonaria.*

bet cũ humano pulmone, & è remedijs quæ huius vlceribus, & sanguinens reiectionibus affert, nominauere. hæc admodũ sicca et astrictoria est.

Paronychia. CAP. XLIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. παρωνύχια. *Lat. Paronychia. Ita. Paronichia.*

PAronychia exiguus frutex, in petris nascens, Peplo similis, minor longitudine, maioribus folijs. Illita paronychijs atque duritijs, remedio est.

PAronychiã vidit Matthiolus, in ingenti illa sylua. qua è Lubiana Goritiã itur, saxis imminentẽ, & siccis arborũ truncis, Paronychiæ virtus. tenuium est partium desiccatque sine morsu.

Chrysocome. CAP. XLV.

NOMENCLATVRA.

Græ. χρυσοκόμη. *Lat. Chrysocome. Ita. Chrisocome.*

Chrysocome palmi altitudine fruticat, coma specie corymborum, Hyssopo simili: radice hirsuta, Veratri nigri modo, tenui, Cyperum æquante: gustu non iniucundo, ex austero dulci. In petrosis opacisq́ nascitur. Radix excalfacit, & adstringit, his conueniens, quos iecur aut pulmonis inflammatio malè habet. Contra purgationes uuluæ, decocta cum hydromelite assumitur.

Chrysocome in Naturæ hortum releganda, ne si nos opum suarum dominos effecerit, nihil sibi peculiare possideat. Cordus tamē Saracenicam Mentham, quam Græci recentiores, Costum herbam vocant, vt Chrysocome cognatam expromit, ob aureos, qui summus caulibus insident, corymbos, & accedentes ad veratrum nigrum radices, & odoratam cum planta radicem. Ruellio ad eam accedit Pulegium, quod herbarij montanum vocant. Sed è neutra, vera nobis Chrysocome patet.

Chrysogonum. CAP. XLVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κρυσογονου, *Lat.* Chrysogonū. *Ita.* Chrisogono. Offic. Caryophyllata.

Chrysogonum densè fruticat, quernis folijs: flore coronarij Verbasci: radix ut Rapū extuberat, intus ruberrima, foris nigra. Quæ trita cum aceto, atque imposita, muris aranei morsibus auxiliatur.

Haec etiam planta, in secretissimo Naturæ horto, nostro sæculo delitescit, non secus ac aliæ complurimæ.

Elichrysum. CAP. XLVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ελίχρυσου, *Lat.* Elichryson. *Ita.* Elichriso. Gal. Stichados citrin. Off. Stichas citrina.

Elichryson quidam Chrysanthemon, nonnulli & id Amaranton uocant, quo deorum simulachra coronant. ramulum habet candidū, uirentem, rectum, firmum: folia intercedentibus spacijs angusta, abrotano similia: comā aureæ lucis, in orbem,



Elichrysum. 1



Elichrysum. 2

bem, umbella rotunda ueluti siccis corymbis dependentibus: radice tenui. Nascitur in asperis, & torrentium alueis. Contra serpentium ictus, coxendicum dolores, urinæ stillicidia, ruptaq́; coma è uino pota opitulatur. Ciet menses. Sanguinẽ concretũ uentris ac uesicæ absumit, pota cũ mulso, ieiunis, trium obolorũ pondere, sistit destillationes, dato in uino albo diluto: uestibus inseritur, ut eas ab erodentium iniurijs tueatur.

Helichryson Matthiolo in Thuscia nascitur, notis omnibus quas ei aßignat Dioscorides, nihilũ euariantibus. Flos in longũ tempus asseruatur, & ideò vere cũ flores deficiũt, flore Helichrysi sicco vtimur, vt Amaranthi, quem Fioreuelluto, Itali vocant, Porro Helichryson, Stechas est citrinum officinarum, & Paulo Amaranthus vocatur. Ruellio rusticis Gallis, Chamesum maius vocatur.

Chrysanthemum. CAP. XLVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. χρυσανθεμου. Lat. Chrysanthemum. Ital. Chrisanthemo.



* Chrysanthemum.

CHrysanthemon aut Caltha (nõnullis Buphthalmos) herba est tenera, fruticosa, leues proferens caules, & multifida folia: flores supra modũ splẽdẽtes: luteos (orbẽ oculi imitantes, unde Buphthalmi nomẽ traxit) Propter oppida nascitur. Cuius caules oleris uice mandũtur. Flores cũ cerato triti, steatomata discutere prodũtur (Regio morbo correptis, colorem breui reddunt, si sequente longo balnei usu, post exitum ebibantur.)

VAlerius Cordus Chrysanthemon cũ Buphthalmo confundit. Sed Matthiolo ambas eandẽ esse plantã nõ placet, hic rationibus. Dioscorides diuersis capitibus de Buphthalmo & Chrysanthemo nõ fuerat tractaturus, nisi diuersas censuisset esse plantas. Siquidem Buphthalmon, folia fert similia Fœniculo, quæ capillacea sunt: Chrysanthemon, multifida. Chrysanthemi caules, oleris vice mandũtur, quod de Buphthalmo tacuit. Buphthalmon flores habet Anthemidis, nõ ideò tamen Chrysanthemo similes. Chrysanthemon herba est tenera & fruticosa, & id in Bupthalmi descriptione præterit. Quãtũ verò ad virtutes & effectus attinet, flores dicit Buphthalmi, tumores & abscessus discutere (in genus & certũ loquẽs) cũ cera tumores & abscessus discutere: de Chrysanthemo verò, cũ cerato tritos, steatomata discutere, particulatim & dubiè perscribẽs. Id causæ fuit vt veteres quidã Græci, qui Buphthalmon & Chrysanthemon vnã & eandẽ plantã existimarẽt, quicquid de Buphthalmo tertio libro scripsit Dioscorides in hoc caput

transp

transportarint. Quod factũ eodẽ est pacto, in Ruta syluestri, & Hyperico: nec secus, in Asaro, & Bacchare. Ea de re id caput obelo distinxi, Matthioli censurã sequẽs, Chrysanthemon copiosum idẽ vidit, in Montis nigri territorio, quod Illustrissimæ Senensiũ est ditionis, in totũ simile picturæ huius emẽdati capitis. hæc ab indigenis editur, vt Betæ, Spinacia, Braßicæ, cùm Buphthalmon in Italia non viderit. Atenim ex eo patet errare eos, qui Chrysanthemon eam Ranunculi speciem faciãt, quæ in pratis nascens, folia profert Apÿ, & luteos flores.

Ageratum. CAP. XLIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αγήρατον. Lat. Ageraton. Ita. Agerato.

AGeraton fruticosa herba est, palmari longitudine assurgens, simplex, humilis, Origano maxime similis: umbellam gerit, in qua flos bullis aureis emicat, Elichryso minor. Nomen ei inditũ est, quoniã diutißimè flos in sua coloris specie conseruetur. Vis decocti feruens. Huius ustæ nidor urinam cit, & uuluæ duritias emollit.

AGeratum per totam Thusciam nascitur, caule & floribus Origani, vmbella tamen minutis & aureis floribus referta. Inflammationes leniter concoquit & digerit.

Verbenaca. CAP. L.

NOMENCLATVRA.

Græ. Περιστερεὼν ὕπτιος.

Lat. Verbenaca recta. Ita. Verminacola.

PEristereon, siue Verbenaca, nascitur in aquosis. Nomẽ ex eo duxisse uidetur, quòd colũbæ circa hãc perquàm libenter uersari soleant: dodrantis altitudine, & interdum amplius adolescit: folia è caule prodeũt incisa & subalbida: ea singulari ramo, radiceq; sola cõstare sæpius inuenitur. Folia cũ suillo adipe recẽti, aut Rosaceo imposita, uuluarũ dolores finire putãtur. Ignẽ sacrũ illita ex aceto reprimit putrida ulcera cohibet, uulnera glutinat, ueteraq; ex Melle, ad cicatricem perducit.

Sacra herba. CAP. LI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἱεροβοτάνη. *Lat. Verbenaca supina. It. Berbena femina.* Gal. Console. Off. Consolida media.

Sacra herba.

Sacra herba, quæ & Peristereon nominatur ramulos emittit cubitales, aut maiusculos, angulosos, in quibus ex interuallis folia Quercus, sed minora angustioraq́, eisdē diuisuris in ambitu, colore aliquatenus cæsio: radix longa, tenuis, flores purpurei, graciles. Folia cū radice in uino pota, illitáue, aduersus serpentes pollēt. Eadē drachmæ pondere cū Thuris obolis tribus, in uini ueteris hemina, quadragenis diebus, ieiuno ore, contra regiū morbū bibuntur. Veteres tumores & inflamationes mitigant, sordida ulcera purgant. Tota in uino decocta, tonsillarū crustas abrūpit, oris nomas gargarizatu cohibet. Aiunt si aqua spargatur triclinium, qua maduerit, lætiores conuictus fieri. Datur potandū in tertianis febribus, tertium à terra geniculum cum folijs circundantibus: quartanis, quartum. [redacted].

Inter Verbenacam rectam & spinam, nil aliud differentiæ est, nisi quòd illa recto est caule, & rarioribus folijs: hæc resupinatis est caulibus

bus, & foliosa: nec aliud foliorũ aut florũ est, discrimen quãuis quibusdam Verbenaca recta, florem croceũ producat, quod nec Dioscorides dicit nec Plinius. Quin & hic in cõmuni vtriq; pictura, glauci floris meminit.

Astragalus. CAP. LII.

NOMECLATVRA.

Græ. Αστραγαλος. *Lat. Astragalus. Ita. Astragalo.*
Gal. Cices sauuages.

Astragalus, paruus à terra frutex, folijs & ramis Ciceri similis: flore purpureo, paruo: radice rotunda, Raphani modo, grãdi, quæ adnatas appendices firmas habet, nigras, præduras, ueluti cornua inter se implicatas gustu adstringẽtes. Nascitur in uentosis, opacis, & in niualibus, eo Memphis Arcadiæ scatet. Aluum sistit radix in uino pota, urinam mouet, uetustis ulceribus, sicca efficaciter inspargitur, sanguinẽ supprimit, egrè, propter duritiam, tunditur.

Astragalus in vallis Ananiæ montibus nascitur, & in comitatu Goritiano, quo loci radicibus vtuntur ad prouocandam vrinam. Astragali radices astringunt, & valenter desiccant, Gallis è Ruellio, Rusticum est Cicer: quibusdam, syluestris Cerra.

Hyacinthus. CAP. LIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὑάκινθος. *Lat. Hyacinthus.*
Ital. Cipolle canine.
Gal. Vaciet. Off. ignotus.

Hyacinthus folia habet Bulbi: dodrantalẽ, minimo digito tenuiorẽ, herbacei coloris: comã procumbentẽ, florum purpureorũ plenã, incuruã: radicẽ bulbaceam quæ, ut creditur, pueris cũ uino albo illita, pubertatẽ coercet, & non patitur erũpere: sistit aluum pota & urinam impellit. phalangiorúmque morsibus auxiliatur. Semen adstringentius est, theriacis expetitum. Regium morbum emendat, cum uino potum.



Hyacinthus. 1



Hyacinthus. 2

HYacinthus flore & radice bulbacea, in campestribus, inter segetes, & in memoribus enascitur, & ea causa fuit Gallis nemoralē aut agrestem cepam nuncupādi. Floret cum violis sub finem Martij, & Aprilis initium. Longiusculè perdurant flores, antequam emarcescant. Thuscis, Cipolle canine, aut., saluatiche dicuntur. Hic tamen Hyacinthus, non ille est poetarum, qui è sanguine Aiacis editus, literis etiamnum huius nomen refert. Namq; (vt eorum habent fabulæ) rubente est flore, Lilio adsimili. Hyacinthi radix primo desiccantium est ordine, & infrigidantium secundo desinente, aut inchoante tertio. Fructus leuiter abstergit & astringit, desiccatq; tertio ordine inter caliditatem & frigiditatem fere medius.



Hyacinthus. 3



Hyacinthus. 4

Papauer erraticum.

CAP. LIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μήκων ἡ ῥοιάς. *Lat. Papauer erraticum.*
Ita. Papauero ſaluatico.
Gal. Coquelourdes. Off. Papauer rubrum.

P*Apauer erraticum, quod Rhœada uocant, uere quidem in aruis cum hordeo naſcitur, flore protinus deciduo, unde & nomẽ apud Græcos accepit. Folia Erucæ, aut Origano, aut Cichorio, aut Thymo ſimilia ſpectantur, ſed longiora, diuiſa, ſcabra: iunceus ei caulis, rectus, cubitalis, aſper: flos ſylueſtris Anemones, puniceus, interdum albus: oblongum*

cap



Papauer erraticum.

caput, sed quam Anemones minus: semen rufum: radix longa, subalbida, minoris digiti crassitudine, gustu amara. Huius capita quinque aut sex, in uini cyathis tribus ad dimidias decocta, potui dabis quibus somnus excercendus est. Semina acetabuli mensura ex aqua mulsa pota, aluum leniter emolliunt. Ad idem præstandum mellitis placentulis, & dulciarijs libis admiscentur. Folia cum calycibus illita, inflammationes sanant. Eorundem fotu & perfusione, somnus allicitur.

Papauer satiuum. CAP. LV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μήκων ἥμερος.
Lat. *Papauer satiuum.*
Ital. *Papauere domestico.*
Gal. Pauot. Off. Papauer.

E satiui Papaueris genere, quod hortense est, semen in panem densatur, qui sanis in usu sit. Eo etiam ex Melle pro Sesama utuntur, Thylacitin uocant: capitulum habet longum, & semen candidum. Syluestre uerò, caput insidēs demissumque, &



Papauer satiuum.

& nigrum semen, quod Pithitis nominatur, nonnullis tamen & ipsum, Rhœas dicitur, quoniam eius scapo lacteus succus emanat. Tertium magis syluestre, & ad medicinas ualentius, multò his longius, productiore capitulo. Omnium in commune natura refrigeratrix. Quare si capita ipsa & folia decoquantur in aqua, somnum fotu conciliabunt. Bibitur decoctum contra uigilias. Calyces cum polenta triti, & cataplasmatis admisti, ignibus sacris, & inflãmationibus prosunt. Tunduntur quoque uirides, & digeruntur in pastillos, qui siccati ad usum reconduntur. Capita quoque per se in aqua coquuntur ad dimidias, iterumq; adiecto Melle, dum humor coeat in eclegmatis lentorem. Id medicamentum in tussi, arteriæ fluxionibus, & cœliacorum affectu, doloris leuamentum præbet: efficacius tamen redditur, addito Hypocistidis succo & Acacia. Papaueris nigri semen tritum cum uino bibitur contra citam aluum, & fœminarum profluuia. In peruigilijs fronti temporibusq; illinitur, ex aqua. Opium eius magis refrigerat, inspissat, siccatq;. Sumptũ Erui magnitudine, dolorem finit, concoquit, & somnum allicit, tussi atque cœliacorum ualetudini auxiliatur. Verùm si copiosius hauriatur, nocet, cùm lethargicos efficiens interimat. Ad

dolo

dolores capitis cum Rosaceo perfusum efficax est. Aurium dolori, cum Amygdalino, Myrrha, & Croco instillatur. Inflammationibus oculorum cum torrefacto oui luteo proficit: igni sacro & uulneribus cum aceto: podagris, cum lacte mulieris & Croco. Somnum accersit, subditum sedi pro balano. Optimum habetur graue, & densum, gustu amarum, odoratu soporiferum, quod facile aqua diluitur, læue, candidum, neque asperum, neque grumosum, quod inter colandum non ut cera coeat, & in sole diffundatur: dein admotum lucernis, non atra luceat flamma: extinctum denique odoris uim conseruet. Sed Opion Glaucio, gummi, aut syluestris Lactucæ succo, adulterant. Verum Glaucio fucatum, in dilutione Croci colorem reddit: Lactucaceo succo fictum, exiliter spirat, & asperius spectatur: gummi uitiatum, splendescit, & infirmum est. Nec desunt qui eò dementiæ deuenerint, ut adipem ei admiscerent. Fictili nouo torretur ad oculorum medicamenta, dum mollius atque rufius appareat. Diagoras, ut Erasistratus autor est, usum eius damnauit, oculorum lippitudinibus & aurium uitijs infundi uetans. quoniam uisus aciem hebetaret, & soporem gigneret. Addidit Andreas, illitos eo protinus excæcari, si non adulteraretur. Mnesidemus usum duntaxat olfactandi probauit, quoniam ad conciliandum somnum conueniret, alioqui nobis ut noxio interdicit. Quæ commentitia esse, experimento deprehenduntur: siquidem effectus, uirium huiusce medicamenti fidem faciunt: quare non alienum fuerit scriptis mandare, quonam modo is excipiatur succus. Aliqui capita ipsa folia tundunt, & prælo exprimunt, terentesq́ in mortario, digerunt in pastillos. Id Meconium uocatur, multum Opio ignauius. Porrò Opij faciundi ratio hæc est: Cùm ros in eo exaruerit, cultro decussatim in stellas, penitus adigatur, ex obliquo in rectum summam cutem

tem

tem incidere oportet, lachrymam exeuntem digito in concham astergere, nec, multò pòst redire, ut concreta inueniatur. Etenim quæ tum, aut postero die etiam offenditur, in uetere pila teri debet, & in pastillos cogi. Cum tamen inciditur, retrocedendum est, ne uestibus succus deradatur.

NOn ignotum est Papauer erraticum, in campis & segetibus innascens. huius flores sicci in puluerem redacti, pectoris dolores sedant quos Pontia, Itali vocant. Probè succedens experientia, medicos Syrupi ex eo conficiendi rationem docuit, ex horum nempè nunc succo, nunc infusione, quod bellißimè ægris ceßit. Tridentinæ rusticæ herba Papaueris erratici in cibum abutuntur. Quod vsitatum fuit Theophrasti tempore. Enimvero hoc in capite deprauatus est locus, qui de foliorum pictura agit. Nam Rhœadis folia, perperam Origani & Thymi conferuntur. Habet enim Rhœas, Erucæ siue Chicorij modo incisa, à quibus longißimè absunt Thymi & Origani folia. Error eorum, qui id Papauer Papauer cornutum, & Glaucion existimant, satis, non respondentibus notis, apertus est. Papauer satiuum, in hortēse & syluestre, cuius duas facit species, à Dioscoride diuiduntur. Tres tamen hæ species, domesticæ sunt. Siquidem & olim Plinij tempore serendo erant, & nunc album, quod ipsum est Papauer satiuum ingenti copia in Tuscia nascitur: duæq; nigri species, quas ille syluestres vocat, in Lombardia & Tridentinis montibus, spaciosis aruis, fabis insertæ seminātur. Ex eorum semine pulmētaria ab incolis fiunt, quæ Pauerete, nominant. Hæc cū ad saturitatem ederint, nihilum somnolentiores euadunt. Quod Matthiolo, vt lacte, quod eis incisis manat, cum aqua hordei in ardentißimis febribus queis permolestæ vigiliæ, vteretur, pauore defunctus, qui ei à medicis ingerebatur. Id lac, liquor est Papaueris, & Opium vocatur: succus vero, Meconium. Opium quamtunuis quarto ordine frigidum statuatur, si tamen è sapore temperamentum, & effectus agnoscuntur, Opium (quantum deprehendere potuit Matthiolus) gustu amarū est, & ore retentum, linguam exulcerat. Quod manifestè ostendit, non mediocrem illi caliditatem inesse, & id ipsum coarguit, qui ex eo prodit acris & grauißimus odor. Hac tamen in re quisque & suam alienam, tum eruditionem, tum iudicium consulat. Siquidem ea facultas

magna

magna ex parte adulteratur cũ Gaulcio, Opium, poterit accidere, quod è dilutione naſcitur, nam tum in aqua croceum refert. Papauera omnia refrigerandi naturam habent.

Corniculatum papauer.

CAP. LVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Μήκων κερατῖτις.
Lat. *Papauer corniculatum.*
Ital. *Papauere cornuto.*
Off. Papauer cornutum.
Ger. Geel Magſamen Geel olmagen oder Moen.



Corniculatum papauer.

PApauer Ceratites, id eſt, corniculatum, folia habet cãdida, hirſuta, uerbaſco ſimilia, in ambitu ſyluestris Papaueris more ſerrata caule non diſsimili, flore pallido: calyculo Fœnigræci, in corniculorum modum inflexo, unde nomen mutuatur: ſemine Papaueris, puſillo, nigroq́; radice per ſumma ceſpitum nigra, craſſa. Naſcitur in maritimis & aſperis. Radici ea uis ineſt, ut in aqua decocta ad dimidias, coxendicum & iocinoris affectus potu ſanet. Prodeſt his qui craſſa quædam, aſpera, aut arenoſa cum lotio reddunt. Aluum leniter purgat ſemen, acetabulo in aqua mulſa poto. Cruſtas

emargi

emarginant, illita ex oleo folia: floresq́ue. Argema ac nubeculas iumentorum perunctas abstergunt. Sunt qui Glaucium, hoc Papaueris genere factitari existimarunt, falsi quadam foliorum cognatione.

Spumeum papauer. CAP. LVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. μήκων ἀφρώδης. Lat. Papauer spumeum.
Ita. Papauero spumeo.

ALiud papaueris genus Aphrodes, id est, spumeum uocatur, ab alijs Heracleum, caule dodrantali: folijs admodum paruis, Radiculæ similibus: fructu inter ea candido. Nam herbula alba est, & spumea tota: radice in summo cespite. Legitur æstate semen, cùm integrè adoleuit, deciditq́ue exiccatum. Datum acetabuli mensura in aqua mulsa, uomitione expurgat: priuatim huiusmodi purgatio comitialibus prodest.

PApauer Cornutum magna copia in maritimo Senarum tractu nascitur, nempè in territorio Grosseti, Orbetelli, & Herculis portu, & præcipuè in pluribus montis Argentæi locis, & sub Triestinam vrbē, quæ non admodum à littore maris distat, vere magna abundantia saxis implantata cernitur. Seruntur in alijs Italiæ locis ad publicum spectaculum, vt in raris & non admodum vulgaribus simplicibus factitari consueuit. Papauer Cornutum, virtutis est incisoriæ & abstersoriæ. Papauer spumeum nostro æuo incompertum, incognitarum plantarum centuriæ adscribetur. Plinius dum in Papauere spumeo Theophrastum reddit, è libri noni cap. 13. perperam Papaueris folia, speciē passerum repræsentare describit, ac de suo addidit, quo ampliorē fidem faceret: Si procul intuearis: Nam Papauer id, Struthij herbæ folijs comparandum: linisque per æstatem splendorem non addit, quod Struthij, seu Lanariæ proprium est. Error hinc fluxit, quod pro Struthio, quod Radiculam sonat, Struthon, qui passer est, intellexerit.

Hypecoum. CAP. LVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ὑπήκοον. *Lat. Hypecoon. Ita. Hipecoo.*

Hypecoon, alicui Hypopheon uocant. Nascitur in segetibus aruisq́, folijs Rutæ, exilibus ramis. Natura eadem quæ Papaueris succo.

Hypecoon Matthiolo ostensum, sub Rutæ syluestris centuriam (nam non vni plantæ id nominis herbarij indidere) palmum alta panta, folijs ferè Rutæ, caulæ tenero & læui, croceis & pusillis floribus. Infrigidantium ordinis est tertij, pauxillùm à Papauere distans.

Apollinaris, siue Hyoscyamus.

CAP LIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὑοσκύαμος. *Lat. Hyoscyamos. It. Iusquiame.* Gal. Hanebane. Off. Iusquiamum.

Hyoscyamus, frutex est caules emittens crassos, folia lata, oblonga, diuisa, nigra, hirsuta: flores è latere caulis ordine prodeunt, tanquam Punicorum cytini, scutulis septi seminũ plenis, ut Papaueris. Tres eius differentiæ: una semine nigro, floribus penè purpureis, Smilacis folijs, cytinis præduris & spinosis: alterius semen subflauũ, ut Irionis, flores lutei, folia & siliquæ simpliciores. Ambo insaniam gignunt & soporem, ideo in communi usu damnantur. Tertium genus, ut quod mitissimũ esset, medici recepere, pingue, lanuginosum, molle, candidi floris seminisq́, in maritimis ruderibusq́ nascens. Cuius occasio si non adsit, rufum usurpari oportet. Niger, ut deterrimus, improbatur. Recenti semine, caulibus folijsq́ tusis, succus in sole exprimitur, & exiccato humore, usus ad annum usque prorogatur: nã facilè corruptionem sentit. Extrahitur etiam ex sicco semine separatim



Hyoſcyamus.

paratim in aqua calida tuſo, & expreſſo. Liquamentũ autē, ſucco lacteo præſtātius eſt, & magis dolores finit. Contuſa herba recens, addita trimeſtri farina, digeritur in paſtillos, & reconditur. Liquamentum primum, & quod à ſicco ſemine exemptum eſt, collyrijs quæ doloris ſenſum auferunt, commodiſsimè inſeri ſolent. Contra acutas calidasq́ fluxiones, dolores auriũ, atque uuluæ mala, proſunt: cum farina autem aut polenta, oculorum, pedum, cæterarũq́ partium inflammationes placant. Semen eadem præbet. Tuſsi, deſtillationibus, oculorum fluxioni, & doloribus, efficax. Contra menſium abundantiam, & erumpentem aliunde ſanguinem, oboli pondere cum Papaueris ſemine, & aqua mulſa, bibitur. Podagris ſubuenit. Teſtibus inflatis, mammisq́ tumentibus à partu, tritum ex uino illinitur: alijs quoque cataplaſmatis, quæ doloris leuamentum præſtant, admiſceri ſolet. Folia omnibus medicamentis dolorem ſedantibus, per ſeſe, & ex polenta, utiliſsimè imponuntur. Recentia ad mitigandos omne genus dolores oblinuntur Cum uino terna, quaternáue pota, ſanaut algidas febres quas Epialos uocant. Cocta olerum modo folia, ſi acetabuli menſura manduntur, mediocrem inſaniam gignunt. Idem efficere tradunt, ſi, colo

ulcus sentiente, infundantur. Radice in aceto decocta, dentes in dolore colluuntur.

Ruellius sic Hoscyamum distinguit, vt qui in Dioscoride primi est generis, Iusquiamum nigrum vocetur herbarijs. Qui secundi; est generis, Iusquiamum flauum. Qui tertij, album. Is Cordo in ruderibus, fossis, & circa oppida pagosque nascitur. Matthiolus in Italia, id solum genus repperit, quod secundo loco, à Dioscoride, subflauo semine, & floribus luteis describitur, duo quæ restant, quamtumuis sollerter indagarit, qui ostenderet, neminem inuenit. Id in eo homine mirum, qui eruditus & diligens, nil veritus herbariorum impudentem & indoctam imperitiam, qui tria hæc genera sine delectu, ignaris & credulis ostentant.

Psyllium. CAP. LX.

NOMENCLATVRA.

Gr. ψύλλιον. *Lat. Psyllium. Ita. Psilio.*
Gal. Herbe a pulces.
Off. Pulicaris.

Psyllion folijs Coronopo non dissimilibus, hirsutis, longioribus: sarmentosa fœni modo, in totum heburla: ramis dodrantalibus: coma à medio caule exoritur, duobus tribusue conuolutis in cacumine capitulis: in his semine duro, nigro, pulicum simili: unde & nomen. In aruis & incultis nascitur. Vis ei ad refrigerandum, inspissandum, & molliendum conueniens. Articulorum morbis, parotidibus, tuberculis, tumoribus, uulsis, illitum auxiliatur. Imponitur in dolore capitis, cum Rosaceo, aqua, aut aceto. Enterocelis infantium, &

promi



Psyllium.

prominenti umbilico, illitũ ex aceto medetur. Teritur acetabuli mensura, & in aquæ sextario madefactum, ubi concreuit aqua, illinitur: siquidem uehementer refrigerat, & in feruentem aquam deiectum calorem reprimit. Contra ignes sacros efficax est. Fama est, si uirẽs domum importetur, non sinere in ea pulices gigni. Cum adipe tusum, sordida ulcera, & quæ cacoëthe uocantur, expurgat. Succus uermiculosis auribus, aut fluxione laborantibus, ex melle prodest.


PSyllium seu Pulicaris, vbique prouenit, & nota est planta, nomine à Latinis indito, è seminè, cuius color & quantitas pulici similia sint. Psyllium, ea lege sumptum, quam ei tribuit Mesue, proculdubio venenum erit, nimirum quarto ordine calidum & siccum. Galeno, summè proficuum est semen, secundi infrigidantium gradus, in humectando & desiccando temperatum.

Hortense Solanum. CAP. LXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. στρύχνος κήπαιος. Lat. Hortense solanum. Ita. Ita. Solatro Hortolano. Gal. Morelle. Off. Solatrum.

HOrtense Solanum, frutex cibis idoneus, exilis, pusillus, multis concauus alis: folio nigro, maiore quàm Ocimi, & latiore: fructu rotundo, uiridi, qui post maturitatem nigri-



Solanum Vesicaria.

cat, aut fulueſcit. Herba innocentis guſtus. Natura ei refrigerandi. Quare folia ulceribus quæ ſerpũt, & ignibus ſacris, conuenienter cum polline polentæ illinuntur. Aegilopia, capitisq́ dolores, trita & impoſita per ſe ſanant, æſtuanti ſtomacho auxiliantur, parotidas, cum ſale detrita, illitu diſcutiunt. Valet ſuccus eius aduerſus ignem ſacrum atque ulcera quæ ſerpunt: cum ceruſſa, roſaceo & argenti ſpuma, ad ægilopas: cum pane, infantium aduſtioni, quam ſyriaſin uocant cum Roſaceo perfuſus proficit. In collyrijs, aquæ uel oui uicem exhibet, contra acutas fluxiones illitus. Aurium dolori inſtillatus prodeſt. Menſium abundantiam ſiſtit, in uellere ſubditus. Succus fuluo gallinarum cortalium fimo ſubactus, & linteo appoſitus, ægilopijs præſentaneo eſt remedio. Eſt & aliud Solanum, quod peculiari nomine Halicacabon, id eſt, Veſicariam, aut Phyſalida uocant, folijs antedicto latioribus: cuius caules, poſteaquàm adoleuerunt, prona terram ſpectant, folliculis orbiculatis, fuluo intus acino, ueſiculis ſimili, rotundo, læui, quo coronarij utuntur, corollis intorquentes. Vim uſumq́ hortenſis Solani habet, uerùm cibis nequaquam expetitur. Regium morbum purgat, ſemine poto, & urinam pellit. Ex utraque herba ſuccus extrahitur, qui ſiccatus in umbra, reconditur, ad eadem ualens.

Solanum somniferum. CAP. LXII.

NOMENCLATVRA.

Gr. στρύχνου ὑπνωτικοῦ. *La. & Off. Salanum somniferum. Ita. Solatro sonnifero.*

Solanum somnifarum, aliqui etiam Halicacabon appellant, fruticat multis ramis, densis, caudicosis, fractu contumacibus, pinguium foliorum, Cotoneæq; mali similium plenis: flore grandi, rubro: fructu in folliculis crocato: radice longua, subrubro cortice uestita. Nascitur in saxis, non procul à mari. Radicis cortex, in uino drachmæ pondere potus, somnificam uim habet, Opio mitiorem. Semen uehementer urinam cit. Corymbi duodecim hydropicis dantur: si quid numero adijciatur, alienationem mentis faciunt. Remedio est aqua copiosa mulsa, potui data. Succus pastillis inseritur, & medicamentis quæ doloris leuamentum præbent. Decoctu in uino, si in ore contineatur, dentium doloribus auxiliatur: radicis succus cum Melle illitus, oculorum hebetudines tollit.

Manicum Solanum. CAP. LXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. στρύχνου μανικοῦ. *Lat. Solanum furiosum. Ita. Solato furioso.*

Solanum manicon, aliqui Persion, alij Thryon appellauere. Huic folium Erucæ simile, maius aliquanto, satis Acātho, quē Pæderota uocāt, accedens. Caules à radice proceros emittit

decem aut duodecim, ulnæ altitudine adolescentes: caput in cacumine oliuæ figura, sed ut Platani pilulæ, hirsutius, uerùm maius latiusq́; florem nigrum. Postquàm eo exuitur, racemus exit rotundus, niger, denis aut duodenis acinis constans, similibus Hederæ corymbis, ut uuæ mollibus. Radice firmatur cādida, crassa, caua, cubitali. Gignitur in montibus, uento perflatis, & Platanetis. Radix drachmæ unius pondere pota ex uino, facit species uanas, imaginesq́; non iniucundas obseruari: sed duplicatus hic modus: ad treis usque dies mentis alienationem affert: quadruplicatus, interimit. Remedio est aqua mulsa copiosius pota, & uomitione reiecta.

EX his quatuor Solani generibus, duo prima tantum nempè hortense, & quod Halicacabon, seu Physalida vocant, nota sunt. Somnificū & furiosū incognita, nec magnoperè præstiterit illa cognosse, detrimēti magis, quā vtilitatis allatura. Herba Bella Dōna ob foliorum similitudinem, Solatri genus, antiquis incogniti. Est aliud itidem genus, in territorio Tridentino repperit Matthiolus, fruticosum, longum, fractu contumax, candidum, flexile, quod Periclymeni in morem proximis se quibuslibet inuoluit, folijs est Solatri, minoribus tamen, contractioribus, læuioribus, & plus in mucronē desinentibus: flos est purpureus, ex his racemi generātur, longiusculi, rubentes, acetoso gustu, ciceris magnitudine: horum succus valenter infrigidat & desiccat, (quod expertus est Matthiolus) maligna vlcera, & plagarum inflammationes. Aliud est Halicacabi genus, quod hortorum cameras, & ædium aprica conuestit, folijs longis & incisis, flore candido, vesicis Halicacabi, in queis semen candidum & rotundum includitur, quod vna ex parte cordis effigiem exprimit, coloris nigri. Hæc in cordis affectus valentem esse herbā cōmonstrat, vt Echion, in viperas, ob semen viperinis capitibus simile. Vulgata itidē hortis Stomonia, Solanum refert, fructu viridi, rotundo, circa medium aliquantum cōcauo & spinoso, folijs Solatri, odore Opij, floribus cymbalorum forma, suaui odore lilium referentibus.

Dorycnium. CAP. LXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Δορύκνιον. Lat. Dorycnium. Ital. Dorycnio.

Doryc

Dorycnion Creteuas Halicacabon, aut Caleā uocat. Frutex Oleæ prodeunti similis. Nascitur in petris, nō procul à mari, ramis cubito minoribus, folijs Oleæ similibus colore, minusculis, firmioribus, præter modum scabris, flore candido: siliquis in cacumine, ceu Ciceris, densis, rotundis, quinis intus aut senis seminibus, exigui Erui magnitudine, læuibus, firmis, uersicoloribus. Radix ad digiti craßitudinem & cubiti longitudinē adolescit, id somniferum esse constat. Copiosius haustum mortē adfert. [redacted].

Dorycnion Cordo, illa est halicacabi species, quē superius, in semine cordis effigiem repræsentare diximus. Id tamen non nouit Matthiolus, non præteriturus, si ita putasset.

Mandragoras. CAP. LXV.

NOMENCLATVRA.



Mandragoras.

Gr. Μανδραγόρας. La. Mādragoras. Off. Ital. Mandragora. Gal. Mandegloyre.

Mandragorā aliqui Antimalū: alij Circæā uocāt, quoniā uideatur radix ad amatoria cōducere: Duo eius genera: niger, quæ fœmina existimatū Thridacias appellatus, angustioribus folijs, ac minoribus quā Lactucæ, graueolentibus, in terra sparsis. Mala gerit Sorbis similia, pallida, odorata, in quibus semen ueluti Pyrorum. Radicibus inhæret be-

ne magnis, binis, ternisue, inter se conuolutis, nigris foris, intus albis, crasso cortice uestitis: uerùm is Mandragoras caule uiduus est. Alter candidus, qui mas dicitur, nonnullis Morion uocitatus. Huius folia magna, alba, lata, læuia ut Betæ: mala quàm alterius duplo maiora, colore in Crocum inclinante, iucũdè cum grauitate quadam olentia. Horum pomorum cibo, aliquantum opiliones soporantur. Radix, alterius similis, maior & candidior, orbata caule. Succus fit è cortice recentis radicis tuso, & prælis subiecto: qui insolatus ubi concreuerit, fictili reconditur. Malis quoque succus depromitur, sed aliquanto ignauior. Delibratur radix, & traiectus lino cortex, ad usum suspenditur. Aliqui radices in uino ad tertias coquunt, & defæcatum ius seruant: cyathoq́ uno utuntur in peruigilijs, & doloribus, & ante sectiones ustionesq́, ne sentiantur. Succus duobus obolis ex mulso potus, ut Veratrum, per uomitiones bilem atram pituitãq́ extrahit, uerùm potu largiore, uita adimitur. Medicamẽtis ocularibus, & his quæ dolores finiunt, peßis quoque emollientibus, admiscetur. Semioboli pondere inditus, per se menses & partus expellit. Subditus sedi pro balano, somnificus est. Radix Ebur emollire fertur, quæ senis horis cum eo decocta sit: & ad accipiendam, quam effingere optaueris, formam, ipsum facilè præstat. Folia recentia conuenienter oculorum inflammationibus, & collectionibus quas ulcera citarunt, cum polenta illinuntur. Duritias omneis, suppurationes, strumas & tubercula discutiũt, stigmata sine exulceratione delent, si quinis senisue diebus sensim perfricentur. Folia seruantur in murijs eosdem ad usus. Trita radix ignibus sacris ex aceto, & serpentium ictibus ex Melle aut oleo, medetur: strumas atque tubercula, cum aqua dißipat: articulorum cruciatus, cum polenta sedat. Fit citra coctionem uinum è cortice radicis, ad hunc modum: Ternæ minæ in uini dulcis metretam conijciuntur. Dantur ex eo terni cyathi, ijs qui se-

cari

ari aut amburi debent, ut antè dictum est: siquidem nullo tunc fficiuntur dolore, sed ueterno quodam pressi, torpescunt. Mala oporē afferunt olfactu, & etiam si mandantur itē expressus ex is succus: nimio tamē odore percussi, obmutescunt. Semen Malo um potum, uuluas purgat: appositumq; cum sulphure, ignem nō xperto, rubra fœminarum profluuia sistit. Scarificata punctisq; nultifariā aperta radice, erumpens lachryma cauo uase recipi ur. Liquamentum aūt succo lacteo præstantius est: sed non ubi que, ut experientia docet, radices lacteū succum delachrymant. Alium tradunt esse Mandragoram, nomine Morion, in opacis iuxta specus enatū, folijs albi Mandragoræ, minoribus, albis, do drantalibus, radicē ambientibus: quæ mollis est & candida, pau lo maior palmo, pollicemq; crassitudine æquat. Trandunt eam in pane, offa obsonióue, drachmæ pondere deuoratā, usum rationis intercipere. Obdormiscit enim homo, eo ferè quo comederit ha bitu, sensus impos, ternis quaternisue, ex quo data est, horis. Hac medici utuntur, cùm scindendi, urendiq; necessitas adest. Anti dotum esse uolunt radicem, cum manico Solano potam.

MAndragoræ prima & secunda, sponte multis in locis Italicorū mon tiū nascuntur, & maximè in Apulia & monte Gargano, quod S. Angeli vocāt, & inde herbarij cortices & poma in alias Italiæ regio nes exportāt. Visitur & in hortis Neapolitanis, Romanis, Venetis, & nunc etiam in Gallicis. Mandragoræ tertia species in vmbrosis nascens, Morion vocant, nostrum sæculum non agnoscit. Tertio ordine infrigidat Mandragora, caliditatis tamen & humiditatis particeps. Radicis cor tex valentissima, non infrigidat tantum, sed etiam desiccat.

Aconitum. CAP. LXVI.

Græ. Ακόνιτον. Lat. Aconitum. Off. Vua versa.

ACOnitum, aliqui Pardalianches, alij Cammoron, alij Thelyphonon, alij Myoctonon, alij Theriophonon uocāt. Folia habet Cyclamini, aut Cucumeris, tria aut quatuor, mino ra & subhirsuta. Caulē palmo altū, radix Scorpij caudā æmula tur,



* *Aconitum.*

tur, & Alabastri modo splendet. Torpescunt, ut fama est, scorpiones admota radice, stupentq́; : qui rursum Hellebori contactu excitantur. Oculorum medicamentis leuãdi doloris gratia adijcitur. Enecat pantheras, sues, lupos & feras omneis in carnibus obiectum. Est et alterum Aconitum, quod aliqui Cynoctonon, alij Lycoctonon appellant. Huius genera sunt tria: Vnum quo utuntur uenatores, alia duo in usum suum uertere medici. E quibus tertium, quod Ponticum nominatur, plurimum in Italia, montibus Iustinis exilit, à priore distans, quoniam folia faciat effigie Platani, crebriore diuisura, longiora, & multò nigriora: caulem Filicis, leuem stylum, cubitali altitudine, aut ampliorem: semen in siliquis oblongis recondit. Radices in modum Squillæ marinæ cirrhorum nigrescunt, quibus ad uenationem luporum utuntur. Insertæ siquidem crudis carnibus, & deuoratæ, lupos enecant.

ACONITUM Pardalianches, quòd Leopardos & Pantheras perimat, vidit & collegit Matthiolus, in prominentibus Tridento locis, hocq́; vtuntur qui Romæ & Neapoli conficiendis lupis singularem operam nauãt, & in S. Angeli ponte non infrequenter radices venales offerunt, quòd hæ radices lupos confestim perimant. Non tamen hæ radices, Lupariæ sunt, quæ tertia Aconiti est species, nempe Pontici, quæ & Triden


lentinis, herba della Volpe, quod vulpes, qui hanc carnibus intritã gustarint, perimat. Hæc folia habet pluribus quàm Platanus incisuris diuisa, caulem Filicis, luteum florem, Ranunculi figura, radices nigras. At quæ prostant radices, è candido flauescunt. Verum enim uerò tertia Aconiti species, non ea est planta, quam vulgò, herba Paris, vocitant, quod ex huius herbæ notis liquet, maximè cum hæc radice constet capillari, è candido flauescens, nullaq; caudæ scorpionis forma, aut Alabastri splendor in ea visatur. Nam id in Aconito requirit Dioscorides. Ad hæc Aconiti folia, è Theophrasto, Cucumeri, & Pani porcino similia, non in medio caule euascuntur, quod in herba Paris accidit, sed hirsutæ statim à radice prodeunt. Semen tritico adsimile, nec spicis inclusum, plurimum ab herba Paris distat. Auincennæ itidem Napellus, Aconitum non est. Siquidem is author secundo libro de duobus Aconitis tractat, & horum vnum, strangulatorem Adip, alterum strangulatorem nominant Leopardi, eodem illi significato, quo Græcis, Lycoctonos & Pardaliãches, & posteà proprium caput Napello attribuit, ab illis diuersum. Et quod ad Napelli confectionem attinet, id adeò correctum esse potuit, vt extrà detrimẽtum fuerit. Vel Napelli nomine murem intelligit, qui è radice Napelli vescitur, in altis Ananiæ montibus non semel à Matthiolo perspectum, quiq; verum est antidotum non Napelli tantum, sed totius etiã veneni.

Cicuta. CAP. LXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κώνειον. Lat. Off. & Ita. Cicuta.
Gal. Cigue.

Cicuta caulem ædit geniculatum, ut Fœniculi, grandem, in cacumine ramosum: folia Ferulæ, angustiora, graui odoratu: rami, mox umbella: in summo prodeunt: flores quoque albicantes, & semen Aniso candidius: radice non alta, concaua. Cicutæ letale uenenum est, suaq; ui refrigeratoria necat. Remedio est uini meraculi potus. Succus exprimitur contusis cacuminibus, priusquam semina & comæ siccescant: qui sole densatur in pastillos. Multus ad medendi rationem usus est aridi. Commodè miscetur collyrijs, quæ leuandi doloris gratia temperãtur. Ignes sacros,


Cicuta.

sacros, & ulcera quæ serpunt, illitu restinguit. Herba cum coma trita, & testibus circumlita, libidinum imaginationes in somno compescit: sed genitale resoluit. Lac puerperarum mammis apposita extinguit: in uirginitate mammas coërcet, & increscere non patitur. Pueris præstat, ut eorum testiculi cibũ nõ sentiẽtes, intabescãt. Efficacissima uis Creticæ, et Magarensi, mox Atticæ, et in Chio et Cilicia nascenti.

Cicuta non ignota planta, tetro se prodit odore adulta, pubescens Apium mentitur, mortifero edentium esu. Calidioribus & regionibus & locis nocentior, vt de Parthia, Asia, & Europæ quibusdam tractibus, Candia, Athenis, & Megaris prodidit Plinius. Hæc asinis manducata, torporis intantum conciliat in Thuscia, vt mortuis similes, a se pellẽ detrahi, non sentiant, ac non raro excitentur, iam medĳ pelle erugati: frigidissima Cicuta temperaturæ, id genus alienationis mentis inducit, quod Conion Græci vocant, vel ipsis radicibus ab inscientibus, Pastinacæ loco, in cibum assumptis.

Taxus. CAP. LXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. σμίλαξ. Lat. Taxus. Ita. Nasso. Gal. Yf.

Smilax

SMilax à Græcis, Taxus à Latinis appellatur, arbor Abietis magnitudine, & foliorum eiusdem figura, in Italia & Narbonensi Gallia Hispaniæ contermina nascens. Auiculæ quæ Italicæ Taxi baccas deuorant, denigrantur: & qui ederint easdem homines, alui profluuio corripiuntur. Narbone tam præsentis est ueneni, ut si qui dormiant sub ea, aut in eius umbra subsideant, lædantur, & sæpenumerò moriātur. Quare de Taxo hæc traduntur, ut ab ea caueamus.

TAxus mortifera arbor, multum differt à Smilace aspera, & læui, de quibus superius diximus, hancq; ideò in venenatas plantas Dioscorides abegauit, quo quæ eiusdem naturæ, suo more, etiā vnà permisceret. Ex hac arbore materia fit in quotidianos vsus elegantissima. Frondium fumus mures enecat.

Apocynon. CAP. LXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀπόκυνον. *Lat. Apocynon.*
Ita. Apocino.

APocynon, siue Cynocrambe, Brassica canina, frutex est uiticulis constans, malè olentibus, lentis, uitiliumq; modo obsequiosis, fractu ferè inuictis: folio Hederæ, molliore tamē, & per extremum acutiore, lento, graui odore: id luteo succo turget. Siliquæ, ceu Fabarum, folliculari specie, digiti longitudine protenduntur: semine intus albo, duro, paruo. Folia cum adipe in panes coacta, canes, lupos, uulpes, & pantheras enecant, in cibo data, & protinus eorum coxendices resoluunt.

APocynon, Cynocrambe, aut Brassica canina, venenata, & iuxta incognita planta, Galeno, non canes tantum, sed etiam lupos, & homines tollit. Grauissimum odorem spirat, & ob id admodum calida, attamen non peræquè sicca, quo fit vt summè maturet.

Nerium,

Nerium, seu Rhododendrum.

CAP. LXX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Νήριον. *Lat.* Nerium. *Ita.* Oleandro.
Gal. Rosagine. *Off.* Oleander.


Nerion.

Nerion aliqui Rhododaphnen, alij Rhododendron uocant, frutex est uulgaris notitiæ, longioribus, quàm Amygdala folijs, craßioribusq́; flore in Rosam conformato: fructu nuci Græcæ simili, corniculato, qui patefactus quandam lanosam naturam ostendit, spinarum pappos repræsentantem: radice longa, acuta, lignosa, gustanti salsa. Nascitur in amœnis, maritimis, et secus amnes. Flores & folia mulis, canibus, asinis, & quadrupedum plurimis uenena sunt: hominibus uerò contra serpentium morsus præsidia, è uino pota: eo magis Ruta addita. Imbecillæ etiam animantes, ut pecus & capræ, si aquam bibant in qua folia ea maduerint, moriuntur.

Nerion, Matthiolo in Laci Benaci ripis, inter Myrteta & Laureta nascitur, & in monte Argẽteo circà maritimam Senensium orã. Planta visu admodum grata, tum maximè, suis onusta rosis. Nerion Galeno,

Galeno, extrà illita, vim habet digerendi, per os sumpta, venenũ est, nõ homini tantum, sed etiam brutis. Id quod Dioscoridi & Plinio non concinit, nisi dicamus Nerion, serpentium morsibus medicari, haud secus ac Canthariides, canis rabiosi morsibus prosunt, Euphorbium scorpionis ictibus, quin & pleraque venena, diuersi generis venenis medicandis inseruiunt, vt in sexto libro patebit.

Fungi. CAP. LXXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. μυκῆτες. *Lat. & Off. Fungus. It. Fongho.* Gal. Champignon.

Fungorum differentia duplex: aut enim manduntur, aut perniciales sunt. Multis de causis uenenosi gignuntur, ubi uidelicet clauis ferreus, in quo sit rubigo, aut panni marcor adfuerit: aut si iuxta serpentis cauernam, arborésue, quæ priuatim pariunt noxios fructus, erumpant. Continẽt qui tales sunt, nescio quod strigmentum, ocncretamq́; pituitam, terraq́; eruti, quã celerrimè computrescunt, atque marcore uitiantur. Sed qui ueneno imbuti non sunt, suauem in iuribus gratiam habent: largius tamen sumpti nocent, & ægrius concocti strangulant, aut choleram morbum citant. Remedio est Nitri potus, aut lixiuiũ cum acida muria, aut ferue factæ Saturiæ, aut Origani iusculum. debellantur etiam gallinacei fimi potu ex aceto, aut eiusdem de linctu cum Melle multo. Corpus alunt, sed ægrè dissoluuntur, cum magna ex parte integri ipsi, cùm recrementis alui reijciantur.

Fungorum non malus est cibus, sed si temerè mandantur, in discrimẽ adducunt: nã & nocentiũ, & probatorũ multæ, & diuersæ sunt species. Horum plus præ tota Italia ferax est Thuscia. Siquidem annis singulis à primo Aprilis imbre emergunt, odore eximio, gustui gratissimi, & innocui. Hos Prignoli incolæ vocant. Suilli primò incoquũtur aquæ, post friguntur. Venenati eo agnoscuntur, cum dilutus in eis rubor apparet, rancidus aspectus, liuidus intus color, rimosa stria, pallidum per ambitum labrum. Tutissimi qui rubent callo, minus diluto quàm

Boletis rubore, & qui è rubis & carduis vere nati, rotunditate clusili. Eos Spinulos, Prunulos, & Cardeolos appellant, Merulos, Fusios, Campestres, Crepitus lupi. Fungi innocẽtiores arborum ramis innascuntur. Inuenti Neapoli lapides, qui defossi, & terra aliquantum operti, tum superiecta aqua tepida, intra quatriduum fungos producerent. Ij eam ob causam summa diligentia asseruantur. Fungus vt potè frigidus & humidus, iunctam habet facultatem venenatam & mortiferam, præcipuè qui cariosus est.

Colchicum. CAP. LXXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. κόλχικον. *Lat.* Colchicon. *Ita.* *Colchico.* Gal. Tuechien. Off. Hermodactylum.



**Colchicum. 1.*



Colchicum. 2.

Colchi

Colchicon, aliqui Ephemeron, sunt qui agrestem Bulbum uocant, autumni exitu florem ædit Croci, candicantem: ab eo tempore folia Bulbi, sed pinguiora: caulem palmo altum, ferentem rufum semen: radicem foris è nigra rufescentem, quæ delibrata, candida & mollis spectatur, lacteo succo madet, atque gustatu dulcis inuenitur. Bulbus eius mediam habet rimam, fissuramq́, qua flos erumpit. Plurimum in Messenia, & Colchis enascitur. Ea comesa, Fungorum more, strangulando enecat. Hanc autem depinximus, ne à quoquam imprudenter pro Bulbo deuoretur: mirum enim in modum saporis uoluptate imperitos allicit. Remedio sunt eadem quæ Fungis, bubulum etiam lac potum auxiliatur. Itaque cùm adfuerit, non aliud desideratur auxilium.

Ephemerum. CAP. LXXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ἐφήμερον. Lat. Ephemeron. Ita. Iride saluatico. Gal. Lis sauuage.

Ephemeron, alicui sylnestrem Irim appellant, folia habet Lilij, sed tenuiora: caulem parem: florem candidum, amarum: semen molle: radicem unam, digitali crassitudine, longã, astringentem, odoratam. Nascitur in syluis & opacis. Huius radix dentibus præcipua, si decocto colluantur. Folia in uino cocta, discutiunt tumores, & tubercula, quæ nihil adhuc humidi contraxerunt.

Ephemerum Colchiocum, è Colchide, Ephemeri inde nomen sumpsit, quòd præsentaneo adeò sit veneno, vt infrà vnius diei spacium hominem enecet. Porrò Ephemerum Colchicum, ipsum est Officinarum Hermodactylum. Officinarum dixi, quoniam verum non sit Hermodactylum: quodque verum Colchicum, à vero Hermodactylo lõgissimè desideat. Errori fundamẽtũ præbuit Serapio, qui cõfusanè de



Ephemerum.

Ephæmero & hermodactylo eodem capite pertractat, huicque titulum indit, de Hermodactylo. Contra Græci, è queis extracta Ephemeri & Hermodactili nomina, diuersis de eis capitibus tractauere.

Helxine, id est, Muralis herba. CA. LXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ελξίνη. *Lat. Helxine. It. Vetriola.* Gal. Paritoire. Off. Parietaria.

H*Elxine naſcitur in parietinis, ſepibus & macerijs. Folia ei Mercurialis inſunt, hirſuta: cauliculi ſubrubentes, & circa eos ueluti ſemina aſpera, adhærentia ueſtibus. Folia refrigerandi ſpiſſandiq́ naturam habent, qua ex cauſa ſanant illitu ſacros ignes, aduſta, condylomata, panos incipientes, tumores, inflammationesq́. Succus eius cum Ceruſſa, ignibus ſacris, & ulceribus quæ ſerpunt, commodè illinitur, imponiturq́ podagris cum hircino adipe, aut cerato Cyprino. Veterem tuſsim emendat inſtar cyathi hauſtus. Tonſillis inflammationem ſentientibus utiliter & gargarizatur, & oblinitur: aurium dolorem cum Roſaceo inſtillatus leuat.*

Alſine.

Alsine. CAP. LXXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αλσίνη. *Lat.* & *Off. Alsine. Ita. Centone.* Gal. Mouron.



Alsine.



Alsine minor.

*A*LSINEM, aliqui Anthyllion, nonnulli Myosota uocant, quoniam musculorum aures folia imitantur. Lucis opacisq; gaudet, unde Alsine dicta est. Hæc erat eadem quæ Helxine, nisi humilior esset, & folijs longioribus, nec hirsuta: cũ teritur, odorem cucumis reddit. Vim refrigerandi adstringendiq; obtinet. Oculorum inflammationibus cum polenta illinitur. Succus aurium doloribus infunditur. Quin & emẽdat omnia quæ

Helxine, id est, muralis herba.

Differt hæc Helxine, que Muralis & Parietaria, ab Helxine, Cyssampelo, atque ipsarum nomen differentiam produnt. Namque ambæ notæ sunt. Helxine Vitreolaria abstergendi astringendique virtutem habet, humiditati infrigidanti coniunctam. Alsine plures sunt species, licet vnius tantùm mentionem faciat Dioscorides. Eiusdem est cum helxine facultatis.

Lens palustris. CAP. LXXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. φακὸς ἐπὶ τῶν τελμάτων. *Lat. Off. Lens. palustris. Ita. Lenticularia.* Gal. Lentille de mer.

Lens palustris inuenitur in aqua non fluente, muscus Lenticula similis, refrigeratoriæ naturæ. Propter quod conuenienter collectionibus, igni sacro, & podagris illinitur per se, & polenta. Glutinat & procidentia puerorum interanea.

Lens palustris aquis stagnantibus & residibus innatat ceu muscus pusillis & astrictis folijs, semine lentem referens, infrigidantium secundi est ordinis.

Semperuiuum, seu Sedum. CAP. LXXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀείζωον μέγα. *Lat. Off. Semperuiuum. maius. Ita. Sempreuiuo maggiore.* Gal. Ioubarbe.

Semperuiuum magnum ideo nominatur, quoniam perpetuò folia uireant: cuius caules cubiti altitudinem implent, interdum excedunt, pingues, crassitudine pollicari, uirentes, Characiæ Tithymali modo insecti: folia pinguia, carnosa, longitudine pollicari, in cacumine linguæ similia, alia in terram cõuexa,



Semperuiuum. Paruum.

uexa, alia in capite stantia inuicem, ita ut ambitu effigiem imitentur oculi. Nascitur in montibus, & testaceis. Supra domicilia etiam seritur, Eius uis refrigare, & astringere: medentur igni sacro, nomis, ulceribus quæ serpunt, oculorum inflammationibus, ambustis igni, podagris per se, & cum polenta illita folia. Succus capiti, in doloribus, cum polenta aut Rosaceo perfunditur. Datur in potu contra phalangiorum ictus, dysenteriam, aluiq; profluuia. Teretes tineas potus in uino excutit. Subditus in uellere, mulierum abundantiam sistit. Succus oculorum lippitudinibus, sanguinis uitio conceptis, inungitur. Semperuiuum paruum in petris, parietinis, & macerijs, necnon scrobibus opacis nascitur, caulibus ab una radice multis, tenuibus, crebrò foliatis: exilibus folijs, rotundis, pinguibus, mucronatis: caule à medio emicante, palmum alto, umbellam herbidosq; flores &



Aizoon maius.



Minus.

tenues gerente. Folia eisdem cum priore uiribus prædita sunt. Tertium uidetur Sẽperuiui genus, quam aliqui Andrachnen agriam, aut Telephion uocauerunt, Romani Illecebram: pusillis, craßibusq́; folijs, hirsutis, Portulacæ proximis. Nascitur in saxis. Vis ei excalfactoria, acris, exulcerans. Illita cum axungia, strumas discutit.

SEmperuiuum maius & minus omnibus nota sunt. Maius tamen, peculariter Semperuiuum vocatur: minus, Vermicularis. Huius duæ sunt species: Vna, quæ florem præfert luteum, folia pusilliora & duriora: hæc pro mare habetur. Altera, folijs constat longiusculis, rariusculis, & craßiusculis, flore candido, hæc fœmina ducetur. Tertia Semperuiui species non omnibus cognita. Hãc cognouisse videtur Cordus, quã & solã ex omnibus Aizoi generibus, calidum habere tẽperamentũ nec esse Vermicularẽ asseuerat. Matthiolo nondũ in Italia demõstrata, quã nis Sẽperuiuũ maius & duas Vermicularis species nullibi nõ perspexerit.

Vmbili

Vmbilicus Veneris. CAP. LXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κοτυληδόν. *Lat.* & *Off.* *Vmbilicus Veneris.* *Ital.* *Ombilico di Venere.* Gal. la Rondellete.

Cotyledon, ſiue Vmbilicus Veneris, folio eſt in acetabuli formam tornato, ineuidenter concauo, breui in medio cauliculo, in quo ſemen ineſt: radice Oliuæ modo rotunda. Succus cum uino circunlitus, inſtillatúſue, contecta genitalia nudat: inflammationibus, ſacris ignibus, ſtrumis, pernionibus, illitu auxiliatur. ſtomachi ardorem refrigerat. Folia cum radice comeſa, calculos frangunt, urinam cient, hydropicis ex Melle dantur. Herba utuntur ad amatoria. Eſt & alterum genus eiuſdē, Cymbalion aliqui uocant, pinguibus folijs, latioribus, ligularũ modo denſis, circa radicem medium oculi ambitum deſcribentibus, ut in maiore Semperuiuo, adſtringentis guſtus: cauliculo tenui, in quo flores & ſemina Hyperici: radice maiuſcula. [redacted].

Vmbilicus Veneris copioſè per omnē Thuſciam muris vetuſtis & ſaxis innaſcitur, huius folia, qđ operculis vaſculorũ ſimilia ſint incolæ Cupertiouole vocant. Hãc docti quipiã Cymbalariã putant, ſed falſo. Namq; hæc comæ modo è parietibus dependet, caule tenui, folio hederaceo, plurimum per ambitum mucronato. Cotyledonis alterum genus, Cordus Craſſulam maiorem putat, craſsis & carnoſis eſt folijs, Aizoo maioribus, quæ per hyemem ſimul cum caule exareſcunt. Vmbilicus Veneris infrigidat, repercutit, abſtergit, & diſcutit.

Vrtica. CAP. LXXIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ακαλίφη. *Lat.* *Vrtica.* *Ital.* *Ortica.* Gal. Ortie grieſche.



Vrtica. 1.



Vrtica. 2.

DVo Vrticæ genera: syluestris, asperior, latioribus, nigrioribusq; folijs: semine Lini, sed minore: altera non æquè aspera, minuto semine. Folia utriusque illita, canis morsibus, addito sale, medentur. Gangrænas, carcinomata, sordida ulcera, & quæ cacoëthe uocantur, item luxata, panos, tubercula, parotidas, suppurationesq; sanant. Lienosis cum cerato imponũtur. Faciunt ad profluuia narium, cum succo trita, & naribus indita. Menses ciunt eadem, detrita cum myrrha, & imposita, procidentes uuluas, recentia contactu resilire cogunt. Semen potum ex passo, uenerem stimulat, uuluæ ora patefacit. Cum Melle delinctum, orthopnœæ, lateris & pulmonum inflammationibus prodest, thoracem expurgat. Erodentibus medicamentis admiscetur. Cocta cum conchis folia, aluum emolliunt, urinas mouent

ent, inflammationes discutiunt, decocta cum ptisana, uitia pecto is extrahunt, Mulierum menses euocant, cum Myrrhæ modico ota. Inflammatione turgentem uuam, gargarizatus succus ex- rimit.

VRticæ genera duo facit Dioscorides, quæ satis nota sunt. Præter hæc in Italia nascitur & tertium genus, folijs pusillis, & caule breui. Hæc, quam aliæ duæ, vehementius adurit. Est etiam inter Vrticæ genera, quam Cardiacam vocant. Vrticæ semen excalfacit, & tenuiũ est partium, concoquit, & expurgat.

Galiopsis. CAP. LXXX.



Galiopsis.

NOMENCLATVRA.

Græ. γαλίοψις. Lat. Galiopsis. Ita. Ortica fetida. Gal. Orties mortes. Of. Vrtica mortua.

GAliopsis frutex in totum caulem & folia habet Vrticæ, leuiora, & quæ grauem odorem trita reddant: flore purpureo, tenui. Nascitur circa sepes, ædificiorũ areas, ac semitas ubique. Folia, caules, semẽ, succusq́; duritias et carcinomata dißipãt: strumas, panos, et parotidas discutiũt. Oportet bis die

die tepidũ ex aceto cataplaſma imponere, & eius decoćto foue re. Ad putreſcentia, gangrænas, & nomas, cum ſale efficaciter illinuntur.

Galiopſim Itali Vrticam fœtidam vocant, ſiquidem attrećtata putet mirum in modum, folijs & caule Vrticis ſimilis, non adurentibus tamen. Errant qui Galiopſim, Scrofulariam, aut Millemorbiam exiſtimant, quod florem habeat, hianti muſtellæ perſimilem. Siquidem folia non admodum ad Vrticam accedunt, nec odore eſt ingrato. Nodoſa radix, qua maximè medicinam facit, prætерita à Dioſcoride, ſubindicat eum non de Scrofularia intellexiſſe. Natales etiam non conueniũt. Nam Scrofularia circa aquarum foſſas, & riuulorum ripas naſcitur, non circa ſepes, ædificiorum areas, ac ſemitas. Ruellio, Galiopſis, Agripalma eſt, vteri ſuffocationis ſingulare remedium.



Gallion.

Gallion. CAP. LXXXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. γάλλιον. *Lat. Gallion. Ita. Gallio.* Gal. Petit muguet.

Gallion nomen ex eo traxit, quòd in contrahendo laćte, coaguli uicẽ impleat: ramulum foliumq́ habet Aparinæ ſimillimũ, rećtum: florem in cacumine luteum,

luteum, tenuem, densum, copiosum, odoratum. Flos igni ambustis illinitur. Sanguinis profluuia sistit. Cerato Rosaceo Gallion admiscetur, insolatum usque dum albescat, laßitudines reficit. Radix uenerem concitat. Nascitur in palustribus.

GAllion, Aparine, aut Rubiæ minoris similis, vbique circa publicũ iter nascitur, flore nunc candido, nunc luteo. Lacti additum, pro coagulo est. Hoc in locum herbæ, quam, Presura, Itali vocãt, vti possunt qui caseum dulce conficiunt. Vim habet desiccandi, cum aliquanta acrimonia.

Senecio. CAP. LXXXII.

NOMENCLATVRA.


Senecio.

Græ. Ηριγέρων. Lat. Senecio. It. Cardoncello. Gal. Senecon. Off. Scutũ cœli.

SEnecio cauliculo est cubitali, subrubro: folijs continuis, diuisura Erucæ, sed minoribus multò: luteis floribus, qui celeriter dissecti uanescunt in pappos. Nomen uerò sibi uendicauit, quoniam flores capillorum ritu, uere canescãt: radice superuacua. Nascitur maximè in macerijs, & circum oppida. Folia cũ floribus refrigerant. Quare illita cum uini modico, uel per sese, testium & sedis inflam

flammationes ſanant. Quin & ex manna Thuris medentur cũ reliquis uulneribus, tum ijs quæ nerui acceperunt. Illiti per ſe cũ aceto pappi, idem munus præſtant: uerùm recentes epoti ſtrangulant. Totus caulis, ſi coctus in paſſo potui detur, ſtomachi dolores à bili contractos perſanat.

SEnecio, vbique etiam in veteribus muris naſcitur, nec cognitu difficilis. Nomen ei Græci indidere, quod vere caneſcat. facultatis eſt mixtæ, refrigerantis, & peræquè quadantenus digerentis.

Thalietrum. CAP. LXXXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. θαλίκτρον. *Lat.* *Thalictrum.* *It.* *Argentina.* Gal. Argentine. *Off.* *Cotula fetida.*

THalictron folia Coriãdri habet, pinguiora paulò, caulem Rutæ, in quo folia. Quæ trita, illitu antiqua ulcera ad cicatricem perducunt. Naſcitur maximè in campeſtribus.

THalictron Argentina ne ſit, nec aſſeuerare, nec impugnare audet Matthiolus, at Cordus herbam Germanis dictam, Heyleblat, aſſeueranter pronuntiat. Hac ruſtici in Saxonia maxima curant vulnera, nullo adiutore medico. Naſcitur in campeſtribus & pratis non ita humentibus. Trium eius generis differentiæ, deprehenſu faciles. Deſiccat Thalictrum ſine morſu.

Marinus muſcus. CAP. LXXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. βρύον θαλάσσιον. *Lat.* *Muſcus marinus.* *Ita.* *Corállina.* Gal. Coralline.

MArinus muſcus naſcitur in ſcopulis, teſtaceisq́ haud procul à mari, gracilis, capillaceus, caulis expers. Præcipua ei ſpiſſandi uis, & collectiones cohibendi, & podagras, quas refrigerare opus ſit.

Coralli

Corallina, qua ad conficiendos in infantibus vermes vtuntur, verus est Muscus marinus. Nam rupibus & testis adhærens, & circumplicitus corallo, haud aliter quam muscus cortici, & arborum ramis innexus, reperitur. E terrea & aquea substantia componitur, vtraque frigida, quod gustum in eo astrictorium parit.

Fucus marinus. CAP. LXXXV.

NOMENCLATVRA.

Gr. φύκος θαλάσσιον. *Lat. Phycus marinus. Ita. Phuco marino.* Gal. Fueillet de mer.

E Phuci marini generibus, quoddam latum, & alterum sublongius, & rubens: tertium candidum, nascens in Creta, floridum ualde, quod nulla corruptionis labe polluitur. Omnia uim habent refrigeratoriam, non podagræ modò, sed etiam inflammationibus, in cataplasmatis efficaciter utilem. Verùm ijs uti humidis conuenit, priusquam exarescant. Nicander, puniceũ aduersus serpẽtes dedit. Hoc fuco quidam putant mulieres suum colorem mentiri, cùm tamen sit radicula eiusdem nominis, qua sese fucant.

Phucus marinus, Algæ nobis incognitæ genus. Nempe *non illa est Alga, quæ Venetijs, vitris, ne rumpantur, interseritur. Phucus ita ut humidus est, è mari extractus, secundo ordine desiccat & infrigidat, & acerbi aliquantum in se continet.*

Potamogeton. CAP. LXXXVI.


NOMENCLATVRA.

Græ. ποταμογείτων. *Lat. Fontalis.*

Ita. Potamogeto.

Potamogeton, folium Betæ simile, hirsutum, paululum supereminens extra aquam. Refrigerat & inspissat: pruriginibus utile, & contra ueterum ulcerum nomas. Nomen ex eo inditum est, quòd palustribus & aquosis enascatur.

Potamo



* Potamogeton.

Potamogeton lacis & paludibus innatans, folio Betæ visitur. Id in Ananiæ vallis lacubus, & vidit, & legit suis manibus Matthiolus. Restringit & infrigidat Polygoni modo, essentiæ tamen, quam polygonum, crassioris.

Stratiotes. CA. LXXXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. στρατιώτης. *Lat. Stratiotes. Ita. Stratiote.*

Stratiotes in aquis nascens, ijsdem supernatat, & sine radice uiuit: unde cognomentum traxit, Herba semperuiuo similis, ni maiora haberet folia, quæ refrigerant: sanguinẽ qui defluit à renibus, pota sistunt: uulnera quæ inflammationem minantur, intumescere non sinunt: ignibus sacris & tumoribus ex aceto illinuntur.

Stratiotem aquaticum qui referente plinio Libri 24. cap. 18. in Aegypto tantum inundatione Nili nascitur, his in locis perquirere superuacaneum fuerit. Aizoo similis planta, folijs licet maioribus.

Stratiotes millefolium. CAP. LXXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ.

Græ. Στρατιώτης ὁ χιλιόφυλλος.
Lat. Stratiotes Millefoliū. Ita. Stratiote Millefoglio.
Gal. Millefueille. Off. Millefolium.

STratiotes Millefolium exiguus frutex, palmi altitudine, aut amplius assurgit, folijs auicularum pennas imitantibus, breui admodum dissectoq́ foliorum exortu. Folia syluestre Cuminum simulant, præsertim breuitate atque scabritia, breuiora paulò, densiore umbella, & pleniore. Surculos in cacumine gerit exiguos, & capitula in modum Anethi: flores paruos, candidos. Nascitur in asperis agris, præcipuè circa semitas. Eximij usus ad ulcera uetera, recentiaq́, profluentem sanguinem, & fistulas.

STratiotes Millefolium, incultis innascens, dubiò procul ea planta, quam nullibi non Millefolium vocant, nimirum nulla est quæ refragetur nota. Nam Asininum Daucum, Ferulacea & vmbellifera herba, nihilum ad Stratiotem Millefolium accedit. Aquaticus Stratiotes, frigidus est & humidus, terrestris leuiter astringit.

Verbascum. CAP. LXXXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. φλόμος. *Lat. Verbascum. Ital. Tasso barbato.*
Gal. Bouillon. Offic. Tassus barbatus.

VErbascum differentias summas habet duas, hoc nigrum, illud album: in quo mas & fœmina intelligitur. Fœminæ igitur folia sunt Brassicæ, pilosiora multò, & latiora, candida: caulis albus, cubicalis, aut amplior, subhirsutus: flores albi, aut ex luteo pallescentes: semen nigrum: radix longa, gustu acerba, crassitudine digiti. Nascitur in campestribus. Verbascū, qui mas appellatur, oblongius, albis folijs, & angustioribus, tenui caule. Sed nigrum prorsus albo simile esset, nisi nigriore latioreq́ cōstaret folio. Syluestre folia fert Saluiæ, altas uirgas & lignosas, & circa eas ramulos quales Marrubiū: flores luteos,



Verbascum. 1



Verbascum. 2

auri æmulos. Sunt & Phlomides duæ, hirsutæ, rotundis folijs, humiles. Tertia Lychnitis appellatur, ab alijs autem Thryallis, folijs ternis, aut quaternis, uel paulo pluribus, asperis, crassis, pinguibusq́, apta ad lucernarum lumina. Radix priorum duarum adstringit: quare quod magnitudine ludicrum talum æquet, in alui profluuio conuenienter ex uino datur. Decoctum ruptis, conuulsis, fractis, antiquæ tussi, auxiliatur. Dentium dolorem collutione mitigat. Verbascum cui flos aureus, capillos tingit, & quocunque abijciatur, blattas in se contrahit. Cocta in aqua folia, aduersus tumores, inflammationes oculorum, syderata ulcera, ex uino & Melle illinuntur, cum aceto quoque uulneribus medentur. Contra scorpionum ictus sunt auxilio. Syluestris folia ambustis igni sunt cataplasmata. Aiunt in folijs





Verbaſcum. 3 *Verbaſcum.* 4

lijs eius, quam fœminam dicimus, aridos ficus omnino non putreſcere.

VErbaſci genera tria: duo domeſtica, & vnum ſylueſtre, quod folijs conſtat Saluiæ, floribus aureis, omnibus nota ſunt. Phlomides duas, & Lychnitis in Italia hauddum à Matthiolo perſpectæ. Is Ruellij opinionem infirmat, cenſentis Phlomides, duas illas eſſe plantas, quæ Brachæ cuculi, & Primulæ veris dicuntur. Nam folijs, quæ rotunda vni, alteri longa ſunt, Verbaſcum non exprimunt: eorũdem læuor, cum hirſuta eſſe debu rint, Dioſcoridis delineationi cõpugnat. Porrò de flore illo, herbæ Paralyſis, aureo, veriſque ineuntis nuntio, nulla à veteribus mẽtio facta eſt, nõ præterituri ſi cognoſſent. Verbaſci aſtringunt, deſiccant, & abſtergunt. Tryallis Cordo hortulana eſt planta.

Aethiopis. CAP. XC.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αἰθιοπὶς. *Lat.* *Aethiopis.* *Ital.* *Aethiopide.*

AEthiopis folia habet Verbasco similia, perquàm hirsuta, densaq́ue, in orbem circa radicem imam redacta: caulem quadrangulum, scabrum, similem Apiastro, aut Arctio, multis concauum alis: semen Erui magnitudine, geminum, in uno conceptaculo: radices ab eodem cespite numerosas, longas, glutinosas gustu, quæ siccæ nigrescunt duranturq́ue, ut cornua possint uideri. Plurima nascitur in Ida monte Troadis, & in Messenia. Auxiliatur purulentis excreationibus, ischiadicis, pleuriticis, arteriæ scabritijs, decocta radix & pota: quin & cum Melle, eclegmatis uicem præbet.

AEthiopis nec apud nos enascitur, nec ex Aethiopia adfertur, nec ex Ida Troadis aut Meßenia, ideoq; ignotarũ plantarum claßem subitura.

Arction. CAP. XCI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αρκτειον. *Lat.* *Arction.* *Ita.* *Arctio.* Gal. Bardane. Offi. Lappa.

ARction, aliqui potius Arcturon uocant, similis est Verbasco folijs, nisi quòd hirsutiora & rotundiora sunt: caule longo, molli: semine Cumini, paruo: radice tenera, alba, dulciq́ue. Decocta cum semine radix in uino, dentium dolorem mulcet, si contineatur ore decoctum. Ambusta pernionesq́ue fouentur eodem. Bibitur aduersus coxendicum dolores, & stranguriam, è uino.

ERrant qui Lappam minorem (quæ verum Dioscoridis est Xanthion) pro Arctio accipiunt. Quò fit vt ignota sit planta, Arction. Arctij semen tenuium est partium, modicè desiccat & abstergit.

Perso

Personata, siue Lappa. CAP. XCII.

NOMECLATVRA.

Græ. Ἀρκειον. *Lat.* *Personata.* *Ita.* *Lappa maggiore.* Gal. Gloteron. Off. Bardana maior.



Personata, siue Lappa.


PErsonata folia habet Cucurbitæ, maiora & hirsutiora, & crassiora: caulem albicantẽ, quanquam & interdum uidua caule reperiatur: radice intus cãdida, foris nigra. Hæc drachmæ unius pondere pota, cum pineis nucibus, purulenta & cruenta extussientibus auxiliatur: trita dolores à cõtorsionibus artuum contractos, illitu sedat. Folia utiliter antiquis ulceribus illinuntur.

ARction, Personata, & Bardana idẽ esse, ipse Dioscoridis cõtextus indicat: hac tamen alia maior est, qua rustici Itali, cum sub ardente canicula fruges aut demetunt, aut triturant, pileos quo æstum fallant, mentiuntur. Aparinem herbam, Rubiæ (quam vocant) similẽ, & quæ Speronella vulgo Italico dicitur, ac inter lentes nascitur, Lappã non esse, satis liquet. Arcion digerit & desiccat, & modicè astringit.

Petasites. CAP. XCIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. πετασίτης. *Lat.* *Petasites.* *Ita.* *Petasite.*



Petasites pediculus cubito maior, craßitudine pollicis, à quo prægrande folium, galeri modo amplum, ceu fungus dependet. Contra Phagedænas, & ulcera quæ cacoethe uocant efficaciter illinitur.

Petasites, non est ea Lappæ maioris species, quæ in fossarum ripis nascitur, sicut nec in Italia à Matthiolo reperta, cũ Ruellius dicat sibi in Gallia notam, & rusticis, Bardanam maiorem nominari.

* *Petasites.*

Epipactis. CAP. XCIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Επιπακτὶς.
Lat. *Epipactis.*
Ital. *Epipactide.*

Epipactis, ab alijs Helleborine, parua herba, fruticosa, exiguis folijs. Iocinoris uitijs utilis, & contra uenena pota.

Histo

Historiæ Epipactidis, in Dioscoride, breuitas, ignotam penè hanc herbam facit. Atenim nō dubitat Matthiolus, quin in Goritiano comitatu copiose nascatur, quòd inibi pusilla quæpiam herba nascatur, quæ omni sua effigiè, Epipactidis historiam representet. Cæterum Plinio, Elleborina, quod Elleborum nigrum referat, dicitur.

Capnos, seu Fumaria.

CAP. XCV.

NOMENCLATVRA.

Græ. καπνός. Lat. Fumaria. Ita. Capno.
Gal. Fumeterre.
Off. Fumus terre.



Capnos, seu Fumaria.

FVmaria fruticosa herbula est, prætenera, Coriandri similis: folis candidioribus, undiq; numerosis, cineracei coloris: flore purpureo. Huius succus claritatem facit oculis, delachrymationemq; : unde nomen traxit. Illitus cum gummi, euulsas palpebras renasci prohibet. Commanducata herba biliosam urinam trahit.

CApnos, Fumariæ nomen accepit, quod huius succus claritatem oculis faciat. Ver opportunum legendæ Fumariæ tempus, & eliciendo succo. Ad calidū temperamentū inclinat,

quod tamen frigiditas infrenet, dominetur licet in exterioribus partibus frigiditas: verum in ſicco, ſecundam claſſem ſubintrat. Laxat, confortat, & præparat. Qualitatis eſt amaræ, & pauxillum acris, & nullatenus acerba.

Lotus vrbana. CAP. XCVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Λωτὸς ἥμερος.
Lat. *Lotus urbana.*
Ital. *Loto domeſtico.*
Gal. Trefle odoriferant.
Offic. Trifolium odoratum.

Lotum urbanam, alij Trifolium uocant. Naſcitur in hortis. Extractus ſuccus, addito Melle, oculorum argema, nubeculas, cæteraſq; caligines diſcutit.

Syluestris Lotus. CAP. XCVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Λωτὸς ἄγριος.
Lat. Sylueſtris Lotus.
Ital. *Loto. ſaluatico.*

Sylueſtris Lotus, quam Trifolium minus appellant, plurimum in Lybia gignitur, caule bicubitali, & ſæpe maiore, alis multis: folijs Trifolij pratenſis: ſemine Fœnigræci, multò minore, guſtu medicato. Vim calfaciendi & leniter aſtringendi obtinet. Vitia cutis in facie, maculaſq;, cum Melle peruncta expurgat. Trita per ſeſe aut cum Maluæ ſemine, in uino aut paſſo, bibitur aptiſſimè contra dolores, qui ueſicam malè habent.

E Loti ſatiuæ floribus, præſtantiſſimum & iuxta expertiſſimum fit oleum in totius corporis & præcipuè iuncturarum dolores, & callos veteres, quod Andacoca ſicut & herbam, Arabes vocant. Sylueſtre huius genus, hactenus incognitum, ſiquidem exoticum eſt: nempè



* *Syluestris Lotus.*

in Lylia nascens. Lotus *satiua modicè; digerit, & desiccat, temperatè calida & frigida.* Lybicæ *semen, calidum est secũdo gradu, & aliquantum abstersoriũ.* Hæc Lotus, *Officinarum est* Melilotus.

Cytisus. CAP. XCVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κύτισσος.
Lat. *Cytisus.*
Ital. *Trifoglio cauallino.*

CYtisus, frutex est albus in totum, ut Rhamnus, ramos spargens cubito longiores, in quibus folia Fœnigræci, aut Loti trifoliæ, minora, dorso medio prominente. Ea digitis trita Erucam olẽt, gustataq́ Cicer sapiunt. Folia refrigerant. Tumores inter initia discutiunt, si cum pane trita illinantur. Decoctum potu urinam ciet. Nonnulli, quòd apes alliciat, prope aluearia serunt.

CYtisus copiosissimè in Italia *nascitur, effigiem referens picturæ* Dioscoridis *&* Pliniĳ. Italorum *quidam,* Trifoglio *cauallino: aliĳ,* Tribolo *nominant. Surculos profert frutex cubitales aut maiores, queis folia supereminent, veri* Trifoliĳ *similitudine, dorsulo in mediĳs prominente. Iis color candidus, & tritis* Erucæ *odor subolet: & commandu-*

catis, sapor prosilit cicerum recentium. Flores incani & muscosi propendent racemorum forma, quibusdam lutei, aliis candicantes. Is in Galliis etiã prouenit, in segetibus præcipuè hordaceis. Satio autumno vel vere fieri potest, semine subacto solo, & in areas digesto. Si desit, cacumina disponuntur, ita vt quoquouersus quatuor pedum spacia distent. Terram stercoratam desiderat. Si pluuia non incesserit, rigandum erit.

Lotus Aegyptia. CAP. XCXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. λωτὸς Αἰγύπτιος.

Lat. Lotus Aegyptia. *Ita.* Loto d'Egytto.

EST & in Aegypto Lotus, quæ in campis flumine inundatis prouenit, caule Fabæ: flore paruo, candido, Lilio simili, quem tradunt occidente sole comprimi, occludiq́ʒ, ad ortum autem aperiri: adduntq́ʒ caput ipsum uespera aquis condi, & ad exortum solis emergere. Caput quale Papaueris, maximum: & intus grana ceu Milij, quæ Aegyptij exiccant, & in panes cogunt. Radicem Lotus hæc habet mali Cotonei similitudine, quæ cruda coctaq́ʒ manditur: decoctaq́ʒ lutei oui qualitatem exhibet.

LOtus Aegyptia peregrina & nostro cœlo incognita planta, à Serapione cum duobus suprà descriptis Lotis, Andacoca nominatur. Ex huius semine tuso oleum exprimitur, quo Arabum sectarij in dolores iuncturarum vtuntur. Id tamen eius qui è floribus seu semine Loti vrbanæ elicitur, virtutem non extenuat, probato hactenus successu.

Millefolium. CAP. C.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μυριόφυλλον

Lat. Millefolium. *Ital.* Millefoglio.

Gal. Millefueille.

MYriophyllum, siue Millefolium, caulis est tener, singularis, unica nixus radice: plurimis folijs, læuibus, Fœniculo

ulo similibus: unde nomen accepit. Caulis flauescit uarius, ac eluti ex industria deliniatus. Nascitur in palustribus. Vulnera ecentia ab inflammatione uindicat, siue uel uiride, uel siccum x aceto oblinatur. Præcipitatis in potu, cũ aqua & sale datur.

Millefolium hoc, admodum à Stratiote Millefolio dissidet. Nam Millefolium vulgare in asperis agris, & circa semitas nascitur, non in palustribus, vt Myriophyllon. Adde his, quod illius folia nihil ad fœmiulum accedunt.

Myrrhis. CAP. CI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μυῤῥις. Lat. Myrrhis. Ita. & Offic. Cicutaria. Gal. Persil d'Asne.

MYrrhis simillima est Cicutæ, caule, folijsq́. Radix ei oblonga, mollis, rotunda, cibo non insuauis. Quæ pota in uino, Phalangiorum morsibus auxiliatur. Cit menstrua, & partus secundos, purgatq́ à puerperio fœminas. Subuenit & phthisicis cocta in sorbitione. Aiunt quoque eandem bis die térue potam, ex uino, in pestilentia salutarem esse, & ne morbi contagia sentiantur, obstare.

MYrrhis Cicutariæ apud herbarios nomen sumpsit, quod figura proximè ad cicutam accendat. Nascitur inter arbusta, ideoq; summopere cauendũ, ne eius loco, palustris Cicuta, quæ mortifera est, accipiatur. Atenim falluntur qui Angelicam vulgò dictã, plantam pro Myrrhide accipiunt. Siquidẽ Angelica, folia fert Pastinacæ domesticæ similia: Myrrhis, Cicutæ. Nec vero simile est, si Dioscoridi Myrrhis Angelica fuisset, eximium illũ & Aromaticum, quem Angelicæ radix exhalat, odorem silentio præteriturum. Ceterum cum Chærephyllon supra demonstrauerimus esse Gingidion, falluntur qui illud Myrrhidem existiment.

Myagrum. CAP. CII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μύαγρον. Lat. Myagrum. Ita. Miagro. Gal. Carmeline.

Myag

MYagron, aliqui Melampyron uocant, herba est surculacea, folijs Rubiæ, pallidis, tripedanea. Semen oleosum, Fœnogræco simile. Quod contusum igni torrent, perunctisq; uirgis ad lucernarum lumina utuntur. Hoc pingui, scabritias corporis leuigari, atque expoliri constat.

QVamuis Camelia aut Camamina Gallica quadantenus Myagrũ referat, satius est tamen de hoc dubitare, quàm præcipitato iudicio sententiam proferre. Sitque oleo Camelia parando, non medicinæ, donec compertius quid obueniat.

Onagra. CAP. CIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὀνάγρα. Lat. & Ital. Onagra.

ONagra, siue Onothera, aut Onuris, frutex est arboris instar, prægrandis, Amygdalino folio, sed latiore, Lilio non dissimili: flore Rosaceo, magno: radice candida, longa: cùm siccata est, uinum olente. Nascitur in montibus. Aqua in qua radix maduerit, in potu data, feras mitigat, & cicures facit. Illitu quoque tetra ulcera mulcet.

ONagra quantumuis ad mitigandas & cicurandas feras summã vtilitatem allatura fuerit, nullus est tamen qui commonstret.

Cirsium. CAP. CIIII.

NOMENCLATVRA.

Hræ. Κίρσιον. Lat. Cirsium. Ital. Cirsio.
Gal. La Buglosse.
Offic. Buglossa.

CIrsium, caulis est tener, duorum cubitorum, triangulo similis: ab imo foliola, Rosæ speciem referentia: anguli spinosi, per interualla molles: folia Buglosso similia, maiora, subcandida, modicè hirsuta, partibus extremis aculeata. Cacumen caulis orbiculatum, hispidum, in quo capitula purpurea, quæ soluuntur in lanugines. Radicem huius, loco laboranti adalligatam



gatam, dolores uaricum sedare Andreas scripsit.

Cyrsion, simpliciariorum bona pars, vulgarem Buglossam existimant, sed obstat, caulis rotundus, qui in Cirsio quadrangularis est: Sicut nec foliola ab imo, Rosarum specie, spinosis angulis producit, verum longa & continua: nec flores in lanuginem soluũtur, sed integri ferè decidunt, succidaneo in folliculis semine. Præstabit igitur hãc aut ignotam, aut Seplasiam Buglossam ducere.

* *Cirsium.*

Aster Atticus, seu Inguinalis.
CAP. CV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀστὴρ ἀττικός.
Lat, Aster Atticus. Ital. Aster Attico.
Gal. La petite Aspergoutte.

Aster Atticus cauliculus lignosus, florem in cacumine habens purpureum, luteúmue, & in ambitu diuisum, Anthemidis modo, capitulum: sed ea quæ caulem ambiunt folia, stellæ modo radiata, oblonga, hirsuta. Feruẽti stomacho, oculorum



Aster Atticus Inguinalis.

rum inflãmationibus, procidu æ sedi, ac inguinibus illitu auxiliatur. Tradunt purpureum florem, si ex aqua bibatur, anginis, & pueris comitiale malum sentientibus, opitulari. Inguinum inflammationi recentem illinire conuenit. [redacted]

Asterem Asticum iam superius, in capite de Eryngio, ostendimus non eandem cũ illo esse plantam. Aster autem dicitur, quòd in ipsa capituli diuisura, folijs sit per ambitum stellæ more radiatis. Notissima est planta, nasciturque in asperis excultis. Porro Inguinalis dictus, quòd non si illinatur tantũ, sed etiam si gestetur, inguinũ affectibus prosit. Mixtæ est, vti Rosa facultatis. Siquidem refrigerat, non tamen vehementer, digerit, & exiccat. nempe quod ei sit amara qualitas. Cordus in contextu capitis legit, florem purpureum & luteum, quòd pro locorum diuersitate, nequaquam flores nunc purpureos, nunc luteos proferant, sed quòd vtrunque colorem simul ijdem flores ostendant: medijs, luteis, radios exprimentibus, purpureis. Visa planta id discriminis auferet.

Isopyrum. CAP. CVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. ἰσόπυρον.

Lat. *Isopyrum.* *Ital.* *Isopyro.*

Isopy

ISopyron aliqui Phasiolon ob similitudinem uocant, quoniã folium quod est Aniso simile in pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis, Melanthij gustum imitantis. Contra tußim, & cætera pectoris uitia semẽ ex aqua mulsa bibitur: hepaticis, & sanguinem excreantibus utile.

[Sopyrum hodie incognitum, natura sui horti sepibus inclusit, hicque nisi ea prodente, actutum delitescet.

Viola purpurea. CAP. CVII.

NOMENCLATVRA.



Viola purpurea.

Græ. Ἴον. Lat. Viola. Ital. Mammola. Gal. Viollettes.

VIola alba pupurea foliũ habet Hederæ minus nuius ac nigrius tenec multò dißimile. Cauliculus à radice medius ꝓdit, in quo flosculus suauiter olẽs purpureus opacis & asperis nascit̃. Refrigi

frigerandi naturam habet. Folia per se & ex polenta illinuntur aptißimè stomacho æstuanti, & oculorum inflammationibusq́; sediisq́; procidenti.

E Violarum purpurearum sunt genere vt in totum persimiles, candidæ, quæ inodoræ, frigidis in locis proueniunt: & sub æstatem, Maio & Iulio mensibus, flores, supernè purpurei, in medio candidi, infernè lutei, plurimum ad Violas purpureas accedētes, nullo licet odore. folijs hæc planta constat rotundis, & per ambitū serratis, longitudine tamen ab incremento contracta, caulibus triangularibus, quadantenus striatis, & intus concauis, quibus paribus spacijs nodi superimminēt, è quorū concauo cauliculi exeunt, qui flores producant. Hæc Iaccea vocatur. Nec tamen ideò compertum, ea ne sit Iaccea, qua recentiores in intestinaliū rupturas vtuntur. Violæ facultatis sunt, aqueæ & infrigiditantis. Ex harum infusione sæpius repetita, terrestri in eo separata substantia, laudatißimus fit syrupus, ad soluendam aluum. Dosis in pleuresi, & alijs pectoris affectibus, quatuor vnciæ.

Cacalia. CAP. CVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κακαλία. Lat Cacalia. Off. Lilium conuallium. Gal. Muguet.

CAcalia, quæ Leontice uocatur, folia fert magna, alba: è quibus medius caulis emicat, rectus, albus, florem ferens Robori aut Oleæ similem. Nascitur in montibus. Radix in uino madefacta, aut Tragacantha, delinctu, aut manducatu, per se, tußibus, scabritijs arteriæ, medetur. Grana quæ post excussum florem innascuntur trita, & cum cerato illita, faciem erugant, & cutem extendunt.

CAcaliam, vt apparet, eruditiorum nullus agnouit. Huic recentiores perperam, Agrestis Carui, nomen indidere.

Bunium. CAP. CXI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Βούνιον. Lat. Bunium. Ital. Nauone saluatico. Gal. Herbe au charpentier.

Bunion

BVnion caulem ædit quadrangulum, procerum, digiti craſſitudine, in quo ramuli minutis folijs ac floribus ſcatent: folia proximè radicem, Apio ſimilia, longè tenuiora, Coriandrinis proxima: flores Anethi: ſemen odoratum, Hyoſcyamo minus. Vrinam ciet, excalfacit, ſecundas euocat, lieni, ueſicæ, renibus utile. Tam humidi quàm ſicci, expreſsiq́; ſucci caulibus, folijs, radicibusq́;, uſus inualuit ex aqua mulſa. Pſeudobunion palmi altitudine fruticat in Creta, folia ramulosq́; Napi ferens, acri guſtu. Tormina, atque ſtranguriam, laterumq́; dolores, ſanant quaterni rami eius poti in aqua: illiti quoque cum ſale & uino, tepentes, ſtrumas diſcutiunt.

BVnium in aruis incultis naſcitur, præcipuéque in locis frigidis. Pſeudobunium Cretæ peculiaris planta, nihil mirum ſi nobis ignota eſt.

Chamæciſſus. CAP. CX.

NOMENCLATVRA.

Græ. χαμαίκισσος. La. Chamæciſſus. Ita. Chameciſſo. Gal. Lierre terreſtre. Off. Hedera terreſtris.

CHamæciſſos folio eſt Hederæ, tenuiore, longiuſculo, ramulis à radice quinis ſenisue, dodrantalibus, folioſis: flore Violæ albæ ſimili, candidiore, ac tenuiore, guſtu ſupra modum amaro: radice tenui, candida, inutili. Naſcitur in cultis. Bibunt conuenientiſsimè iſchiadici folia, tribus obolis in aquæ cyathis tribus, tricenis quadrageniſue diebus. Eodem pota modo, ſenis aut ſeptenis diebus, regium morbum purgant.

CHamæciſſos aut humilis Hedera, nõ ea eſt planta, quæ Seplaſiæ eodem nomine, Hedera terreſtris, appellatur, maximè cum de ſpica tacuerit Dioſcorides, & notæ ſibi inuicem non reſpondeant.

Chamæleuce. CAP. CXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. χαμαιπεύκη. *La. Chamæpeuce.* *Ita. Chamapeuca.*

CHamæpeuce lumborum doloribus propitia est, herba uirens, incuruis folijs, surculisq́ꝫ, flore Rosaceo.

CHamæpeuce (nam ita, & doctè è Plinio legendum) & non Chamæleuce, folio constat Piceæ simili, pusillo, inflexo, inflexis & ramulis, flore roseo, non temerè à quouis cognita, licet Cordus Germanicè Senutamnen nominet. Proindè sustinendum parumper de ea pronuntiandi iudicium.

Buglossum, seu Lingua bubula.

CAP. CXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. βούγλωσσον. *Lat. Buglossum. Ita. Borragine.* Gal. Borrache.



Buglossum.

BVglossum nascitur in campestribus, & sabulosis. Iulio mense colligitur. Aiunt eam quæ treis thyrsos emittit: cum semine & radice tritam, potamq́ꝫ, cõtra tertianos horrores prodesse: quæ quatuor, ad quartanos. Ea in uino decoquitur. Herbam abscessibus utilem esse uolunt. Verbasco simile est, folium in terra sparsum, nigrius, asperum, bubulas imitans linguas. Quod in uinum deiectum, animi uoluptates auget.

BVglossum per Apuleium Lucanis, Corrago dicebatur, B, in, C, metathesi. Et id verum est, Borraginem vulgarem, ipsissimum esse Buglossum. Huius Borraginis species est, quam Officinæ Buglossam vocāt. Seritur nostro hoc tempore in hortis Italicis, Buglossi genus allatum ex Hispania, quod Buglossum domesticum vocant, magis ad Discoridis descriptionem accedens, quam Borrago hortulana. Bulgossum temperamento est calido & humido, & vino iniectum, animo lætitiam & voluptatem parit.

Cynoglossum. CAP. CXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ, κυνόγλωσσον. *Lat. Cynoglossum.*

Ita. Cynoglosso. Gal. Langue de chien

Off. Lingua canina.

Cynoglosson folia latifoliæ Plantaginis habet, arctiora, minora, languinosa: caule vacat, & humi sternitur. Prouenit in sabuletis. Folia Cum suillo adipe ueteri, medentur morsibus canum, alopecijs, & ambustis. Emollit aluum, decoctum herbæ ex uino potum.

CYnoglossam videre est in macris per Gallias, & arenosis locis, multum à Seplasia dissidentem, ramusculis bicubitalibus, flore purpurea, semine in lappaceis vmbilicis rufo & exili. Errant qui Lycopsin & Cynoglossam, pro eadem planta accipiant.

Phyteuma. CAP. CXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. φύτευμα. *La. & Ita. Phyteuma.*

PHyteuma folia habet Radiculæ, minora: copiosum semen, perforatum: radicem paruam, tenuem, per summa terræ nitentem: [redacted].

PHyteuma amatorijs apta lenocinijs, à nobis ignorabitur, nisi hanc Venus quæpiam, vel Cupido promouerint.

Leontopodium. CAP. CXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. λεοντοπόδιον, Lat. Leontopodio, Ita. Leontopodo. Gal. & Off. Cruciata.

LEontopodium duûm digitorum herbula est, folia ferens angusta, longitudine ternum quaternúmue digitorum, hirsuta, quæ iuxta radicem lanosiore flocco canescunt, capitula in summo caule quasi perforata: flores nigri: semen usque adeò spissa lanugine inuolutum est, ut sæpe fallat: radice parua cohæret, [redacted].

LEontopodium, suis artibus sufficiens Cupido, ab hominis notione sustulit. Siquidem cogi Cupidines nolunt, ducere assueti.


Hippoglossum. CAP. CXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. ἱππόγλωσσον. La. Hippoglosson. Bislingua. Off. Vnularia. Gal. Langue de villain.

HIppoglosson frutex est folia habens Rusci tenuis figura, & spinosam comam, & in summo, seu linguas e folijs exeuntes. Capitis dolorem corona ex comis imposita minuit. Malagmatis radix succusq; admiscetur.

SAtis id conuenit Hippoglosson, & Italorum Bonifaciam eandem esse plantam. At Bonifaciam & Alexandrinum Laurum diuersas esse plantas, in capitis de Lauro Alexandrina annotationibus commostrabitur. Hippoglosson valentissima in matricis affectus planta. Foliorum radicisve puluis coclearis mensura præbitus, matricis suffocationi præsenta


* Hippoglosson.

ſentaneum eſt remedium. Hæc herniæ, inteſtino in ſcrotum deeidente, eximiè ſubuenit, hauſto ſub orientem ſolem, huius cum carnium iure puluere, verum inteſtinum primis diebus ex hernia erupturum videtur, ſed poſtea conſolidatur, & in priſtinum ſtatum redit, ideoq; braccis hæc exterior eruptio coercenda. Blæſis etiam auxiliatur.

Antirrhinum.

CAP. CXVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ἀντίῤῥινον. Lat. Antirrhinũ. It. Antirrhinõ Gal. L'Oeil de chat.

ANtirrhinon, alij Anarrhinon uocant, herbam caule & folijs Anagallidi ſimilem: flore albæ Violæ, purpureo: ideoq; ſylueſtris Anagallis nominata eſt: ſemine uituli narium ſimili. Tradunt perunctos ea, tum oleo Lilino, uenuſtiores fieri: nec ullo medicamento lædi poſſe, ſi quis appenſum geſtet.

ANtirrhinon maioribus eſt quàm Anagallis folijs, cætera ſimile, in campeſtribus & aſperis naſcitur. Facultate Aſteri Attico, licet inſirmiori, propinquum.

Catanance. CAP. CXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. κατανάγκη. Lat. & Ita. Catanance.

EX eo genere una, folia Coronopi habet, longa, radicem, Iunci modo, prætenuem: capitula sena, septenaue, in quibus Erui semen inest. Arescens in terram flectitur, & se contrahit ad speciem unguium milui exanimati. Altera Mali paruæ magnitudinem explet, radice exigua Oliuæ magnitudine: folijs quoque Oliuæ colore, & figura, mollibus, diuisis, humi inclinatis: semen, ut Cicer, minutum, in uirgulis dependet, punicei coloris, multis foraminibus pertusum. Vtramque narrant in amatoria expeti. Thessalicæ mulieres his uti traduntur.

THessalicis, in amore, veneficijs vsurpata Catanance vtraque species, nihil r fert si à nobis non cognoscatur. Nam id iuris in homines Cupido exercet, vt herbaceis nihil necessum habeat auxilijs vti.

Tripolium. CAP. LCXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. τριπόλιον. Lat. Tripolion. Ita. Tripolio.
Gal. & Off. Turbith.

TRipolion in marinis nascitur locis, quæ allidit unda, recedensq́ dimittit, neque in mari, neque in sicco: folio Glasti crassiore: palmeo caule, in mucrone diuiso. Eius, ut tradũt, flores colorem ter die mutant, manè candidi, meridie purpurei, serò punicei conspiciũtur: radice alba, odorata, calidi gustus. Quæ drachmis duabus in uino pota, aquam, urinamq́ per aluum extrahit. In medicamenta digeritur, quæ uenena arcent.

Serapio

Serapionis & Auicennæ Turbith:(quod ipsum est Tripolium)non est Turbith Officinarum. Nam licet hoc candidum sit & solutiuum, nullam tamen odori flagrantiam, nec gustui acrimoniam reddit. Mesue Turbith, ex Actuario, Alypi est radix, atque adeò ipsum Turbith, quo hodie Seplasiæ vtuntur. Quod verò ex S. Angeli monte Turbith asseritur, Thapsiæ, & per actuarium, Pityusæ est radix. Proinde verum Dioscoridis Tripolium & perinde Serapionis & Auicennæ Tribith, nobis erunt incognita. Attamen Tripolij radix, temperamento est tertio ordine acri & calido.

Adiantum. CAP. CXX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀδίαντον. *Lat.* *Adiantum.* *Ita.* *Adianto.*
Off. Capillus Veneris.



Adiantum



Politrychon.

ADianton, Polytrichon, pusilla gerit folia: similia Coriãdri, in summo incisuris diuisa: cauliculi, quibus exoriũtur nigro colore nitent, prætenues, palmum alti: radice superuacua, neq; caulem, neque fructum, neque florem profert. Decoctũ herbæ potum, prodest spirandi difficultati, suspiriosis, lieni, & felle suffusis, & urinæ difficili, calculos frangit, aluum sistit, serpentium morsibus auxilio est. Contra stomachi fluxiones in uino bibitur. Secundas ciet, & menstrua. Sãguinis reiectiones inhibet. Contra serpentium morsus cruda herba illinitur, alopecias densat, strumas discutit, furfures, & manantia capitis ulcera, ex lixiuio emendat. Defluentes capillos continet, cũ Ladano & Myrtino, & Susino, aut Hyssopo, uinoq;. Decoctum eius cũ lixiuio, & uino infusum, idem præstat. Coturnices & gallinaceos pugnatiores facit, in cibos eorum additum. Seritur gratia utilitatis pecorum: circa ouilia. Vmbrosis, & palustribus, circa parietum aspergines, & fontium specus enascitur.

Filicula, seu Trichomanes.

CAP. CXXI.

NOMENCLATVRA.

Gr. τριχόμανες. *Lat. Trichomanes. Ital. Trichomane.* Off. Polytrichon.

TRichomanes nascitur eisdem in locis, quibus Andianton Filici simile, sed exilius: folijs Lenticulæ, tenuibus, in ordinem utrinque digestis, aduersis in se, in ramulis tenuibus, acerbis, fusco colore splendentibus. Eadem quæ & Adiãton præstare posse constat.

QVi Theophrasti caput decimũ tertiũ, libri de historia plantarũ septimi legerit: Plinij, in libri vicesimi secũdi capite vicesimo primo, errorẽ deprehẽdet, qui Adiãti, qđ in eodẽ auctore est secundũ genus, Trichomanẽ, seu Filiculã faciat, quæ seplasijs est Polytrichõ. Atenim Adiãtũ nigrũ Theophrasti, illa est planta, quã seplasiæ pro Capillo Veneris,

& usu

...& vsu & nomine pducunt. Nigrũ autẽ, quod nigro colore cauliculi splẽ...escãt, dicitur. Albũ vero, quod cũ Trichomane, & vulgari officinarũ ...olytricho, veteribus muris, & fluuiorũ cauernulis & humẽtibus tu...ulis innascitur, folijs in viridi obscuris, minutim incisis, & per luteas ...inferiori parte maculas distinctis, caule gracili, in viridi cãdicãte, fir...mo & frexili. Id quidã Rutã murariã, alij Saxifragiã vocãt. Nec ob id ...amẽ ea erit Saxifragia, quæ inter saxa erũpit. Siquidẽ Epithymo simi...s, capillacea in totũ est frõde, qđ multũ à cãdido Adiãto distat. Adiãtũ ...edio est inter frigidũ & calidũ tẽperamẽto, desiccat tamẽ discutit & di...erit. Filicula, gustu est, ex acri, dulci, & amaro permixto, & in radice ...cerbo.

Xanthium, siue Lappa. CAP. CXXII.

NOMENCLATVRA.



Xanthium.

Gr. Ξάνθιον. Lat. Xanthion. Ital. Lappola minore.

Gal. Glouteron. Off. Lappa inuersa.

XAnthium nascitur læto & pingui solo, & lacubus exiccatis, caule cubitali anguloso, pingui, prodeuntibus ex eo crebris alis. Folia Atriplicis habet, insecta, Nasturtium odore imitantia: fructum grandis Oliuæ modo, rotundum, & ut Platani pilula, spinosum, qui

contactu uestibus adhærescit. Is antè collectus quàm perfectè siccescat, tunditur, & fictili uase reconditur. Flauos autem facit capillos, si acetabuli instar tepida aqua madescat, mox caput, Nitro antè perfrictum, illinatur. Alij in uino tundunt, & ita asseruant. Semen aptißimè tumoribus imponitur.

XAnthion publicis vbique itineribus & lacubus exiccatis nascitur. Phasganion Galenus vocat, & eius semini vim digerendi tribuit.

Aegilops, siue Festuca. CAP. CXXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αἰγίλωψ. Lat. Aegilops.

Ita. Egilopa.

AEgilops herbula folia tritici habens, sed molliora, in summo capite semina bina ternáue rubra, quibus aristæ quasi capillaceæ exeunt. Illita cum farina herba, ægilopijs medetur: duritias discutit. Succus farinæ admixtus siccatur, & eorundē gratia reponitur. Bromus herba Aegilopi similis, exiccatoriā uim habens, decoquitur cum sua radice in aqua ad tertias, & iuri colato par modus Mellis adijcitur: rursus incoquitur, dum liquidi Mellis craßitudo fiat. Linteum eo humore imbutum, & naribus inditum, contra graueolentiam ulcerum efficax est. Aliqui tritam Aloën addunt, & eo modo utuntur. Cum siccis Rosis cocta in uino, grauem oris halitum emendat.

AEgilops hordeaceis & speltaceis campis innascitur. Atenim inter hanc, & Auenam, quāuis longè spectantibus nihilum distare videantur, grandis est differentia. quod facile cuiuis, qui caput hoc, cum secundi libri cap. octogesimosexto contulerit, manifestum erit. Aegilops vim habet maturandi, quod è gustu, qui leuiter acris est noscitatur.

Glaux. CAP. CXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ.

Græ.γλαυξ.Lat.Glaux.Ita.Glauco.
Gallicum nomen non
habet.

Glaux Cytiso & Lenticulæ folijs similis, quæ supernè uirent, auersaq; candidiora spectantur: ramuli à terra exiunt quini seniue, tenues ab radice, dodrantem alti: flores ceu uiolæ albæ, purpurei exeunt, minores tamẽ. Nascitur iuxta mare. Coquitur cum hordeacea farina, sale & oleo in sorbitione, ad reuocandam extincti lactis ubertatem.

Glaux, Ruellio, vt apparet, & Cordo cognita, huicque non in maritimis tantum nasci, sed in siccis etiam, & apricis montibus, & abruptis vijs inuenitur. Sed cum neuter vernaculum nomen proferat, è Ruellio conijcit Matthiolus, illum de herba quam Itali, Galegam, & Rutam caprariam vocant, intelligere. At flores obstant & ramuli, qui non raro bicubitales sunt: & natales differunt: Glaux in maritimis nascitur, Galega abundè vbique prouenit.

Polygala. CAP. CXXV.

NOMENCLATVRA.

Græ.πολυγαλον.Lat.& Ita.Polygala.

Polygala palmi altitudinem petit: folijs Lenticulæ, gustu adstricto. Quæ pota, lactis abundantiam facit.

Polygala, nisi aliquo prodente Mercurio, incognita in Lacteo orbe delitescet. Nã Dioscoridis & Plinij in ea describenda breuitas, omne iudicium sustulit.

Osyris. CAP. CXXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ.οσυρις.Lat.Osyris.Ita.&
Off.Linaria.

Osyris frutex est niger, ramulos ferens tenues, lentos, fractuq; cõtumaces: et in his folia, quaterna, quina, senáue, ceu Lini, nigra in initio, dein colore mutato rubescentia. Decoctũ eius potum, iuuat arquatos,

Osyris,

Osyris, quod caule & folijs Linum exprimat, Linaria vocatur, & quãuis floris nihil meminerit Dioscorides, is tamen aureus est. Osyris amara est, aperit, & laxat.

Aspera Smilax. CAP. CXXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. σμίλαξ τραχεῖα. *Lat. Smilax aspera.*
Ita. Rouo ceruino.



** Smilax aspera.*

Smilax aspera, folia habet Periclymeni: sarmẽta tenuia, multa, Rubi modo aut Paliuri aculeata, arbores scandit, ab imo ad summa perreptans, se conuoluens eis. Fert racemos exiles, qui maturi rubescunt, gustumq́ leniter mordent. Nascitur in palustribus & asperis: radice dura, crassaq́. Folia & acini, & antè & pòst epoti, uenenorum antidota sunt. Tradunt, si infantibus nuper in lucem æditis, quid ex his tritum propinetur, nulla postmodum uenena nocitura. Inciditur etiam ad alexipharmaca, id est, ad ea medicamenta, quibus uenena arceantur.

Læuis

Læuis Smilax. CAP. CXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. σμιλαξ λεία. *Lat. Læuis Smilax. Ita. Vilucchio maggiore.* Gal. Pommes de merueilles.



Smilax læuis.

Læuis Smilacis folia Hederæ similitudinẽ habent, molliora, læuiora, tenuiora. Huius sarmenta nullis horrent spinis. Conuoluitur arboribus, ut prior: fructum parit Lupini modo nigrum, exiguum, floribus in cacumine perpetuis, multis, rotundis. Hac Smilace, quadam topiariorum arte, tentoria contra æstus molestiam factitantur. Folia per autumnum decidua. Semine cum Dorycnio poto, ternis singulorum obolis, uaria & tumultuosa in somnis obuersari traduntur.

Smilax *aspera,* Hederæ *genus est,* Cilicia *cognomine, importata ex ea terra in* Græciam. Abundè *in* Thuscia *nascitur, & in syluis frequens arboribus circumplicita cernitur.* Nec *minori abundantia* Smilax *læuis in* Thuscia *prouenit.* Hæc *officinarum est* Volubilis. Hic *admonendi lectores, ne* Dioscoridem *& ex eo* Galenum *erroris insimulent, quod duas has diuersas cum vna sint, plantas faciant.* Nec *de temperamenti æqualitate contendant, aut* Galenum *in eo cœcutijsse existiment.* Vt *vero longius*

longius rem repetam, Phasioli, Itali fagiuoli vocant, candidi sunt, rubentes, lutei, & diuersis variegati coloribus. Candidi, pusilliore quam cæteri grano, aliorum leguminum more per campos seruntur. Rubentes, lutei, & variegati, seruntur in hortis, & ad fructum, & ad vmbracula. Hortenses hi Phasioli, qui diuersis coloribus constant, & ab Italis, fagiuoli Turcheschi, nominantur, vera sunt, Smilax hortensis, quæ à Dioscoride sub secundi libri finem descripta, nec aliud à Dolichis Theophrasti & Galeni. Porro diuersa ab ea est, Smilax aspera, quæ Italis, Hedera spinosa, & Rouo ceruino. Et læuis, Viluchio maggiori. Hæc fructum ferēs Lupini modo nigrum, flores candidos & orbiculatos, nō admodum ad Smilacem hortensem accedit, quæ siliquas profert fœnigræci, semine inæqualis coloris, magna tamen ex parte flauescentis. Cæterum mediciuæ symmistis Dioscoridi & Galeno obloqui, num in ipsum Iouem tonantem cum Socrate oppedere est? Nec pudentioris modestiæ rem sibi non cognitam, alijs incompertam facere.

Ruscus. CAP. CXXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. μυρσίνη ἀγρία. Lat. Syluestris Myrtus. Ita. Pongitopi. Gal. Houx. *Off. Bruscus.*

Syluestris Myrtus, aliquibus Oxymyrsine, aut Myrtacantha, Latinis Ruscum appellatur. Folium fert Myrti, latius in formam lanceæ mucronatum. Baccæ per maturitatem rubescūt, rotundæ, à medio folio dependentes, osseo intus nucleo. Cubitales ramuli ab radice exeunt, uitilium modo lenti, fractu contumaces, foliosi: radice Graminis simili, acerba, & subamara. Folia & baccæ in uino potæ urinam cient, menses pellunt, uesicæ calculos frangunt, stillicidio urinæ medentur, dolores capitis sanāt, et regium morbum. In asperis & præcipitibus locis enascitur. Decoctum radicis in uino potum, eosdem præbet effectus. Cauliculi recentes, Asparagorum uice, in cibo sumuntur: amari aūt sunt, sed urinam mouent.

Ruscum

RVscum spinosam plantam, Itali ab effectu, Pongi topi vocant, quòd fibulis carni salsæ circumpansilis, foliorum aculeato mucrone ea mures inhibeat. hæc planta similem sui arborem habet, & Græcis ...uestris Myrtus, à foliorum similitudine dicitur. Iampridem is explo- ...error, qui Cubebas, Oxymyrsinæ fructus putaret.

Laurus Alexandrina. CAP. CXXX.

NOMENCLATVRA.

Gr. δάφνη αλεξανδρεια. Lat. Laurus Alexandrina. Ita. Lauro Alexandrina. Gal. Laurier d'Alexandrie.

LAurus Alexandrina folio est Rusci, maiore, molliore, et candidiore: semine inter folia rubro, Ciceris magnitudi- ...e: ramos spargit in terra, dodrantales, interdum longiores: radi ...Syluestri Myrto simili, maiore, molliore, odorata. Inuenitur in ...ontosis. Difficiles partus accelerat, radice pota sex drachma- ...um pondere in uino dulci, & stillicidio urinæ auxiliatur: sed ...nguinem extrahit.

SIquidem Laurus Alexandrina & Hippoglossum, vnam & eandē plantam duxisset Dioscorides, nihil necesse fuerat secretis & adeò ...ropinquis capitibus tractasse. Adde his quòd quamuis vtriusque folia ...usco maiora describat, Hippoglossum tamen pingit spinosa coma, & ...summo ceu ligulas è folijs emergentes. At in Lauro Alexandrina nul ...um ligularum è folijs prodeuntium mentionem facit, cum eam dicat fo ...is esse Rusco maioribus, mollioribus, & candidioribus, & ramos p ter- ...am spargere dodrantales, interdum maiores. Porro priuatim Lauro ...lexandrinæ, radicē tribuit Rusco maiorē, teneriorē, & odoratā, partui ...ccelerādo propitiā, quod diuersas esse plantas, Hippoglossum & Lau- ...um Alexandrinam, ostendit. Matthiolus qui Hippoglossum in comita ...us Goritiæ montibus viderit, Laurū Alexandrinam veram commōn- ...rantem non inuenit. Hæc calida, gustu acris, & amara est.

Daphnoides. CAP. CXXXI.

Græ. δαφνοειδὲς. La. Daphnoides. Ita. Laureola.

Daphnoi

Daphnoides cubiti altitudine fruticat, ramis flexilibus obsequiosisq́ multis, inde sursum uersus foliosis: cortex supra modum uiscosus ramos uestit: folia Lauri, graciliora, & molliora, fractu contumacia, quorum gustatu os, & fauces incenduntur: flores cādidi: bacca, cùm ematuruit, nigra. Radix inutilis. Nascitur in montosis. Pituitas extrahit folium recens uel aridum in potu, menses ciet, & uomitus: caput inanit commanducatum, sternutamenta mouet. Baccæ quindecim potæ, aluum resoluunt.

Chamædaphne. CAP. CXXXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. χαμαιδάφνη. *Lat.* Chamedaphne.
Ita. Laureola maschio. *Off.* Laureola mas.

Chamædaphne uirgas emittit cubitales, singulari ramulo constantes, rectas, tenues, leues: folia Lauri similitudine, leuiora multò, ac uiridiora: semen rotundum, rubens, annexum folijs. Illinuntur capitis doloribus: trita folia, stomachi ardores mulcent: ad sedanda tormina, cum uino bibuntur. Potus cum uino succus, menses & urinam ciet. Idem facit pesso appositus.

Laureola notißima Italiæ planta, in vallis Ananiæ montibus magna abundantia nascitur. Errant tamen qui Laureolam, MeZereō esse putant. Nam MeZereon Chamelæa est, qua de hoc in libro scribit Dioscorides. Chamædaphne, Laureolæ est non absimilis, præterquā quod illa singulari ramulo constat, cui folia per ambitum insident, & in cyma rotundam vmbellam efficiunt, quæ deinceps semen, Laureolæ simile, depromat. Et ob id eam nonnulli Laureola maschio nominant. Clematidem, primò libro à Dioscoride descriptam, quæ & Prouenca est, Chamædaphnē existimauit Plinius, quod plerosque induxit vt crederent, Prouencam, veram esse Dioscoridis Chamædaphnem. At virtutes quas

Vinca

Vincaperuinca tribuit Plinius libri 21. cap. 11. cum eis collatæ, quas idem, Dioscoridi concinens, libri. 24. cap. 15. veræ Chamædaphnæ assignat, diuersè de ijs sensisse reperiat, nec foliorum Lauri similitudinem, nihilum de differentia detrahere.

Veratrum album. CAP. CXXXIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἐλλέβορος. *Lat.* *Veratrum album.* Ita. *Elleboro bianco.* Gal. Veratre. *Off. Elleborum album.*



Helleborum album.

Helleborum album, Latini Veratrum album uocant, fert folia Plantaginis, aut Betæ syluestris similia, sed breuiora, & nigriora, rubescentia: caulem cauum, quadrantalem, tunicis conuolutum cùm arescere cœpit: radicibus nititur multis, tenuibus, ab oblongo & exiguo capite exeuntibus, Ceparum modo fibratis. Nascitur in montibus et asperis. Radices messibus colligendæ. Optimum habetur candidum, friabile, carnosum, modicè extentum,

tentum, nec tamen Iunci modo mucronatum, quod frangendo puluerem emittit, & tenuem habet medullam, gustu non admodum feruens, neque saliuam subinde ciens, huiuscemodi autem strangulat. Primatum Cyranaicum tenet. Galaticum autem & Cappadocicũ, candidiora, & puluere quodam obsita, celerius strangulatus mouent. Vomitione autem uarios extrahit humores: collyrijs admiscetur, quæ caliginem oculorum discutiunt: partus impositum necat, menses pellit, sternutamenta excitat: mures interficit, cum Melle & pollenta subactum: absumit carnes, si coquatur unà. Datur per se ieiunis, & cum Sesama, aut Ptisanæ succo, aut Halicæ, aut Lentis cremore, cum aqua mulsa, aut pulte, aut quauis alia sorbitione. Cogitur cum pane, & ita inassatur. Præparatio corporum, ac uictus ratio, diligenter tradita est, cùm ab his quide medica eius potione scriptitarunt, tum maximè à Philonide Siculo Ennensi, cui nũc assentimur. Quippe longum nimis esset, in hac præsertim æditione de materia, simul medicam curandi rationem exponere. Dant nonnulli in pultis sorbitione, aut copioso Halicæ cremore: aut paucum antea cibum dari præcipientes, statim Veratrum offerunt, ijs præsertim, quibus strangulationis suspicio imminet, aut ualetudo corpus infirmat. Hoc enim modo deiectio nihil periculi minatur, quòd cibo munitis, non intempestiuè medicamentum corporibus offeratur. Vomitiones concitant subditæ ex eo balani, cum aceto.

Veratrum nigrum. CAP. CXXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἐλλέβορος μέλας. Lat. Veratrum nigrum.

Ita.



Veratrum nigrum.



Album.

Ita. Elleboro nero. Off. Elleborus niger.

HElleborum nigrum appellatur Melampodion, quoniam caprarum pastor nomine Melampus, furentes in se Prœtidas, primus purgasse, & sanasse fertur. Folia ei uirida, Platani similia, minora, folijs Sphondylij proxima, subaspera, nigriora, pluribus diuisuris incisa: caulis asper: flores purpurei, candidi, racematim cohærentes: semen Cnici, quod in Anticyra Sesamoides uocãt, quo deiectiones moliuntur. Radicibus cohæret nigris, tenuibus, à capitulo Cepæ simili confibratis, quarum est usus. In collibus, asperis, & sitientibus locis enascitur. Optimum est quod ex huiusmodi petitur terris, ut ex Anticyra. Nigrum inibi probatissimũ gignitur. Eligi debet corpulentũ & plenũ, in quo tenuis sit medulla, acre gustu, feruẽsq́, cuiusmodi est in Heli-

cone, Parnaso, & Aetolia natum, attamen Heliconium præcellit. Veratrum nigrum purgat uentrem, detrahit bilem pituitasq́; datum per se, aut cum Scammonia, & tribus obolis, siue drachma salis. Decoquitur cum Lente & iusculis, quæ purgationis causa sumptitantur. Prodest morbis comitialibus, melancholicis, insanientibus, articularijs doloribus, & resolutis. Menses inditum trahit, partus necat, purgat fistulas impositum, & tertia die detractum. Item contra grauitatem auditus in aurem demittitur, ibiq́; in alterum aut etiam tertium diem esse sinitur. Scabiem sanat, illitum cum Thure, aut cera, & pice, & Cedrino oleo: uitiligilinibus, lepris, impetiginibus, ex aceto medetur: dentiū dolorem collutione mitigat, erodientibus medicamentis commiscetur. Hydropicorum uentri utilissimè imponitur, factum ex eo, farina hordeacea, & uino, cataplasma. Consitum proximè radices uitium, uinum purgandi facultate donat. [redacted] Veratri albi modo emedullatur.

VEratrum album & nigrum, Italiæ notissimæ plantæ. Attamen albi Veratri vnica, cum nigri tres diuersæ sint species. Vna quæ (vt scribit Dioscorides) flore constat purpureo. Secunda, quæ candido. Tertia in viridi luteo. Tres hæ species, vt flore, itidē & virtute & operatione diuersæ sunt. Nā posteriorū duarū nullus penè repperitur succisus. Quod ipse deprehēdit Matthiolus, cū ijs vbi purpureus deerat, vteretur. At purpureo, post longā quartana laborantiū per syrupos præparationem, medio & frigidissimo vere, perfectam sanitatē induxit. Sed nec vnquam indè falsus est quin pro suo more præparans (nempe in infusio

fusio

...ufione) quemuis quaternarium, si non primum, at secundariè sanaret. ...ec aliter in melancholicis, per albi infusionem succeßit, nullo tamen e...ergēte incommodo. Quod Tridentini fortaßis vt frigidi, cœli causa cō...igit, & quod probè correctum. florent tres hæ nigri species mense Mar...io, purpureus maximè, in sylua, quæ è Goritia in Carniolæ Lubianã ...ur. Huius radices, nigriores, carnosiores, & solidiores, alijs quæ cæru...æ, & subalbidæ sunt. Veratrum nigrum quadrupedes conficit, albo ...s innocuo. Veratrum statim è terra erutum, purgandum est primum, ... quicquid est caulium eradendum, tum in vmbra siccandum & sepo...endum. Puluis valentior infusione, sed non nisi robustis offerendum. ...osis, Actuario, tres oboli, plus aut minus, pro ægrotantium habitu. ...eratrum album & nigrum excalfacientium & desiccantium tertij ...unt ordinis, cùm nigrum, gustu caliditatem ampliorem, album ama...orem maiorem præferat.

Sesamoides magnum.

CXXXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σησαμοειδές. Lat. Sesamoides. magnum. Ita. Sisamoide maggiore.

SEsamoides magnum, in Anticyra Helleborū uocant, quoniam albo Veratro in purgationibus misceatur. simile est ...enecioni aut Rutæ: longo folio: flore candido: radice gracili, ...gnaua: semen gustu amaro, cætera Sesamæ simile. Ventrem de...rahit datur tritum ad bilis pituitæq́; deiectiones, quantum tri...bus digitis capitur, addito Veratri albi sequiobolo, ex aqua mul...a. Sesamoidi paruo cauliculi sunt dodrantales: folia Coronopi, ...minora, hirsutiora: & in cauliculorum cacumine capitula, flo...rum penè purpureorum, medio eorum albo: semen Sesamæ, ful...uum, amarum: radix tenuis. Detrahit bilem pituitasq́; semen ex ...qua mulsa potum dimidio acetabulo. illitum ex aqua, tumores ...c tubercula discutit. Nascitur in asperis.


CVm Sesamoidis vtrūque genus in sola Autycira nascatur, nihil mirum si hoc careamus, ac ideo incognitorum simplicium ordine

censebitur. Quanuis Cordo, Sesamoidis minoris, vires, & radicum delineationem referre putet, quam seplasiis Agyrthæ, pro Veratro nigro venditant. At natales obstant.

Syluestris cucumer. CAP. CXXXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σίκυς ἄγριος. Lat. Cucumis syluestris. Ita Cocomero saluatico. Gal. Cocombre sauuage. Off. Cucumis Anguinus.



Cucumer syluestris.

CVcumis syluestris fructu solo distat à satiuo Cucumere, quem longè minorem parit, oblongis glandibus non dissimilem. Folia atque sarmenta satiui refert: radice candida, magna. Nascitur in sabuletis, & ruderibus, frutice in totum amaro. Instillatus foliorum succus, aurium dolori conuenit. Illita ex polenta radix, ueterem omnem tumorem discutit: imposita cum resina Terebintina, tubercula rumpit: ischiadicis infunditur, podagras discutit, decocta ex aceto, & illita. Eius decocto dentes in dolore colluuntur. Aridæ farina impetiginē, lepras & uitiligines absterget, nigris cicatribus colorē reddit, & in facie maculas expurgat. Radicis succus sesquiob

uioboli pondere, & item cortex, acetabuli quarta parte, bi-
m pituitamq́ deijciunt, præsertim in hypropicis: (deiectiones
utem citra stomachi iniuriam mouet) radicis selibra, in uini
ræsertim Libyci hemina conteritur, danturq́ ex eo terni cyathi
iduo, dum tumor abunde deprimi cernatur. E fructu huiusce
ucumeris, fit medicamentum quod Elaterium uocatur, ad hūc
iodum: Decerpti Cucumeres, qui tacti protinus exiliunt, seruā-
ur nocte una: postridie imposito supra craterem rariore cribro,
trisque manibus prehēsi, sigillatim supino cultro, sursum uer-
us aciem habente, finduntur: atque per cribrum humor in sub-
ectum uas exprimitur: simulq́ carnosum quod hæsit cribro,
uò facilius excidat, eliditur: quod ita pressum est, residere sini-
ur, atque in uicinam peluim dimittitur: coaceruata autem in cri
ro, segmina, dulci aqua perfunduntur, & denuò pressa abij-
iuntur: humor in pelui agitatur, & linteo opertus, soli exponi-
ur, dumq́ steterit, tota supernatans aqua cum humore concre-
o, effunditur: hoc uerò identidem fieri solet, donec existens aqua
iquescat: qua stillatim exhausta, sedimentum mortario suscipi-
ur, & conterendo cogitur in pastillos. Sunt qui ad hauriendam
rotinus succi abundantiam, cribratos cineres humi inspargant,
& medium cauantes, triplicatum linteum obtendant, per quod
elaterium cum sua humilitate diffundunt, siccatumq́, in pila, ut
dictum est, conterunt. Aliqui pro dulci aqua marinam perfun-
dentes, ita eruunt. Alij in nouissima lotione mulsam aquam re-
spergunt. Elaterium optimum esse constat, leue, non pondero-
sum, cum candore leniter humectum, gustu amarissimū, quòd-
que lucernarum luminibus obiectum, facilè flagret. Porraceum
tamen scabrumq́, si turbidum spectetur, atque Erui cinerisq́ ple
num sit, graue & uitiosum esse solet. Nec desunt qui Cucumis
succo Amylum immisceant, ut candorem ipsum & leuitatem
imitentur. A bimatu ad decennium deiectionibus utile est.

Integer modus, obolus est: minimus, semiobolus: pueris, chalci duo: siquidem copiosius, periculum adfert. Bilem ac pituitam utrauis parte extrahit. Optima suspiriosis est purgatio. Quod si in animo sit deiectionem moliri, adiecto salis duplo, & Stibij quod colorare sufficiat, ex aqua Erui magnitudine catapotia, dato, postea cyathus unus aquæ tepidæ sorbeatur. Ad citandas tamen uomitiões aqua diluens Elaterium, subiectas linguæ partes penitißimè pinna oblinito. Quòd si quisquam difficilius euomat, oleo aut unguento Irino resoluito, somnum inhibeto. Porrò his qui eximiè uacuantur, continuè uinum & oleum dari cõuenit, etenim uomendo restituuntur. Quòd si uomitiones non finiantur, aqua frigida, polenta, posca, poma, & quæ stomachum densando corroborant, offerenda sunt. Ciet Elaterium menses: partus enecat, in pesso subditum. Morbo regio medetur, cum lacte naribus infusum, & diuturnis capitis doloribus liberat. Efficacißimè anginis illinitur, cũ uetere oleo, Melle, aut felle taurino.

CVcumer Anginus Asininúsue satis cognitus. Elaterium verò Cucumeris syluestris est succus exiccatus, & in pastillos redactus. Porrò in textu, vbi in præstantioris Elaterij delectu legitur, Quòdq; Lucernarum luminibus obiectum, facilè flagret: legẽdũ, facilè extinguat, idque è Theophrasti authoritate, Qui Elaterio tantum humoris inesse describit vt quinquaginta annorum lucernam cui admoueatur, extinguat. Quod ipsum & Plinius testatur. Elaterium tenuium cum caliditate est partiũ, valentis amaroris, caloris imbecilli, eáque de causa digestoriũ. Radicis & foliorum Cucumeris agrestis succus, quæ Elaterium, sed inualidius potest. Attamen radix proximius accedit, nempè abstersoria, digestoria, & emolliens. Cortex magis desiccat.

Staphis agria. CAP. CXXXVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Στάφις ἀγρία. *Lat. Staphis agria. Ital. Vua saluatica.* Gal. l'Herbe au poulx. Off. Pituitaria.

Sta


Staphis agria.

Staphis agria, siue herba pedicularis, folia habet Labruscæ diuisa: & cauliculos rectos, molles nigrosq́. Fert florẽ Glasti: & folliculos uirides, similes Ciceri, & in his nucleum triangulum, scabrum: ex nigro subfuluescentem, intus album, gustu acrem. Grana quindecim, si tritu in aqua mulsa dentur, crassum humorem per uomitum purgant, sed qui hauserunt, ambulare debent. Prudenter tamen attendere oportet, & aquam mulsam continuò potui quoniam pericu-la strangulationis inferunt, & fauces adurunt. Trita, & ex oleo illita, phthiriasi prodest: item prurigini & psoris. Cit plurimam pituitam commanducata: cocta in aceto, dentium dolori colluto ore, subuenit, rheumatismum gingiuarum sistit. Vlcera oris manantia, cum Melle sanat. Vrentibus malagmatis imponitur.

Staphis agria, quæ & Pedicularis, & Pituitaria, in Apuleia Calabria, Istria, & Sclauonia, nascitur. Hoc in apophlegmatismos & vnguenta pedicularia, vtuntur seplasia. Staphis agriæ è summa acrimonia constat, & abstersoria est, verum exulcerat.

Thapsia. CAP. CXXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. θάψία. Lat. Off. Ita. Thapsia.

THapsia nomen ideo accepit, quòd in Thapso, eiusdem nominis insula, primùm inuenta sit. Tota uerò natura Ferulæ similis est: graciliore caule: folijs Fœniculi: umbella Anethi in cacumine, à singulis surculis erumpente: flore luteo: semen quale Ferulæ, latum, sed aliquanto minus. Radix foris nigra, intus candida, longa, acris, craßiore libro uestita. Lactis extrahendi ratio hæc est: Facto in ambitu scrobe, cortices inciduntur: aut radix in fornicis speciem in se excauata cooperitur, quò merus succus confluat. Oportet illuc sequenti die se conferre, & congestum succum extrahere. Tunditur etiam radix in pila, & succus organo per quallum expressus, fictili crasso insolatur. Aliqui foliũ unà terunt: sed inualidior huiuscemodi succus. Hoc autem interest, quoniam qui ab radice manauit, grauius olet, & humidus permanet: è folijs autem extractus exiccatur, atque teredinum iniuriam sentit. Qui succum colligit, stare debet non obuersus uento: aut potius, cùm dies apricus est, & à flatu silet: quoniam ob halitus acrimoniam facies uehementer intumescit, nudaq; corpora inuadunt pustulæ: ob id prius liquido cerato & adstringente, nudas partes illinunt, & ita muniti accedunt. Tam cortex radicis, quàm succus, purgandi uim habent. Lacteus succus in aqua mulsa potus, utrinque bilem extrahit. Radicis modus, quaterni oboli, cum tribus seminis Anethi drachmis: succi, terni oboli, lactis, obolus unus. quod eo amplius assumitur, periculosum est. Huiusmodi purgatio conuenit suspiriosis, & diuturnis laterum doloribus, reiectionibusq;, datur in cibis aut obsonio, quibus difficile sit uomere. Tam radix quàm succus omnium maximè, quæ pares cum eis uires adepta sunt, uim habent extractoriã ex alto, ubi ex imo aliquid euocandum est, aut meatuum laxitas aliò transferenda est: unde succus illitione, aut radix recens affrictu, alopecias explent. Radix succusq; cum æquis ceræ Thurisq; portionibus, sugillata liuoresq; tollunt: sed non plus binis horis

dimit

*mittantur: locus deinde aqua maris calida foueatur. Vitia cu-
s in facie emendat, cum melle illitus succus, lepras tollit, tuber-
la discutit, perunctus cum sulphure, in diuturnis pulmonum,
terum, pedum, articulorumq́; ualetudinibus utiliter illinitur:
let ad integendam colis glandem, ijs qui natura, non circum-
sione, curti sunt tumorem enim excitat, qui pinguium fotu e-
ollitus, præputij iacturam resarcit.*

THapsiæ herbæ nomen indidit Thapsus insula, vbi primum reperta est. Hæc nostro tempore Italiæ non ignota, non in Apulia tan-
im, quo loci ferulaceæ plantæ nascũtur, prouenit, sed in maritimis etiã
nensibus. Paduæ & Venetijs in hortis visitur, Ferulæ adsimilis. Qui
uotannis ex Apulia veniunt herbarij, Thapsiæ radices elibrant, ac
ostea Turbith vice hos cortices euendunt. Ii ad eadem quæ Turbith
alent. Thapsia acris & potenter calida, & perinde humida est, siqui-
em citò corrumpitur.


Spartium. CAP. CXXXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. σπάρτιον. *Lat. Spartion. Ita. Genestra.* Gal. Geneſt.

*SPartion frutex est longus, ferens uirgas, sine folijs, firmas, fractu contumaces, quibus uites uinciuntur: semẽ Lenticulæ,
n folliculis Phasiolorum modo nascens: florem, ut albæ Violæ,
uteum. Purgant per superna uehementer, Hellebori uice, citra
ericulũ flores & semina, quinis obolis in aqua mulsa pota. Se-
men deiectionem mouet. Ramis in aqua maceratis, mox tusis,
extractus succus, ischiadicis & angina laborantibus auxilia-
tur, si cyathi modum ieiuni bibant. Quidam marina aqua ma-
cerare malunt, & infundere ischiadicis clystere: strigmenta au-
tem elicit cruenta.*

Sparton



Sparton.

Sparton seu Genista notissima planta, duum est generũ. Nam vna in funes torquetur, & hac corbes texuntur, Vuis passis & ficubus asseruandis. Altera validioribus constat virgulis, quàm vt ex his simile quiddam factitetur. Seminis & virgularum Genestæ succus, attractoriæ virtutis est.

Silybũ. CAP. CXL.

NOMENCLATVRA.

Græ. σίλυβον. *Lat. Silybon. Ita. Silibo.*

Silybon lata spina est, folia ferens Chamæleonis albi. Hæc recens cum sale oleoq́; cocta estur. Radicis succus drachmæ pondere potus, uomitiones ciet.

INcompertum Silybum in Naturæ hortum, cum sui similibus plantis ablegabitur, cum illa voluerit, noscitandum.

Glans unguentaria. CAP. CXLI.

NOMENCLATVRA.

Græ. βάλανος μυρεψική. *Lat. Glans vnguentaria. Ita. Ghianda unguentaria.*

Glans

GLans unguentaria, fructus est arboris Myricæ similis, magnitudine Auellanæ nucis, cuius nucleus græcarum ... ucum more tritus, humorem reddit, quo ad preciosa unguenta ... ro oleo utuntur. Nascitur in Aethiopia, Aegypto, Arabia, & Petra oppido secus Iudæam. Præfertur plena, recens, candi-a, quæ facilè delibretur. Ea drachmæ pondere pota, lienem ab-imit. Cum Lolij farina & aqua mulsa, podagricis illinitur. Psoras leprasq; decocta in aceto: uitiligines & nigras cicatrices um Nitro, emendat: & cum lotio, lentigines, uaros & papulas n facie, & cutis uitia tollit. Vomitiones mouet, aluum cum hy-dromelite resoluit: stomacho aduersatur. Oleum quod ea expri-mitur, aluum potu ciet. Cortex eius magis adstringit, uerum tu-æ & expressæ succus abstergentibus medicamentis adijcitur, quæ aduersus prurigines & scabritias idonea sunt.

NVx vnguentaria, quam Græci Myrobalanon, & Balanon Myre psicon vocãt, nostro tempore copiosè in Hispania nascitur, apudq; vnguentarios visitur, Ben nomine. Fructus in totum Pistacijs similis, fragilior tamen, cortice candida, farcto admodum nucleo, crasso, & oleo-so, è quo oleum, quod Ben vocitant extrahitur, nulli senio aut mucori subditum. Id maximò ducitur ab vnguentarijs, ad distemperandos odo-res. Ostenduntur nostro sæculo radices, Been rubentis, & candidi cogno-mine, quas seplasiæ in medicinas cordiales vsurpant. Sed neutra, vera Been est radix. Nam Serapioni Been radices, Pastinacæ minoris similes, contortæ, odoratæ, & commanducatu viscidæ, ex Armenia afferuntur. Nostræ & cœlo & vi distant.

Narcissus. CAP. CXLII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ναρκισσ☉. Lat. Narcissus.
Ita. Narcisso.

NArcissum sunt qui ut Lilium, Lirium appellarint, folia Porro similia, tenuia, multo minora, & angustiora: cau-lis uacuus, & sine folijs, supra dodrantem attollitur: flos albus,

intus

intus croceus, in quibusdam purpureus: radix intus alba, rotunda, bulbosa: semen uelut in tunica, nigrum, longum. Probatissimus nascitur in montibus, suaui odore. Cæteri Porrum imitantur, atque herbaceum uirus olent. Radix cocta, siue estur, siue bibitur, uomitoria est. Ambustis igni prodest, cum exiguo Melle trita. Præcisos neruos illitu glutinat. Luxatis malleolis, diuturnisq́ articulorum doloribus trita ex Melle & imposita, subuenit. Vitia cutis in facie, uitiliginesq́, cum semine Vrticæ & aceto emaculat. Cum Eruo & Melle, ulcerum sordes expurgat. Abscessus rumpit concoctioni repugnantes. Infixa corpori extrahit, illita cum Lolij farina & Melle.

THespiensium in Bœotia commentum est, adolescentem Narcissum suimet amore captum, in sui nominis florem conuersum. A narce, id est, torpore, dictum censet Plinius, quoniam caput grauet, non à fabuloso puero, floreq; constare vel purpureo, vel herbaceo. Faciem alij aliter referunt. Et re uera Narcissi diuersa sunt specie, & coloribus in flore varijs. Albi Rosis muscatis similes, Venetijs spectandi in horto præcellentissimi medici D. Maphæi à Maphæo. Narcissi radix, desiccat abstergit, & attrahit.

Hippophaës. CAP. CXLIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ιππoφαὲς. *Lat. Hippophaes.*

Ita. Hippophae.

HIppophaës, quo fullones uestes interpolant, in sabulosis maritimisq́ nascitur, surculaceo frutice, undique denso et largo: folijs Oleæ, longioribus, mollioribusq́: inter quæ candicantes spinæ emicant, siccæ, angulosæ, interstitio quodam distantes: flores Hederæ corymbis similes, racematim cohærent, minusculi tamen, & molles, candidi, ex parte rubescentes. Radix lacteo succo madet, crassa, mollis, amara gustanti. Ex qua, perinde ac

rhapsia-succus eximitur, qui per se, & cũ Erui farina subactus, iccatur, & ad usum reconditur. Syncerus pituitas, bilẽ, aquasq; letrahit, oboli pondere: Erui uerò farina subactus, quatuor obo-is, cum aquæ mulsæ dimidia hemina tritus datur. Radice & herba liquamentum depromitur, uti in Thapsia. Huius in purga ionibus modus est drachma.

DVæ hæ plantæ nobis incognitæ, ad Chironis centauri palingenesiam, remanebunt. Nam ipsum nomen, equorum naturæ accõmodatas ostendit.

Hippophæstũ. CAP. CXLIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ιππόφαιςον. La. Hippophæstõ. It. Hippophesto.

HIppophæston, id quod aliqui Hippophaës appellant, nascitur eisdem locis quibus Hippophaës, estq; spinæ fulloniæ genus, humilis herba, sine cauliculo, sine flore: inanibus tantùm capitulis: folijs paruis, spinosis: radiculas habens molles, crassas. Succus radice, folijs & capitulo exprimitur, & exiccatur. Datus, cui uoles, tribus obolis, in aqua mulsa, aquam pituitasq; detrahit. Priuatim comitialibus morbis, neruorum uitijs, & orthopnϾ conuenit huiuscemodi purgatio.

Ricinus. CAP. CXLV.

Græ. κροτων. Lat. Ricinus. Ita. Fagiuolo Turchesco. Gal. & Off. Palma Christi.

CIci, aut Croton, nomen accepit à Ricini animalis similitudine. Arbor prouenit paruæ Ficus altitudine, folio Platani, maiore, læuiore, & nigriore: ramis, caudicibusq; cauis, in Arundinis morem: semine in uuis asperis, quod corticibus exutum, Ricinum animal repræsentat: ex quo oleum, nomine Cicinum, exprimitur, cibis fœdum, lucernis emplastrisq; utile. Grana triginta numero purgata, trita potu, pituitas, bilem, aquàm

que



Ricinus

que per aluum extrahunt, uomitiones mouent, sed iniucunda admodum est, & molesta purgatio: siquidem stomachum uehemeter subuertit. Tusa & imposita, uitia cutis in facie, uarósque expurgat. Folia cum polenta trita, inflammationes oculorum, tumoresq́ leniunt, rigentes mammas cohibent: eadem ex aceto illita, ignes sacros restinguunt.

*R*Icinus inde dictus, quod semen habeat Ricino insecto simile. Id animalculi, canum, boum, caprarum, equorum & cæterorum animalium dorso inhærens, non prius à suctu secedit, quàm rumpatur. E semine oleum fit ad lucernarum lumina. Id purgat, mundat, & digerit. Quod ex eo exprimitur oleum, communi calidius & humilius est, eaq́; de causa valenter digerit.*

Tithymali. CAP. CXLVI.


NOMENCLATVRA.

Græ. τιθύμαλλος. *Lat.* *Tithymallus. Ita. & Off. Esula.* Gal. Herbe à laict.

Tithy



Tithymalus. 1



Tithymalus. 2

Tithymalli genera ſeptem, quorũ maſculus, Characias appellatur, ab aliquibus Amygdaloides: alter, Myrtites, qui fœmina exiſtimatur, eumq́ Myrſinitem aut Caryitem uocant: tertius, Paralius, quem Tithymalida appellarunt: alius, Helioſcopius: quintus, Cypariſsias: ſextus, Dendroides: ſeptimus, Platyphyllos dicitur. Characiæ caules ſupra cubiti altitudinem attolluntur, rubri, lacteo ſucco atque acri madentes: folijs Oleæ circum ramos, anguſtioribus, & longioribus: radice craſſa, lignoſa: pendet in cacuminibus caulium, coma iunci, ſub qua caueolæ ſoliolis balnearum ſimiles, in quibus ſemen continetur. Naſcitur in aſperis & montibus. Succus aluum purgat: trahit pituitam bilemq́, binis obolis in poſca ſumptis: & cum aqua mulſa, uomitiones mouet. Appetente uindemiarum tem-

Q pore,



Tithymalus. 3

pore, succus congestis ramulis, mox dissectis, & uase conclusis, excipitur. Aliqui adijciunt farinam Erui, & in pastillos digerunt, qui Erui magnitudinẽ impleat. Alij in aridas ficos, ternas quaternásue guttas instillant, ut cum his inarescant: quas ad usus recondunt. Per se etiam tusus in pila, & in pastillos coactus reponitur. Porrò cùm extrahitur lac, neque quo uentus aspiret, stare quenquam, neque manus oculis admouere conuenit: sed antequàm colligas, corpus, præsertim faciem, collum, scrotumq́ genitalis, adipe aut oleo cum uino perungere. Fauces autem exasperat: quapropter catapotia cera aut decocto Melle oblini par est, & hoc modo dari: binas tamen ternásue ficos, purgationis gratia sumpsisse, satis est. Recens lac ex oleo, perunctos in sole capillos euellit, renascentesq́ flauos & exiles efficit: denique omnes perimit. Dentium cauernis inclusum, leuat dolores: sed cera dentes oblinendi, ne suo delapsu, fauces & linguam uitiet: tollit illitu impetigines, formicantes uerrucas, pensiles, & quæ Thymi florem repræsentant. Valet aduersus pterygia, carbunculos phagedænas ulcerum, gangrænas, fistulasq́. Legitur semen autumno, & siccatum sole leuiter tunditur, ferue factumq́ loco mundo reponitur. Folia

lia item ſiccantur. Semen & folia lactei ſucci effectum præbent, dimidio acetabulo pota. Sunt qui inueterant, admiſto cum lacte Lepidio, caſeo contuſo. Radix dragmæ pondere in hydromelite pota, per inferna trahit. Decocta cum aceto, dentium dolori auxiliatur, colluto ore. Fœmina, quam Myrſyniten, aut Caryiten uocarunt, ſimilis ſuapte natura Daphnoidi: folijs Myrti, ſed maioribus, firmis, in cacumine acutis, & pungentibus: ramulos ab radice mittit dodrantales: fructum fert alternis annis, Nuci ſimilem, mordaci guſtu. Naſcitur in aſperis. Succus, radix, ſemen, folia, conſimilem antedicto ſortiuntur facultatem: ſed ad citandas uomitiones inualidior hæc eſt. Aliud Tithymali genus dicitur Paralios, quem Tithymalida, aut Mecona aliqui appellauere. Naſcitur in maritimis, ramis ſubrubentibus, palmum altis, quinis ſeniſue à radice exeuntibus: folijs Lini, anguſtis, paruis, oblongis, in uerſus quoſdam digeſtis: capite in cacumine orbiculato, in quo ſemen ut Eruum, uario colore emicat. Flos albus. Frutex totus cum radice lacteo ſucco turget. Similes ad uſus reconditur. Helioſcopius dicitur, folijs Portulacæ, tenuioribus, rotundioribusq́; ramulis prodeuntibus à radice, quatuor aut quinque, rubentibus, dodrantali altitudine, tenuibus, lactis copioſi plenis: capite Anethi, ſemine uelut in capitulis incluſo. Helioſcopij nomen accepit, quoniam comas cum ſole circumagat. Circa oppida naſcitur, potiſſimum in ruderibus. Colligitur ſuccus ſemenq́; ut aliorum. Eædem quæ ſuperioribus uires, non tamen uſque adeò ualidæ. Cypariſſias in caulem exit dodrantalem, uel maiorem, ſubrubrum: ex quo folia Piceæ ſimilitudinè exoriuntur, molliora tamen, & tenuiora. & in totum naſcentem Piceam æmulatur, unde nomen traxit. candido ſucco madet, cui eadem uis quæ ſuperioribus. In petris naſcens, Dendroides cognomina-

tur ampliter opacat: in cacumine frondosam spargens comam, succo lacteo prægnans, cauliculis rubentibus. Folijs Myrti tenuioris: fructu Characiæ. Eiusdem effectus, cuius superiores, similiq; modo reconditur Platyphyllos, Verbasco similis est. Radix, succus, & folia, per inferna trahunt aquas. Pisces necat, tusus, & aquæ insparsus. Reliqua Tithymalorum genera quæ suprà scribuntur, idem efficiunt.

PErpulchre ordine de Tithymalis scribit Dioscorides. Quod itidem Arabes non faciunt, nempè Mesue & Auicenna in nomine Alsebram. At enim satius fuerit, dum suis oculis tenebras inuicem offundunt, ex illorum controuersijs emergere, quam erroris aspergine, sese mutuum commaculare. Porro Tithymalus Characias, siue Vallaris, nostro sæculo non reperitur. Myrsinites item fœmina, pungentibus & Myrto similibus folijs, fructu nucis figura, nequiquam agnoscitur. Paralius seu maritimus (non ille tamen quo vulgò Seplasia vtuntur, nam hic est Cyparißias) in Senæ maritimis copiose nascitur. Thusci Herba mora, nominãt. Huius radice recẽti & saccis immissa ad conficiendos pisces vtuntur. Palthyphyllos à foliorũ latitudine, in eundem vsum à Thuscis piscatoribus vsurpatur, huncque Tortumaglio vocant, ijsdem quibus Paralius locis prodeuntem. Helioscopius, quod solem suo rotatu consequatur, vbique nascitur. Cyparißias, planta est quam Esulam minorem officinæ vocant. Dendroidem, extra Terracinam vidit Matthiolus, intra saxa antiqui spelæi, marino littori incumbentis, arboresc̃eti effigie, emergentem. Tithymali omnes acres sunt, calidi, & amari. In eis plus pollet liquor: fructus & flores, secundo sunt loco. huius facultatis est radix, sed non æquabiliter. Quarti excalfacientium sunt ordinis.

Pityusa. CAP. CXLVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. πιτυῦσα. Lat. Pityusa. Ital. & off. Esula maggiore.

PItyusam specie à Cyparißias differre constat, & si Tithymalorum generi aßignetur. Caulis supra cubiti altitudinẽ assurgit geniculatus: folijs Piceæ, acutis exilibus: flore paruo uelut

uelut purpuro: semine instar Lenticulæ, lato: radice crassa, candida, succo referta. Quibusdam in locis frutex hic prægrandis inuenitur. Detrahit per aluum radix, drachmis duabus data in aqua mulsa: item seminis drachma. Succi cum farina subacti, cochleariũ in catapotio datur. Modus foliorum drachmæ tres.


Pithyusa nihil aliud est, quàm Officinarum Esula maior. Huius radices herbarij qui è monte Gargano prodeunt, pro Turbith venditant, nõ aliter quàm de Thapsia superius diximus. Ea causa fuit Actuario scribendi, Turbith album, Alypi: nigrum vero, radicẽ esse Pityusæ. Quo intelligit interiorem omnẽ substantiam, & non tenuem & exteriorem illam pelliculam, quæ rufa, nigrorem siccando contrahit. Porro manifestum præbet argumentum Serapio, Pityusam, Esulam esse maiorem quæ Alsebram & Sebram Mesue & Auincennæ dicitur, vt qui integrum de Pityusa Dioscoridis, in Scebram caput transposuerit. Quare Alsebram maior Arabum, Tithymalus latifolius esse non potest. Nascitur in Italia Pityusa, Esulæ minori (hæc Cyparißias est Tithymalus) in totum similis, nisi quod longè maiorem profert caulem, ramos, folia vmbellam, semen, & radicem. Multis in locis, vt in Apulia, arborescit. Visitur ingenti copia in planitie Veronensi, in qua tamen quod macrum & aridum sit solum, non admodum excrescit. Pityusa vulgò vocatur, Turbith de monte S. Angeli, & à medicis vsu repudiatur, nisi in corpora vel rustica vel robusta. Ea ob succum cum Tithymalis parem, eorum generis ducitur. Et sanè purgat, & ijsdem virtutibus est prædita.

Lathyris. CAP. CXLVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. λαθυρίς. *Lat. Lathyris. Ita. Cataputia minore.*
Gal. Expurge. Off. Cataputia minor.

Lathyris, quã aliqui Tithymalũ appellant, eamq; Tithymalorũ numero adscribunt, caulẽ emittit cubiti altitudine, & digitali craßitudine, inanẽ. Gignũtur in cacumine alæ, & folia in caule oblonga, amygdalinis proxima, latiora, & læuiora. Quæ autẽ in summis ramulis exierunt, minora conspiciuntur, Aristolochiæ, aut oblongæ Hederæ figura. In cacumine fructum summis surculis gerit, triplici loculamẽto insignem,


Lathyris.

rotundum, ceu Capparin, in quo grana tria intercursantibus membranis inter se distincta cõtinentur, Eruis maiora, rotunda: quæ dum corticibus exeuntur, candida sunt, & gustu dulcia. Nullus radicis usus. Totus frutex lacteo succo turget, uti Tithymalus. Grana sex aut septẽ in catapotio, aut cũ ficis aut palmulis deuorata, aluũ purgant: sed aqua frigida postea sorbenda: trahunt autem bilẽ, pituitã, & aquas. Succus Tithymali modo exceptus, eundẽ effectum præbet. Cum gallinaceo aut oleribus folia decoquuntur ad eosdem effectus.

Peplus. CAP. CXLIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. πέπλος. *Lat. Peplus. Ital. & Off. Esula rotũda.* Gal. Reueille matin de vigne.

P*Eplos frutex est lactei succi plenus, folijs paruis, ut Rutæ, paulò latioribus: rotunda coma, ferè dodrãtali, humi respersa: semine folijs rotundo, minore quã candidi* Papaueris. *pluribus scatet auxilijs: unicã radicẽ habet, superuacuã, ex qua fruticat. Nascit inter uites, & in hortis, colligitur messibus. Siccatur in umbra, & cõtinuè uersatur. Fructus tusus & feruefactus reconditur. Bilis ac pituita detrahitur, acetabulo eius in hydromelitis cyatho poto. Obsonijs inspersa cõturbat aluũ: muria cõditur.*

Peplis.

Peplis. CAP. CL.

NOMENCLATVRA.

Græ. πέπλις. *Lat. Peplis. Ital. Peplio. Ignota.*

Peplis, quam aliqui syluestrem Portulacã uocant, Hippocrates Peplion, in maritimis maximè nascitur, latè opaco frutice, candidi succi pleno: folijs satiuæ Portulacæ, rotũdis, infernè rubentibus: semine sub folijs rotũdo, uti in Peplo, feruẽte gustu: radice singulari, superuacua, tenui. Colligi, & reponi ac dari, uti Peplos, & sale condiri solet. Easdem habet uires.

Chamæsice. CAP. CLI.

NOMENCLATVRA.

Gr. χαμαισυκη. *la. chamæsyce. It. chamesyce. ignota.*

Chamæsicẽ aliqui Sycẽ nominãt. Ramos emittit quaternũ digitorũ, teretes, succosos, in terrã deiectos: folia Lẽtis, parua, Peplũ planè referẽtia, tenuia, quæ à terra nõ attollũtur: semine sub folijs rotundo, ut in Peplo: neq; caulẽ, neq; florem promit, radice firmatur tenui, superuacanea. Rami ex uino triti uuluæ dolores sedant, in pesso appositi. Tollunt tumores ac uerrucas omniũ generũ illiti. Decoctorum cibo aluus resoluitur. Succus simili effectu prodest. Illitus cõtra scorpionis ictũ auxiliatur, aduersus caligines oculorũ utilis, & hebetudines, incipiẽtes suffusiones, nubeculas, cicatrices, cũ Melle inunctus. In squalidis petrosisq; nascitur.

Scammonia. CAP. CLII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σκαμμονία. *Lat. & Ital. Scammonia.*

Scammonia ramos ab una radice emittit trium cubitorum, multos, pingues & qui nonnihil craßitudinis præ se ferãt: folijs Helxinæ, aut hederaceis, mollioribus tamen, hirsutis, & triangulis: flore candido, rotundo, in calathi modum cauo,

graueolente: radice prælonga, craßitudine cubitali, candida, graui odore, succo grauida. Legitur ad hunc modum succus: Capite exempto, radix in testudinis speciem cultro excauatur, quo fit ut in cauum confluat succus, qui conchis demum excipitur. Alij scrobes in terra concamerato sinu fodiunt, in quos, subiectis iuglandium folijs, profundunt succum, siccatumq́; extrahunt. Laudatur autem Scammonium leue, nitidum, rarum, & colore quàm simillimum taurino glutini, fungosum, tenuibus fistulis, quale ex Mysia regione Asiæ deportatur. Nec attendere solùm par est: si linguæ tactu albescat (hoc enim euenit adulterato, quod admisto fit Tithymali lacte) sed longè magis anteà narratis. Item si non uehementer linguã exurat, id quod misti Tithymali argumentũ est. Natione autẽ Syriacum & Iudaicũ dedeterrima habentur, grauia, densa, Erui farina & Tithymalo uitiata. Succus drachmæ unius aut quaternum obolorum pondere haustus, ex aqua pura uel mulsa, per inferna bilem & pituitam extrahit. Ad resoluendam aluum binos obolos cum Sesama, alióue semine, sumpsisse satis est. Dantur efficacioris purgationis causa, succi tres oboli, cum duobus Veratri nigri, & Aloes drachma una. Fiunt purgatorij sales, drachmis uiginti succi Scãmoniæ, in senos salis cyathos adiectis: Horum proportione uirium: integer quidem, tria cochlearia, medius duo, minimus unum. Radicis drachma una aut altera purgat, cum ijs quæ retulimus. Nonnulli decoctum radicis ebibunt. Coquitur in aceto, & cum hordeacea farina teritur, captaplasmate ischiadicis utili. Partus enecat succus, uuluæ in lana subditus, tubercula discutit, cum Melle aut oleo illitus. Decocto in aceto, perunctæ lepræ abigũtur: diuturni capitis dolores ex aceto & rosaceo perfunduntur.

SCammoniæ, quæ ex Alexãdria, Venetijs & indè per omnes Europæ regiones exportatur, seligendæ magna adhibẽda diligẽtia: nã electæ & approbatæ ingẽs penuria: adulteratæ, vel sexcentorũ (vt ita dicam)

melorum onus. Nec mirum, cum hæc quæ à mercatoribus emitur, Syriaca, & Iudaica sit, grauis, densa, Erui farina, & Tithymalo vitiata, quam deterrimam Dioscorides asserit. Id parum animaduertentes pharmacopolæ, Scammoniam probatam existimant, quæ saliua temperata, confestim lactescit, Dioscoridi non concordes, qui id genus è Tithymali lacte adulteratum existimat. eò deprehensum, quod vehementer linguã exurat. Eapropter Medici si probè & sanctè sua functione vti velit, pro viribus, suum quisque pharmacopolã perurgebit, vt selectiorem, & è Dioscoridis figura (quo planius dicam) qualificatam apud se habeat. Nam cum Scammonia solutiuorum electuariorum basis sit & fundamentum, qui hanc perperam & adulteratam immittunt, multis exitÿ causa sunt. Porro Scammoniam adulteratam & Tithymalo immixtam hinc patet. Decem, aut ad maius quindecim grana, aluum soluunt quàm sæpißimè: cum syncera, eo operi, vix vna dragma sufficeret. Quin etiam si, per Dioscoridem, ad vnicam purgationem, Veratri albi ... æ, & Aloes vna adderentur. Scammoniæ plantam Neapoli pharmacopola quispiam, sibi ex Apuliæ Gargano allatam, Matthiolo commonstrauit. Huius nullam mentionem facit Gallenus. Mesue solutiuam medicinam furiosam nominant, ac quinque eius nocumẽta recenset, cuiuis medicinæ candidato non ignota. Porro cum Dioscorides, Scammoniam, Helxines folÿs depingat, non Parietariæ, sed Cyssampeli, aut Conuolculi folÿs collatam, existimandum.

Chamelæa. CAP. CLIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. χαμελαία. Lat. Chamelæa. Ita. Chamelea.
Gal. Boys gentil. Off. Oliuella.

Chamelæa surculosa fruticat, ramis dodrantalibus. Folia Oleæ similitudinem habent, tenuiora & amara, quæ gustata linguam mordent, & arteriam deradunt. Detrahit pituitam bilemq́3, folÿs præsertim in catapotia deuoratis: namque duæ Absinthÿ partes, adiecta Chamelææ una, hydromelite excipiuntur, & in catapotia coguntur: ea autem in uentre non liquescunt: siquidem quotquot fuere deuorata, reguntur. Folÿs cum Melle tritis, sordida ulcera & crustosa repurgantur.

Thymelæa. CAP. CLIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. θυμελαία. *Lat.* Thymelæa. *Ital.* Pepe montano. Gal. & herbarijs Lin sauuage. Off. Mezereon.

THymelæa est, qua granum Gnidium, quod est semen ipsius, colligitur. Hoc Eubœi Aetolium uocant, alij uero Linum, quoniam satiui Lini frutex suapte natura similitudinem referat: uirgas ædit perpulchras, multas tenuès, tripedaneas: folijs Chamelææ, angustioribus, & pinguioribus, uiscosis, gummosisq; si mordeantur: flore candido: fructu Myrti in modũ rotundo, qui inter initia uiret, & tandem rubescit: inuolucrum fructus durum, foris nigrum, intus album. Hoc per inferna bilem, pituitam, aquasq; detrahit, si uiginti granorum pars interna bibatur: uerùm fauces adurit. Itaque cum farina aut polenta, aut in uuæ acino dari debet, aut Melle cocto obductũ deuorari. Qui ægrè desudant, trito semine cum Nitro & aceto, iniunguntur. Folia quæ peculiariter Cneorum appellantur, per messes colligi debent, & siccata in umbrã recondi. Quibus dare libeat, antea tundere, & neruos eximere cõuenit. Illitũ acetabuli modo cum diluta uini potione, aquam extrahit. Mediocrius purgat, addita Lente cocta, aut contritis oleribus. Thymelææ farina uuæ acerbæ succo excipitur, & in pastillos diuiditur. Herba stomacho infesta. Partus imposita necat. Nascitur in montibus & asperis. Hallucinantur qui Coccon Gnidiũ fructũ esse Chamelææ existimãt, decepti quadã foliorum similitudine.

CHamelæam & Thymelæam, Arabes confusaneè Mezereon vocant, duum generum. Horum vnam Mezereon albũ: alterũ, Mezereon nigrũ. Ambabus Laureolã immiscẽt, distinctione intantũ intrincata, vt nisi à Delio natatore extricari nõ posit. Ambæ hæ plantæ validã in euacuando atque adeò maniacã operã exercent, sic vt ab eis sumptis, præ nimia imbecillitate vtentẽ cõficiãt, excussis viscerũ mẽbraulis

aper

rtisque venarum oribus. Quod ad natales attinet, vtraque magna ndatia, in vallis Ananiæ quæ Tridentinæ sunt iurisdictionis monti- enascitur, ambæque (id licet in Chamelæa prætererit Dioscorides) ctum Myrtino similem producunt, quamuis Thymelææ fructus, ali- ntum longior, & magis ad Oliuæ figuram accedat. Fructus hi pri- exortu virides, rubentes dum maturescũt, postremum nigri sunt. In enæ rustici, Piper montanum, vocant, quo sumpto dum medicis & iarijs negotium (vt putant) facessunt, è sua sibi, non illis, medicinæ eunt. Eò factum vt non abs re, Mezereon, venenis propinquum Me iudicet, quod præcipuis & vitalibus membris noceat. Quare ab hu- vsu abstinendum, non infrenata, quæ superfluit acrimonia, & cali- ate, frigidiorum mixtione simplicium, quemadmodum optimè tra- Mesue.

Sambucus. CAP. CLV.

NOMENCLATVRA.



Sambucus.

Gr. Ἀκτῆ. *Lat. Sambucus. Ital. Sambuco.* Gal. Suseau.

Sambuci duo genera. Vnum in aborem assurgit, surculos spargens arundinaceos, teretes, cauos, candicãtes, proceros folia iuglandis terna quaternáue, ex interuallis circa ramos exeunt grauia odore, minutim in ambitu secta: & in ramulorũ cacuminibus cauliscullisq́; circinatæ umbellæ, quæ florem

florem candidum pariunt, mox acinum Terebintho similem, nigredine subpurpureum, racemosum, succo madentem, uinosumq́. Alterum genus, Chamæacte uocatur, Romanis Ebulus longè humilius est, magisq́ herbaceo generi aßignandum, caule quadrangulo, geniculato, folijs Amygdalæ, ex interuallo longioribus, geniculatim expensis, pinnatisq́, graueolentibus, in ambitu serratis: muscario Sambuci, flore & acino eiusdem: radice nititur longa, craßitudine digitali. Eadẽ utriusque uis, & usus exiccans, aluo detrahens aquam, stomacho inutilis. Folia olerum more coquuntur, ad pituitam bilemq́ detrahendã. Caules teneri in patinis cocti, eadem efficiunt. Radix in uino decocta & in cibis data, hydropicos adiuuat. Prodest uiperarum morsibus, eodem pota modo. Vuluas emollit insidentiũ decocto: patefacit earum spiracula, & uitia corrigit. Acini in uino poti eodem funguntur munere: denigrant capillos illiti. Folia, si prætenera ac mollia ex polenta illinantur, inflammationem mitigãt: ambustis & canis morsibus illitu prosunt. Vlcera quæ dehiscũt in fistulã, agglutinant: ijs qui podagra tentantur, cum seuo taurino aut hircino prosunt illita folia.

SAmbucus tum arbor, tum herba nulli non nota sunt. Aqua florum Sambuci, fronti applicata, dolorem capitis sedat, è caliditate prodeuntem. Succus è corticis radice elicitus, magna vi vomitum prouocat, & hydropicorum aquam expurgat. Idem præstat radicis Ebuli succus, qui & crassos humores iuncturis eliciat. Ebuli seminis à nigro illo succo, eloti delibrati puluis, dragmæ põdere, si in Iuæ decoctione offeratur, podagræ iuncturarũ: & Gallici morbi dolores mitigat. Exprimitur & ex Ebuli radicibus succus, qui siccatus digeritur in pastillos. Clysteribus inditur ad dolores frigidos, & ischiadicos. pedes ob febris diuturnitatem inflati, decocti radicis fotu iuuantur, hocq; iecur additis consentaneis roboratur. Sambucus & arbor & herba, desiccant, agglutinant, & aliquantum digerunt.

Picnocomum. CAP. CLVI.

NOMENCLATVRA.

Græ

Græ, πυκνόκομον.
Lat. Pycnocomon. *Ital.* Picnocomo. *Ignota*

PIcnocomon cōstat erucæ folijs, acrioribus, scabris & crassis: caule quadrāgulo: flore Ocimi: semine Marrubij: radice nigra, aut pallida, rotunda, exigui mali figura, terram redolente. Inueniatur in saxosis locis. Semen grauia somnia & tumultuosa facit, drachmæ instar potū. Tumores discutit, illitum cum polenta spicula, adactosq́; corpori aculeos, extrahit. Folia tubercula, panosq́; discutiunt. Radix eius in aqua mulsa duum drachmarum pondere, aluum soluit & bilem extrahit.

Picnomum ignota planta, Naturæ horto colenda, & dignoscenda relinquetur, quando & is eas cohibet quas perspectas arbritramur.


* Apios.

Apios. CAP. CLVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Απιος.
La. Apios. *Ita.* Apio.
Gal. nomine ignota.

APios iuncos duos siue tres spargit, rubros, tenues, qui à terra parum attolluntur: folijs Rutæ, oblongioribus tamen, & angusti

gustioribus, herbaceis: semine paruo, radice Haustulæ regiæ in formam Pyri turbinata, rotundiore tamen, succi fœcunda, intus habet corpus candidũ, extrà cortices nigros. Superior pars eius uomitione bilem pituitasq; extrahit: inferior per aluum. Tota utrinque purgationes mouet. Succũ si libet eximere, tusa radix in fictili mergitur, & agitata aqua, quod supernatat pinna selectum, exiccatur. Purgat utraque parte is succus, sesquiobolo potus.

NAscitur in Italia Apios, minutis folijs, Hyperici proximis, cum primo vere prodeunt, processu verò temporis è linea candida fissilibus: caule rubente, iunceo, & lacte candido turgẽti. Porro radix tota, & vomitione stomachum, & purgatione aluum inaniens, profectò haud benè cum eis ageret, qui ea pro cibo vterentur.

Colocynthis. CAP. CLVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κολοκυνθίς. *Lat.* Colocynthis. *It.* Coloquintida. Gal. Coloquinte. Off. Coloquintida.

COlocynthis sarmenta foliaq; satiui cucumeris emittit, per terram repentia, diuisa, fructum in speciem mediocris pilæ conglomeratum, uehementer amarum: quem legere oportet, cùm cœperit in pallidum colorem permutari. Medulla fructus purgatoriam uim habet, si quatuor oboli cum aqua mulsa, Melle cocto, Myrrha & Nitro excipiantur, & cogantur in catapotium. Arefactæ pilæ teruntur, & infusæ clysteribus prosunt neruorum resolutioni, coxẽdicum doloribus, & coli uitijs. ut quæ bilem, pituitam & strigmenta, interdum etiam cruorem eliciant. Fœtus admotæ enecant. Dentium dolorem tollit, si unà repurgetur, & luto oblita cũ aceto & nitro inferuescat, hocq; iure decocti dentes colluantur. Si aqua mulsa aut passum in eadẽ incoquatur, & sub diuo refrigescat, potu crassum humorem & strigmenta alui detrahet. Stomacho supra modum



Colocynthis.

dum aduersatur. Subdita ex ea balano, alui excrementa eijciuntur. Virentis succo utilißime ischiadici perfricantur.

Colocynthis, vulgaris noticiæ plãta quantũuis in diuersos morbos polleat, cordi tamẽ, iocinori, & stomacho aduersatur. Et sane gustu amara est, at epota, amarorem illum manifestò prodere non potest, ob purgatoriæ virtutis robur, qua è corpore ante humores secedit, Viridis succus ischiadicos iuuat.

Epithymum. CAP. CLIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Επιθυμον. *Lat. Epithymum. Ital. Epithimo.* Gal. Teigne de Thyn.

Epithymon, flos est è Thymo duriore Satureiæ simili, capitula habet tenuia: & leuia, & in eis caudiculas, quasi capillamenta. Potum cum Melle detrahit pituitã, bilemq́; atrã, per inferna. Priuatim prodest melancholicis, & inflatis, acetabuli mensura, ad quatuor drachmas, cum Melle, sale, & aceti exiguo. Plurimum in Capadocia & Pamphilia gignitur.

Epithy

EPithymum, non Thymi flos, siquidem is iampridem detectus erro[r] sed Cuscuta Thymo innascens. Quæ Thymbræ adnascitur, Ep[i]thymbrum vocatur, Epithymum eiusdem cum Thymo virtutis, tert[ia] classe desiccat & excalfacit.

Alypum. CAP. CLX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αλυπον. *Lat. Alypum. Ita. Alypo.*

ALypon surculosa herba est, subrubra, gracilibus ramuli[s], tenuibus folijs: flore molli, leui, & copioso: radice Betæ tenui, referta, acri succo, semine Epithymi, Gignitur in maritimis, maximè Lybiæ, quam largißima: quanquam alibi quoque plurima prouenit. Semen, atram bilem deijcit, si mensura Epithymo pari cum sale & aceto sumatur: uerùm interanea leuiter exulcerat.

ALypi ex Actuario radix, Turbith est albũ, quod ex oriente affertur, quoq; vulgò vtũtur officinæ. Iam superius descripsimus radicum cortices, quæ pro Turbith venduntur.

Empetrum, seu Calcifraga.

CAP. CLXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Εμπετρον.

Lat. Empetron. Ital. Calcifraga.

EMpetron aliqui Phacoides uocant. Nascitur in montibus & maritimis, salso gustu: sed quo propius terreno fuerit, amarius sentitur. Trahit bilem, pituitam, & aquam, si bibatur in iure aliquo, aut hydromelite.

EMpetron herbæ effigiem non describens, Oedipi sciscitandi materiam præbuit. Hac se molestia exoluunt, qui Empetron eam plantam arbritantur, quam herbarij fœniculum marinum: & Itali, herba di S. Pietro nominãt. Porro hæc verũ est Dioscoridis Crithamon, siquidẽ præter notas quæ concinunt, quantumuis copiosè edatur, pituitam tamen & aquam non educet.

Vitis syluestris. CAP. CLXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ἄμπελος ἀγρία. *La. vitis syluestris. Ita.* Vite saluatica. Gal. Vigne sauuage.



Vitis syluestris.

Vitis syluestris sarmēta uitis modo prælonga emittit, aspera, lignosa, rimoso cortice: folijs hortensis Solani, longioribus ac latioribus muscoso flore, & capillaceo: fructu exiguis uuis simili, post maturitatem rubēte: rotunda est acinorum facies. Feruefacta radix in aqua & in cyathis duobus uini aqua marina diluti pota humorem alui ciet, ideo hydropicis datur. Vuæ eius, uitia cutis in facie, & maculas omneis expurgant. Enascentes uiticulæ, cibi gratia, sale condiuntur.

Comptulis mulieribus non ignota Vitis syluestris, vt cuius vuis, quo coloratæ appareant, faciei cutem confricent, nempè mordax & acris, statim vt attigerit, adurit. Hanc in annum incorruptam asseruant, nā etsi aliquantū flaccescat, tamē nec humor, nec color depereunt. Vitis syluestris vuæ, virtutis sunt abstersoriæ, siquidem cutem emaculant, Viticulæ incipientes aliquantum astringunt, ac ideò muria in cibos antiquitus seruabantur.

Vitis alba. CAP. CLXIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ἄμπελος λευκή. *Lat. Vitis alba. It. Vite bianca.* Gal. Couleuree. Off. Bryonia.



Vitis alba.

Vitem albam aliqui Bryoniam uocant. Folijs uiticulis, pāpinisq́; satiuā uitem imitatur, sed hirsutiora sunt omnia: ea quos prope se nacta sit frutices, suis clauiculis complectitur: fructus rubens in uua dependet, quo coria pilis spoliātur. Ex ea Asparagi, qui prima germinatione exeunt, decocti in cibo, aluum & urinam cient. Folia, fructus, radix, acrem uim sortiuntur. Itaque ulcerum phagedænas, gangrænis, chironijs, putrē-tium tibiarum tædio, efficaciter ex sale illinuntur. Radix corpus abstergit, & cutem erugat. Vitia cutis in facie, uarosq́; lentigines & cicatrices nigras emendat, cum Eruo, creta Chia, & Fœnogræco. Eodem effectu prodest decocta in oleo, usquedum liquescat: sugillata tollit, reduuias committit: inflammationes discutit, illita ex uino: suppu-

rationes rumpit, medicamento aptè immiscetur, quod carnem excest: infracta ossa extrahit, trita & imposita. Datur comitialibus in potu drachmæ pondere, quotidie, anno toto. Prodest attonitis, & uertigine laborantibus, consimiliter assumpta. Contra uiperarum ictus pota drach. duabus, auxiliatur, partus necat, mentem interdum subturbat. fœminarum locis apposita, partus secundasq; morantes trahit: cit urinam pota: eclegma ex ea fit cum Melle, difficile spirantibus, strangulatu oppressis, tussientibus, uulsis, ruptis, & laterum doloribus: lienem ternis obolis pota ex aceto triginta diebus, consumit. illinitur ad eadem cum Ficco. Ad muliebres insessus decoquitur: siquidem uuluas purgat, sed abortum facit. Succus è radice uere exprimitur, qui trahit pituitam, cum aqua mulsa potusr. Ad psoras & lepras semē efficaciter illinitur. Lactis abundantiam facit succus eius, si cum tritico decocto sorbeatur.

Vitis alba, cognita satis planta, præter vires quas illi Dioscorides attribuit, præfocationi matricis diuinū quoddā remediū est. Vitis albæ viticulæ amaroris aliquantū & acrimoniæ cum vi astrictoria cōtinent. Radix virtutis est absterforiæ, desiccatoriæ, & modicè calidæ. Candida radix, albæ Viti nomen indidit.

Vitis nigra. CAP. CLXV.

NOMENCLATVRA.

Gr. ἄμπελος μέλαινα. La. Vitis nigra. Ita. Tamaro.

Nigra uitis, quam alij nigram Bryoniam uocant, folia fert Hederæ, sed maiora, Smilaceis proxima: caules etiam cognatos, capreolis suis arbores, quasi adminicula, comprehendit: fructus racematim cohærent, qui inter principia uirent, & post maturitatem nigrescunt. Radix foris nigra, intus buxeo colore nitet. Viticulæ quæ primo germinum partu erumpunt, Menses pellunt, urinas cient lienem absumūt, uertiginosis, comitialibus, neruorum resolutione tentatis, prosunt. Radix eadem, quæ Vitis

alba præſtat, ſed inefficacius. Folia cum uino exulceratis iumentorũ ceruicibus cõmodiſsime illinũtur: luxatis itidẽ imponuntur.

Vitis nigra, à baccarũ inſigni nigrore, non à radice nomine deſumpto, vua taminia Romanis *dicitur. Viticulæ ſtatim vt è terra prodeant, Aſparagis ſimiles, eorum more in acetaria veniunt, quanuis non pari qua Aſparagi, in guſtu gratia. Quam Vitalbam Thuſci vocant, Clematidis ſecundum eſt genus, à Dioſcoride in huius initio libri deſcriptum, planta ſummè aeris, & exulcerans, & non vitis nigra.*

Filix. CAP. CLXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. πτέρις. Lat. Filix. Ita. Felce.
Gal. Feuchiere.

Filici folia ſine caule, ſine fructu, ſine flore, ex uno pediculo, cubitali longitudine, multifida, & lateribus pinnata, ſubgraui odore: radice per ſumma ceſpitum nigra, oblonga, filices multas fundente, ſubaſtringente guſtu. Naſcitur in mõtibus & ſaxoſis. Radix latas tineas excutit, ſumpta drachmis quatuor ex aqua mulſa, melius ſi cum Scammoniæ aut Veratri nigri totidem obolis detur: ſed qui ſumunt, Allia prægustare debent: laborantes lienis incremento recreat. Radix & potu & illitu cum axungia uulneribus ſagitta arundinea factis, eſt auxilio. Cuius rei probatio talis fertur: Peribit Filix, quam per ambitũ ſata copioſior Arundo coronet: & contrà, euaneſcens abibit Arundo, quam obſepiens multa Filix in orbem cinxerit. Filix fœmina folijs eſt Filicis, ſurculoſis, altioribusq́; & quæ non ſingulari, ut illa, pediculo fulciantur: radicibus longis, pluribus, obliquis, quæ ex nigro in luteum flaueſcunt. Aliquæ etiamnum rubræ inueniuntur. Pellũt lata interaneorum animalia, cum Melle eclegmate ſumpto. Potæ cum uino drachmis tribus, teretes tineas eijciunt. Datæ fœminis, ſterilitatem faciunt, & prægnantibus abortum, ſi ſupergrediantur. Farina humidis ulceribus,

& cica



Filix Mas.



Fœminæ.

& cicatrici repugnantibus, inspargitur. Iumentorum ceruicibus medetur. Folia recentia in oleribus cocta manduntur, ut ventrem emolliant.

Filix mas & fœmina è Dioscoridis descriptione, & ipsa facie noscitandæ, Mas ex vnico pediculo multa folia educit, nullo caule. Fœmina longos habet caules, folia plurima, masculæ, latiora & breuiora. Filix gustu amara est aliquantum astringit.

Filicula, siue Polypodium CAP. CLXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. πολυπόδιον. *Lat. Polypodium. It. Filicola.* Gal. Polypode.

Filicula nascitur in montosis petris, & uetustis arborũ caudicibus, præsertim Quercuum, palmi altitudine, Filici similis, sub

lis, subhirsuta, nō tenui perinde diuisura: radix pilosa, in qua cōtinentur cirrhi, ceu polyporum, crassitudine digiti minimi, coloris intus herbacei, austera aliquantū, & gustu subdulcis. Purgandi uim habet. coquitur cum gallina, aut piscibus, aut beta, aut malua, ad aluum soluendam. Aridæ farina aquæ mulsæ inspersa, detrahit bilem & pituitam: trita luxatis efficaciter illinitur, & aduersus rimas quæ inter digitos fiunt.

Polypodiū siue filicula duplex est. Vnū persp ectū seplasijs & vulgo, alterum non cuiuis cognitum: nec omnibus locis innascitur. hoc folijs constat Aspleni, longioribus tamen, viridioribus, & magis incisis. Radix figura, gustu, colore primæ nihilum dissimilis. Copiosè hoc secundum, in quibusdam montibus prouenit, nempè his quà è Goritia Carmiolam itur. Dulce & austerum, desiccat sine morsu.

Dryopteris. CAP. CLXVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. δρυοπτερις. *Lat. Dryopteris. It.* Felce di quercia.

Dryopteris nascitur in ueterum Roborū musco, Filici similis, multò minore foliorum incisura, radicibus inuicē implexis, hirsutis, gustu acerbis, in dulcedinē uergentibus. Psilothrum est cum radicibus trita: illinitur enim primum usquedum sudorem euocet, mox sudor abluitur, & recens imponitur.

Dryopteris, inde nomine accepto, nascitur in annosarum Quercuum musco, Filici similis, tenui foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta. Qualitatis est mixtæ, è dulci, acri, & in radice acerba, incisoriamque vim obtinet.

Cnicus. CAP. CLXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. κνίκος. *La. Cnicus. Ita. zaffarano. Saracinesco.* Gal. Saffranbastard. Off. Carthamus.

Cnicus folijs constat oblongis, perambitum diuisis, asperis, spinosis, caule sesqui pedali: capitulo magnitudine grandis oli


Cnicus.

dis Oliuæ: flore Croci: seminè candido, alioqui rufo, longo, anguloso. Huius flore in obsonijs utuntur. Seminis tusi & expressi succus, cum aqua mulsa, uel iure gallinacei, aluum purgat: sed stomacho aduersatur. Ex eo autē fiunt offulæ, quas placentulas uocant, adiectis succo Amygdalis, Nitro, Aniso, & Melle decocto. quæ aluum emolliunt. Hæ in partes quatuor finduntur, quæ nucis iuglandis magnitudinem impleant: è quibus ante cœnam duas uel tres sumsisse satis est. Ratio temperandi hæc est: Cnici candidi sextarius, Amygdalorum testorum & delibratorum cyathi tres, Anisi sextarius unus, Aphronitri drachma una cum carnibus triginta caricatum. Seminis succus lac cogit, & magis ipsum resoluendæ alui facultate donat.

CNici flore quidam in cibis vtuntur, Croci vice. Solius seminis vsus est in medicina. Theophrastus duo Cnici facit genera. Vnum recto caule, fructu nigro, grandi, amaro, capite acanaceo, oliuaris crassamenti, luteis crinibus capillato. Hunc officinæ, syluestrem Cartamum, dicunt. Alterum hirsutius torosiori caule, foliorúmque mollitia humi penè serpens, radice fulua, tenui, superuacua, tubere acanaceo, in quo lutea stamina prominent molli intus lanugine semen operiente. Hunc Carduum benedictum Officinæ appellāt. Cnici semen expurgat, sed foris applicitum, tertij est excalfacientium ordinis.

Mercurialis. CAP. CLXIX.

Græ. Λινόζωσις. Lat. Mercurialis. Ital. Mercorella.
Gal. Mercuriale.



Mas.



Fœmina.

LInozostis, aliqui Parthenion, alij Hermu Botanion appellant, folijs constat Ocimi, minoribus, Helxinæ cognatis ramulis duplici geniculorum nodo cinctis, alarum cauis multis, fructu fœminæ, copioso, quandam racemorum speciem præbente: mari, è foliorum sinu dependente, paruo, rotundo, ceu binis testiculis unà cohærentibus: frutice dodrantali aut maiore. Vtraque in oleribus manditur, ad aluum ciendã. Cocta in aqua, epoto iure, bilem aquamq; detrahit. Constat ut mares gignantur, hunc facere: ut fœminæ, illam: si à purgatione bibantur, & trita folia genitalibus admoueantur.

Mer

Mercurialis genere sexúve distinguitur. Nam quæ duplicia, & testiculorum effigie connexa habet semina, mascula vocatur, fœmina constat copioso semine, quod vuarum modo acinis dependeat. Iam superius ostendimus, Phyllon Herbam, & Mercurialem idem esse, & proinde Theophrasti Arrhegonon & Thelygonon, ipsum esse Phyllon & Mercurialem.

Cynocrambe. CAP. CLXX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κυνοκράμβη. *Lat. Cynocrambe.*
Ital. Marcorella bastarda. Gal.
Mercuriale bastarde.



Cynocrambe.

Cynia aut Cynocrambe, cauliculum binũ dodrantum altitudine emittit, mollem, subalbidum: folia Mercuriali aut hederæ similia, certis interstitijs subalbida: semẽ folijs adhæret paruum, rotundum. Folia cum caulibus pota, aluum cient: oleribus commendantur. Ius decocti & pituitam: & bilem, aquamq́ detrahit.

Cynocrambe, herba, nisi quod maiora profert semina, Mercuriali masculæ cetera similis campestribus, vijs publicis, & vineis prouenit, longè

ab Atriplice syluestri herbariorum dissidens, nam hæc non in binum d drantum, sed in binum non rarò cubitorum altitudinem exurgit, Hu errorem agnouit Ruellius, & prodidit, non ipse impegit.

Heliotropium. CAP. CLXXI

NOMENCLATVRA.

Gr. ἡλιοτρόπιον. *Lat. Heliotropium. Ita. Heliotropio.* Gal. l'Herbe au Chancre.

HEliotropio magno flos est effigie scorpionis caudæ, und Scorpiuro ei nomen, & quoniam folia cum sole circum agat, Heliotropion dicitur. Folia Ocimi habet, hirsutiora, cand diora, et maiora. Ramuli à radice terni, quaterni, aut sæpe quini exiliunt, multis alis cõcaui: flos in cacumine candidus, aut subfuluus, incuruatur ut scorpionis cauda. Radix tenuis est, & inutilis. Nascitur in asperis. Decoctum herbæ ex aqua, fasciculo manus plenæ, potu pituitam bilemq́ per aluum extrahit. Contra scorpionum ictus ex uino potum & illitum prodest. Adalligatur ad conceptus arcendos. Aiunt per horam unam ante accessiones, seminis grana quatuor cum uino, quartanas finire: tria uerò, tertianas. Illitum semen formicantes uerrucas pensilesq́; et thymos, & epinyctidas exiccat. Folia infantium destillationibus, quas syriaseis uocant, podagris, luxatisq́ utilissimè illinuntur, menses cient, partus trita & imposita pellunt. Heliotropion paruum nascitur in palustribus, iuxta lacus, folijs antedicto proximis, rotundioribus: semine, acrochordonum uerrucarum modo, pensili, rotundo. Herba cum suo semine pota, adiecto Nitro, Hyssopo, Nasturtio, & aqua, latas tineas terretesq́ excutit. Pensiles uerrucas, quæ acrochordones uocantur, cum sale illita tollit. Scorpioides herbula est, folijs paucis, semine caudæ scorpionis effigie. Illita scorpionum ictibus præsentaneo est auxilio.

HEliotropium maius, ea est planta quam Verrucariam seplasiæ nominant, quod verrucas & myrmecias affricta potenter tollat. Pro-
le errant qui Calendulam vulgo vocatam, Heliotropium maius exi-
nāt. Siquidē Dioscoridi, flos, non semen Heliotropij, caudæ scorpionis
nilitudinē refert. Vulgatū huius nomē, herba cancri, indè potius pro-
t, quòd carcinomata & phagedænas mirādo successu percuret, quam è
dæ gammarorum similitudine. Heliotropium minus, non semel à
tthiolo deprehensum, & medicis & spetiarijs ostensum, lacubus et
ludibus adnascens, quæ Tridentinis angustijs imminent. Enimuero
lendula, Scorpioides erat, si folio exiguo esset & breui, cum Calendu
longo sit & arcto, semine non scorpionis caudæ, sed scorpioni toto con-
nili. Cæterum ipsum Heliotropij nomen latè apud Græcos patet, nem-
in omnes plantas, quæ suo circunactu solem assectentur, cuiusmodi
nt, Malua, Cichorium, Scorpiuron, Lotos, Lupinus, attamen Verruca-
t, peculiarem aufert Heliotropij nuncupationem.

Finis Quarti Libri.

PEDANII DIOSCORIDIS ANAZARbei, De medicinali materia, Liber Quintus. Ioanne Ruellio Suesſionenſi interprete.

Adpunctæ annotationes doctæ & compendioſæ.

PRAEFATIO.



SVPERIORIBVS *Quatuor libris, amiciſsime Aree, tradidimus de aromatibus, oleis, unguentis, & eorundẽ lachrymis ac fructibus: item Animalibus, Melle, Lacte, Adipe, Cerealibus, Oleribus, necnõ de omni Radicum, Herbarum, Succorum, Seminumq́ ratione. In hoc aũt totius operis Quinto, diſſeremus de Vinis & metallicis, à Vite noſtram commentationem auſpicati.*

Vitis uinifera. CAP. I.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἄμπελος οἰνόφορος. *Lat. Vitis vinifera.* *Ita. Vite uinifera.* Gal. Vigne.

F*olia Vitium & triti capreoli, capitis dolores illitu mitigãt: & inflammationem ſtomachi ardoremq́, cũ polenta: Folia etiã per ſe, ut quæ refrigerent & adſtringant, imponi ſolent.*

Potus



Vitis vinifera.

Potus eorũ ſuccus dyſentericis, ſanguinem excreãtibus, ſtomachicis, & grauidarũ malaciæ medetur. Eadẽ efficiunt madefacti in aqua capreoli & poti. Lachryma uitium, quæ ueluti gummi in caudicibus cõcreſcit, ex uino pota calculos pellit. Illita lichenas et pſoras lepraſq́; Nitro prius perfrictas ſanat: eadem cũ oleo ſæpius pilis illitis, Pſilothri effectũ habet: maximeq́; ſanies, quã accenſa ſarmenta Vitium uiridia exudarunt: qua & perũctæ uerrucarum informicationes trahuntur. Cinis ſarmentorum & uinaceorum, detractis in le cõdylomatis, & thymijs, illitus ex aceto medetur. Prodeſt xcatis, & uiperarum morſibus: contra lienis inflammationẽ initur, cum Roſaceo & Ruta & aceto. Labruſca duorum gerum eſt. Alterius uua non matureſcit, ſed flore tenus Oenanen nominatam perducit. Altera ad frugem peruenit, paruis inis, nigra, & adſtringens. Folia, caules, & clauiculæ quibus punt, uim habent cultæ Viti ſimilem.

Vua. CAP. II.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σταφυλὴ. *Lat. & Ita. Vua.*
Gal. Raiſin.

VVæ recentes aluum turbant, & stomachum inflant: innocentiores, quæ decerptæ diu pependere, ideo quod in ei copia humoris exiccatur, utilesq; fiunt stomacho ægrisq;, atque cibi auiditatem excitant. In uinaceis & ollis seruatæ, ori & stomacho gratæ sunt. Aluum sistunt, sed uesicam & caput tentant, & sanguinem excreantibus conueniunt. Similesq;, quæ in musto fuere. Sapa aut passo conditæ, stomachum magis infestãt. At quæ solem prius passæ in aqua cœlesti condtur, minus uinosæ sunt, siticulosis, ardentibus & longis febribus salubres. Reconditi Vinacei inflammatis mammis, rigentibus ac præduris, cum sale illinuntur. decoctura eorum dysentericos, cœliacos, & fœminas fluxione uuluæ laborantes iuuat infusa, ad dessessiones, ac fotus assumitur. Nuclei acinorum adstringendi uim obtinẽt, stomacho utiles sunt, inspargitur farina tostorum, polentæ modo, dysentericis, & cœliacis, & solutis stomacho. Vua passa, alba, adstringentior est. Prodest esitata caro earum tussi, faucibus, renibus, ac uesicæ. Estur in dysenteria per se cum nucleis, & decocta in patinis cũ Melle, admista Milij ac Hordei farina & ouo. Valet ad purgandũ caput, eiusdem gratia cum Pipere commanducatur. Testium inflammationes sedat, illita cum lomento Fabarum, aut Cumini farina. Fauos, epinyctidas, carbunculos, enatas in articulis putredines, & gangrænas, sine nucleis trita, & cum Ruta imposita sanat. Podagræ conuenienter cum Panacis succo illinuntur. Mobiles ungues illita, celerius extrahit.

Oenanthe. CAP. III.

NOMENCLATVRA.

Gr. οἰνάνθη. Lat. Labrusca. Ita. Lambrusca.
Gal. Grappe de vigne sauuage.

OEnanthe [illegible]tur Vitis syluestris fructus, cùm floret. Recondi debet fictili non picato, collectaq; substrato linteo, in

umbra ſiccatur. Laudatiſsima in Syria & Cilicia & Phœni
Vis ei adſtrictoria, quare pota ſtomacho ac ciundæ urinæ uti-
Aluum ſiſtit, ac ſanguinis excreationes. Contra faſtidia &
orem ſtomachi, ſicca & illita efficax eſt. Capitis doloribus
n uiridis quàm ſicca, ex aceto & Roſacco perfunditur. San-
inolenta uulnera cataplaſmate, & incipientes ægilopas, oris
era, & genitalium nomas, trita cum Melle, Croco, Myrrha,
Roſaceo, ab inflãmatione uindicat: peſsis miſcetur, ad ſiſten-
m ſanguinem. Contra oculorum delachrymationem, & ſto-
chi ardores, cum polline polentæ & uino illinitur. Cinis cre-
tæ in teſta, cãdẽtibus prunis, facit ad oculorũ medicamẽta, re
uias et pterygia: abſcedẽtes gingiuas, cruẽtasq́; cũ Melle ſanat.

Omphacium. CAP. IIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ὀμφάκιον. Lat. Omphacium. Ita, Agreſto.
Gal. Veriuſt. Off. Agreſta.

OMphacion ſuccus eſt acerbæ uuæ, nondum matureſcẽtis,
è Thaſia uite aut Aminæa. Oportet aũt ante canis ortũ,
preſſam melliginem in rubro ære, linteo cooperto, inſolare,
quedũ cogatur, ſemperq́; quod ceruici uaſis cõcretũ hæſit, reli-
o humori permiſcere: noctu à ſubdialibus locis in lectũ referre
ando quidẽ nocturni rores ipſum cõcreſcere nõ ſinũt. Eligen-
m eſt flauũ, friabile, uehemẽter aſtringẽs, & linguã mordẽs.
nt qui coquẽdo melliginẽ cogãt. Prodeſt cõtra tonſillas, uuã,
era oris, humida gingiuarũ uitia, purulẽtas aureis, cũ Melle
t paſſo. Itẽ ad fiſtulas, uetera ulcera, nomasq́; ex aceto: dyſente
is, et mulieribus fluxione uuluæ laborẽtibus clyſtere infundit.
ulorũ claritati, et ſcabritiæ, et eroſionibus angulorũ cõuenit.
bitũ ad recẽtẽ ſanguinis excreationẽ, etiã ſi rupta parte aliqua
tingat: ſed pauco, et aquatiore eſt utẽdũ: ualde ſiquidẽ exurit.

Vini natura. CAP. V.

NOMENCLATVRA.

Græ. Οἶνος. *Lat.* Vinum. *Ita.* Vino. Gal. Vin.

Vino uetere nerui læduntur & reliqui sensus, quod ta[...] gustu suauius est. Quare cauendum ijs qui intestinæ a[...] ius partis imbecillitatem sentiunt: attamen in secunda ualet[...] ne paucum, aqua dilutum, innoxiè sumitur. Nouum inflat, æ[...] coquitur, insomnia parit grauia, & urinam ciet. Aetate m[...] dium, utraque uitia fugit: quare ad uictus sanorum ægroru[...] usurpatur. Album, tenue, stomacho utile est, ac facilè in mẽ[...] distribuitur. Nigrum uerò, crassum est, & concoctu difficile[...] nem alit, & ebrietatem creat. Giluum, utpote quod mediũ [...] medias inter utrunque uires habet. In secunda tamẽ & fini[...] ualetudine, cum primis laudatur album. Quin & uina sap[...] distant. Siquidem dulce craßis partibus constat, & difficili[...] corpore expirat: stomachum inflat, aluum & interanea, ut [...] stum, turbat: sed minus inebriat, renibus, & uesicæ aptißimu[...] Austerum, per urinam celerius transit: sed capita dolore tent[...] & temulentiam gignit. Acerbum, ad ciborum per membra[...] gestionem accommodatißimum, aluum, & cæteras fluxio[...] cohibet, minusq́; urinam expellit. Nouum neruos minus tent[...] Vinum aqua marina factum, stomacho aduersatur, sitim sti[...] lat, neruos infestat: aluo aptum, à ualetudine se recolligenti[...] inutile. Passum, quod uuis sole siccatis in area, aut in sarme[...] torrefactis exprimitur, Creticum cognomine, aut Pramnio[...] aut Protropon: & Sapa, quæ fit musto igni decocto, Græci [...] rion aut Hepsema appellant: nigra quidem, & quæ dicun[...] Melampsithia, crassa sunt, & corpora multùm alunt: candid[...] tenuius: & Heluola inter hæc media, medias sortiuntur uir[...]

Omn[...]

mnia tamen adstringunt, & pulsus reuocant. Faciunt aduer-
s uenena quæ exulcerando necant, ex oleo pota, & uomitio-
bus reddita. Contra cicutas, Meconium, Pharicon, Toxica,
 concretum in grumos lac: Item contra renum, ac uesicæ pru
tus, rosiones, exulcerationesq́; : inflant tamẽ, & stomacho ad-
rsantur. Priuatim prodest Melampsinthiũ: si uenter rheuma-
smum sentiat: album, magis cæteris emollit aluum. Gypso cõ-
tũ, neruis officit, caput aggrauat, & incendit, ac uesicæ aduer-
tur: contra uenena cæteris aptius. Picata, aut resinata, excal-
ciunt, concoquunt, sanguinem excreantibus inimica. Quæ ue-
Aparachyta uocant, ut quæ admistam Sapam recipiunt, ca-
t implent, temulentiam gignunt, ægrius in halitum expirant,
omachum malè habent. Inter Italica uina Falernum princi-
m locum obtinet, quod inueteratum perquàm facilè coquitur:
lsus exuscitat, aluum adstringit, stomacho utile. sed uesicæ no
t, atque ijs qui uisus hebetudinem sentiunt: & ad potus cre-
ros minimè idoneum. Albana crassioribus constant partibus,
lcia, stomachum inflant, uentrem emolliunt (sed concoctio-
em non æquè adiuuant) & neruosa minus infestant: uetusta-
, eadem austerum saporem concipiunt. Cecubum, cùm sit dul-
, est & Albano crassius. Corpus & colorem alit: ægrè ta-
en coquitur. Surrentinum, ualde austerum est: quare intesti-
orum & stomachi fluxiones cohibet, & cùm tenue sit, caput
inus tẽtat: inueteratum suauius redditur, & stomacho utile.
Adrianum & Mamertinum in Sicilia æquè crassis partibus
gnuntur. Modicè adstringunt, & ocyssimè inueterantur,
inusq́; ob suam tenuitatem, neruos tentant. Paratypianum,
uod ex Adriatico sinu desertur, odoratum ac tenuius est: qua-
liberaliter epotum fallit: diu seruat ebrietatem & soporem
lfert. Istricum Paratypiano simile est, sed urinam uehemen-
us pellit. Chium tamen antedictis mollius, & aptum potui est:

Bene alit, & minus inebriat fluxiones cohibet oculorum medicamentis utile. Lesbium facile membra subit, Chio leuius, & aluo idoneum. Ephesium eandem uim habet, quod Phygelites nominatur. Verum Asianum è Tmolo monte, Mesogites appellatum, capitis dolores ciet, & neruos lædit. Coum uerò & Clazomenium, quoniam multam sibi maris aquam uendicant, facilè corrumpuntur: flatus mouent, aluum turbant, neruis officiunt. Vinum omne (ut reliqua in commune dicantur) merum ac syncerum, & sua natura austerum, excalfacit, facilè in membra distribuitur: stomachum adiuuat, appetentiam ciborum inuitat, uires alit, ac robur auget, somnum conciliat, & commendat colorem. Potum liberalius auxilio est contra assumptam Cicutam, Coriandrum, Pharicum, Ixiam, Meconiam, Argenti spumam, Taxum, Aconita, Fungósue: contra serpentium morsus, & omnium ictus quæ refrigerando necant, aut stomachi in uomitiones effundunt. Facit ad longas inflationes, rosionesq́ præcordiorum, ac distentiones, stomachi resolutionem, & si uenter aut interanea rheumatismum sentiant. Conueniunt sudatoribus, & quibus corpus immodico sudore digeritur, maximè alba, uetera, & odorata. Quæ tamen uetustate dulcescunt, renibus ac uesicæ accommodatiora redduntur. Vulneribus, inflammationibusq́ in succida lana imponuntur. Tetra ulcera & phagedænica, & fluxionibus obnoxia, commodè perfunduntur. Quæ marinam non receperunt, austera & alba, ad sanorum uictus usurpantur. In his, præstant Italica, Falernum, Surrentinum, Cecubum, Signinum, & permulta Campaniæ, & Parætypianum ab Adriatico sinu, & Siculum quod Mamertinum appellatur. Ex Græcis Chium, Lesbium, & Phygelites ex Epheso. Crassa uerò & nigra, stomacho negocium exhibent, inflationem pariunt, corpus augent. Tenuia tamen & austera stomacho prosunt, & minus carnes alunt. Vetera ualde tenuia,

& can

& candida uehementius urinam ciunt, & dolores capitis mouent, neruosq; largius pota tentant. In media ætate, ut à septimo anno, potui saluberrima sunt. Modus autem pro ætate, & tempore anni, & consuetudine, & qualitate uini definiatur. Non sitire, & modicè cibos prolui, optimum est præceptum. Nocet ebrietas omnis, & maximè aßidua, siquidem obsessos neruos quotidie remittit: largiorq; potus, acutorum morborum adfert uitia. Mediocris tamen uinolentia, aliquot diebus, maximè post aquæ potus, utilis: namque modo quodam ex alto euocat, sensusq; expurgat excretus, & per cæca corporis ducit spiracula: sed aquam post uinolentiam bibere oportet: siquidem ualetudinis alicuius gratia factæ temulentiæ, remedium affert frigida. Omphacites nomine peculiariter fit in Lesbo, siccata sole acri Vua, paulò ante maturitatem decerpta, triduo aut quatriduo, donec racemi in rugas contrahantur, expressumq; Vinum cadis insolatur. Vim adstringendi habet. Prodest dissolutis, stomacho, & ilei dolore laborantibus. Item prægnantium malaciæ, & crudis. In pestilentia quoque sorptum auxiliari dicitur. Huiusmodi Vina non nisi post multos annos bibi possunt. Lora, quam Deuteriam, alij Potimon appellant, fieri solet, adiectis metretis tribus aquæ, in uinacea, quibus triginta Vini metretæ extractæ fuerint, calcatis uinaceis, expressoq; decocto ad tertias parteis, additis in singulos congios modi eius qui remansit, binis salis sextarijs. post hyemem transfunditur in uasa. Lora intra annum utendum: etenim celeriter exolescit. Conuenit ægris quibus timemus noxam Vini, coacti sæpe desiderijs eorum obtemperare. Itam à longa ualetudine se recolligentibus. Fit & uinum quod Adynamon uocant, Loræ uires habens hoc modo: Pares aquæ & musti mensuræ coquuntur molli igne, donec absumatur aqua: quod, ubi refrixerit, elutriatū, picato uase recōditur. Alij marinæ & cœlestis aquæ, mellis & musti pares miscēt por-

tiones, decapulant, & quadraginta diebus insolant, quo ad annum utuntur ad omnia eadem. Vinum è syluestri Vua nigrum adstringit. Prodest aluo & stomachi fluxionibus: & cæteris quibus constrictione & contractione opus est.

Vinum melitides. CAP. VI.

NOMENCLATVRA.

Græ. μελιτίτης. *Lat. Melitites. Ita. Vino Melitide.* Gal. Vin faict du moust de gros vin, & de Miel.

MElitites datur in longis febribus, quæ stomachum infirmarunt. Nanque aluum leuiter emollit, urinam ciet, stomachum expurgat. Prodest articulario morbo, renum uitijs, imbecillo capiti, & mulieribus abstemijs. Odoratum siquidem est, & corpus alit. Distat à Mulso quod fit è Vino uetere, austero, & Melle exiguo. Melitites autem adiecto ad quinque congios austeri Musti, Mellis congio, & salis cyatho, cortinis magnis, quò magis ad efferuescendum locus pateat, fieri oportet, sensim asperso sale: cumq; efferuere desierit, in alia uasa transfunditur.

Mulsum. CAP. VII.

NOMENCLATVRA.

Græ. οἰνόμελι. *Lat. Mulsum. Ita. Vino Mulso.* Gal. Mixtion de gros vin vieulx & de Miel.

MVlsum è uetere Vino austeroq;, & bono Melle factum, præfertur: minus enim inflat: ac celeriter id genus in usum uenit. Vetus, corpus alit: media ætate, aluo prodest, urinam pellit, à summo cibo sumptum nocet: & inter initia potum, implet, dein appetendi auiditatem reuocat. Fit Mulsum duabus Vini metretis, admixta una Mellis. Aliqui, quò celerius præberi pos

ri pos

...t, Mel cum Vino coquunt, & ita transfundunt. Alij utilitatis ...ratia, ad sextarios sex musti feruentis, unum Mellis adijciunt, & ubi ferbuerit, uase recondunt: dulce autem permanet.

Aqua mulsa. CAP. VIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. μελίκρατον. Lat. Aqua mulsa.
Gal. Mixtion deau & de Miel.

AQua mulsa easdem quas Mulsum uires possidet. Cruda utimur, cùm molliri deiectionem, aut uomitionem inci...are uolumus: ut ijs qui uenena hauserunt, ex oleo. Decocta da...ur imbecillis, & hominibus elanguescentis pulsus, quos illi di...cere microsphyctos: tussientibus, peripneumonicis, & ijs qui ...mmodico sudore digeruntur. Iam paratum cõditiuumq́; quod ...liqui Hydromeli propriè uocant, media ætate Adynamo Vi...o, aut Loræ in recreandis uiribus respondet, & similem uim ...dipiscitur. Quare inflammationibus alicuius membri plus quã ...ora prodest. Inueterati tamen usus damnatur inflammatis, aut ...onstrictis, sed laboranti stomacho, aut cibum fastidienti, suda...oribúsue conuenit. Fit duabus pluuiæ aquæ ueteris ad unã Mel...is partem additis, & insolatis. Alij fontanam aquam adijciũt, & ad tertias parteis decoquunt, & ita recondunt. Nec desunt ...qui Hydromeli appellent, quòd á Melle elutis aqua fauis confici ...c seruari soleat: sed meracius confieri conuenit. Aliqui id co...quunt. Ægrotantibus noxium est, quoniam plurimum ceragi...ris sibi uendicat.

Aqua. CAP. IX.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὕδωρ. Lat. Aqua. Ita. Acqua.
Gal. Eau.

DE Aquis in uniuersum decernere, propter locorum proprietates, & peculiares naturas, cœlum, & alia pleraque, difficile est. Magna tamen ex parte optima est dulcis, syncera, nullius omnino qualitatis particeps, & quæ ne minimo quidem tempore in præcordijs commoratur. Ad hæc, quæ & facili uia fertur, & citra molestiam. nec inflationes creat, & minimè computrescit. Aqua maris calida est, & acris. Stomacho aduersatur, aluum enim conturbat. Pituitam expellit: si uerò calida ad fotus adhibeatur, elicit & discutit. Neruorum uitijs, & pernionibus, ante ulcera prodest. Miscetur cataplasmatis ex hordeacea farina, & emplastris, & discutientibus malagmatis. Ad mouendas deiectiones tepefacta infunditur, ad tormina: calida, psoras, pruritus, impetigines, lendes, & mammas rigentes, foueri utile est. Liuores fotu discutit. Ad uenenatos ictus, qui tremorem & refrigerationem adferunt, salutaris intelligitur, maximè scorpionum, phalangiorum, aspidumq́. Etiam si quis in calidam descendat, auxiliatur: & malo habitu confectis iamdiu corporibus, neruisq́, balneæ ex ea utiles: hydropicos, capitis dolores, aurium grauitates, feruentis uapor leuat. Syncera, & sine potabilis aquæ mistione reposita, uitus deponit. Sunt qui etiam præcoquant, & ita recondant. Datur ad purganda corpora per sese, aut ex posca, aut cum Vino, aut Melle. uerùm post deiectionem, dant gallinæ aut piscium iuscula, ad domandam morsus acrimoniam.

Thalassomeli. CAP. X.

NOMENCLATVRA.

Græ. θαλασσόμελι. *La. Thalassomeli. Ita. Thalassomele.* Gal. Mixtion deau de mer & de Miel.

QVod Thalassomeli uocatur, uehementer purgare constat. Temperatur autem æquis portionibus, maris, Mel

,& imbris ex alto, defæcatis, & picato uase per canis æstus solatis. Alij ad binas marinæ coctæ singulas Mellis adijciunt, ise cōdūt. Huiusmodi moderatius est aqua marina, & mitius.

Acetum. CAP. XI.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὄξος. Lat. Acetum. Ita. Aceto.
Gal. Vinaigre.

ACetum refrigerat, & adstringit. Stomacho utile, appetentiam excitat. Erumpentem undecunque sanguinem, otu insessiue sistit. Prodest alui fluxionibus coctum cum cibis. ruentis uulneribus inditur. Inflammationes arcet, in succidis la a aut spongia impositum. Reprimit procidentia sedis, uuluæq; em abscendentes gingiuas, & sanguine manantes. Ad nonas, & ignem sacrum, ulcera quæ serpunt, lepras, impetigines, erygia, cum aliquo conuenienti efficax est. Phagedænas ulcerum, nomasq; fotu continuo cohibet. Podagricis calido fotu, cū lfure auxiliatur. Sugillationes rapit, cum Melle illitum. Contra capitis ardores cum Rosaceo in succidis uelleribus, aut sponia imponitur. Ad aquam intercutem, grauitatem aurium, & nitus, sibilosq;, feruentis uapor proficit. Instillatum quoque au um uermes necat. Panos coërcet tepidi fotus, aut si imbuta aeto spongia admoueatur. Pruritus permulcet. Contra uenenaos serpentium ictus, qui refrigerando nocent, calidum commoe fouetur: & frigidum, ijs quæ exurens uirus eiaculantur. Calidum potum atque uomitionibus redditum, aduersus omnia ueena efficax est, præsertim contra Meconium, & haustam Ciutā, cōglobatū in uētre sanguinē, lac coagulatū, Fūgos, Ixiā, Taūq;, cū sale haustu uoratas Hirudines, si sorbeatur, eijcit, tussim eterē mitigat, & recētē lacessit. In ortopnœa calidū cōmode sor etur. Gutturis fluxiones gargarizatum inhibet. Anginis &

uuæ procidenti conuenit. Contra dentium dolorem, calidum colluitur.

Acetum mulsum. CAP. XII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ὀξύμελι. Lat Acetum mulsum.

Ital. Aceto melato.

Acetum mulsum: quod Oxymel uocant, hoc modo temperatur: Aceti heminas quinque salis marini pondo, mellis minas decem, aquæ sextarios quinque pariter coquito, decies efferuescente cortina: atque ubi refrixerit, diffundito. Sumptum crassos homores extrahere, & ischiadicis, comitialibus, & articulorum morbo conflictatis prodesse creditur. Contra morsum eius Viperæ, quam Sepa uocant, haustum meconium, ixiámue, auxilio est. Anginis utiliter gargarizatur.

Acida muria. CAP. XIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ὀξάλμη. Lat. Acida muria.

Ital. Salamonia acetosa.

Acida muria, quam Græci Oxalmen uocant, contra nomas fotu, putrida ulcera, canum morsus, & uenenatos ictus auxiliatur. Sanguinis fluxiones post excisos calculos sistit, si statim calida in uulnus inijciatur. Prociduam sedem reprimit. Dysentericis, si nomas sentiant, infunditur. Oportet autem ex lacte instillare. Hirudines sorbitione aut gargarizatu necat. Furfures & manantia capitis ulcera exterget.

Thymoxalme. CAP. XIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. θυμοξάλμη. Lat. Thymoxalme.

Ital. Thimoxalme.

Thy

THymoxalme ueteres utebantur, dabantq; laborantibus imbecillitate stomachi, ternos quaternósue cyathos, aqua lida dilutos, in articularibus morbis, & inflationibus. Cras humores, atrosq; trahit. Hoc modo factitatur: Thymi triti tabulum, salis idem modus, Rutæ, pulegij, polentæ, singulo exiguæ portiones in uas conijciūtur, aquæ terni sextarij, & eti terni fundūtur, & circumposito linteo sub dio madescunt.

Scillinum acetum. CAP. XV.

NOMENCLATVRA.

Gr. Σκιλλητικὸν ὄξος. Lat. Acetum scillinum. Ital Aceto Scillino.

SCillicum acetum hoc modo fit: Scilla, quæ candida fuerit, expurgata conciditur, traiectaq; lino segmēta modicis inter llis ne se contingant, siccantur in umbra quadraginta diebus. ina eorum in aceti boni sextarios duodecim immergitur, & se diligenter operto septenis diebus in sole madescit. Post eum merum dierum, Scilla eximitur, & expressa abijcitur. Defæ tum acetum trāsfunditur, & reponitur. Aliqui Scillæ minā, inque aceti sextarijs miscent. Alij citra exiccationem repur ntes, parem mensuram adijciunt, & senis mensibus macera patiuntur. Id multò magis humorum lentitias digerit, gin uas humore prægnātes collutione stringit firmatq;, & motos ntes stabilit, putredines oris, & graues halitus tollit, du t fauces sorbitione, & callosas facit, uocem expedit, & lym dam canoramq; reddit. Datur stomachicis, ægrè cibum con quentibus, melancholicis, comitialibus uertiginosis, mente ca is: item uuluarum strangulationibus, lienis incremento la rantibus, ischiadicisq;. Imbecillos admodum recreat, cor-

pus sanum reddit, & bonum colorem præstat. Oculorum acien exacuit, tarditatem quoque aurium infusione purgat. In summa, ad omnia efficax. Cauendum tamen intestinis exulcerationibus, in capitis dolore, aut neruorum uitijs. Datur quotidie ieiunis sorbendum, inter initia exiguum, paulatim adaugendo, ad cyathum usque. Nonnulli binos dant, cyathos, aut largius.

Scillinum. CAP. XVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Σκιλλητικὸς οἶνος. *Lat. Vinum Scillinum.*

Ita. Vino Scillino.

Scillinum uinum fit hoc modo: Dissectam, uti dictum est, Scillam, & sole siccatam contundito, minam eius tenui cribro incernito, & linteo raro illigatam, in uicenos sextarios musti recentis ac boni demergito. Vbi trimestri spacio maduerit, elutriatum uinum, obstructo diligenter uase, recondito. Licet quoque sic humida Scilla uti: In orbiculos, Rapi modo, dissectam duplicato pondere, quadraginta diebus insolari oportet, & ualde inueterascere. Alia parandi ratio. Scillæ dissectæ & repurgatæ tres minas, in Italicam metretam musti demittito, & senos menses in uase obstructo macerari sinito: post id tempus defæcatum & excolatum uinum recondito. Vtile est contra cruditates, & ciborum corruptiones: item ijs qui reuomunt cibum, & si pituita in uentre, aut stomacho coierit. Prodest lienosis, malè habitis corporibus, aquæ intercutem, regio morbo, difficili urinæ, torminosis, inflationibus, resolutioni neruorum, horroribus longis, uertiginosis, & uulsis, menses pellit, minimè neruos infestat. Hoc uinũ uetustate fit melius. Cauendus in febre usus, aut si interanea ulcus sentiant.

Marina. CAP. XVII.

NOMENCLATVRA.

Græ.

Gr. θαλαττίτιο ἰοίνοι. La. Vina marina. It. Vini misturati con acqua marina.

MArina uariè factitantur. Aliqui enim statim quũ decerptæ sunt uuæ, aquam maris admiscent. Alij in area ...s sole siccant: quibus calcatis, marinam adijciunt. Alij passas ...us uuas in dolijs marina aqua macerant, mox calcatas expri...unt. Id magis passi generibus adscribitur. Quæ tamen austerio...gustu temperantur, contra febrium aduentantium indicia ua...t, si modò meliora non adsint. Aluum subducunt, prosunt pu...enta extussientibus, aut si dura aluus exerceat. Quæ ex A...næis uuis fiunt, caput tentãt, stomacho aduersantur, flatus cre...t. Verùm quo plenior habeatur historia, ijs qui huius studio te...entur, non inutile existimamus uarias uinorum compositio...s adferre, non quòd frequens eorum aut necessarius existat ...s, sed ne quid omisisse uideremur, quod ad eorum rationẽ atti...ret. Sunt autem quædam ex ijs factitia, minoris curæ ac impen..., quæ cadunt in usus: uti quæ ex Cotoneis malis, Pyris, Sili...is, item Myrti baccis componuntur.

Cydonites. CAP. XVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. κυδωνίτης. Lat. Cydonites. Ita. Vino delle Mella Cotogne.

CYdonites, nomine alio Melites appellatur, & ita fieri consueuit: Mala Cotonea exemptis seminibus, frustatim Rapi...do scinduntur, & duodecim minarum pondo, in musti me...tam, triginta diebus macerantur, postea defæcatum uinum ...onitur. Alia faciendi ratio: Oportet ad singulos Mellis sexta...s, denos succi Cotoneorum tusorum pressorúmque adijcere,

&

& ita recondere. Vinum hoc adstringit, prodest stomacho, d[y]senteriæ, hepaticis, renum uitijs. & urinæ difficultati. Melomeli, quod & Cydonomeli nominant, sic fit: Cotonea mala seminibus suis castrata, in quāplurimum Mellis, quo penitus demersa contegantur, conijciuntur. Id post annum mitescit, mulso no[n] dißimile. Præstat eadem quæ superior compositio.

Hydromelum. CAP XIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. υδρόμηλον. *Lat. Hydromelum.*

Ita. Hydromelo.

FIt Hydromelon duabus mensuris aquæ coctæ, & sub can[i]culæ sydus insolatæ, additis ad unam Melomelitis, facti ex Cotoneis. Vis huius eadem est.

Omphacomelites. CAP. XX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Omphacomeli. Lat. Omphacomelites.

Ita. Omphacomole.

OMphacomelitis faciendi ratio hæc est: Acerbæ uuæ adhuc immaturæ, & tribus diebus insolatæ exprimuntur, & ad ternas succi partes, Mellis optimi despumati singulæ partes adijciuntur: & insolatur in uase transfusum. Vim reprimendi ac refrigerandi habet. Stomachicis cœliacisq́; conuenit. Vsus post annum est.

Apijtes. CAP. XXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Απίτης. *Lat. Apijtes.*

Ita. Apijte.

Fit

Fit & è Pyris, perinde atque Cotoneis, uinum, Apijtes nomine, sed ita ut Pyra non magnoperè maturescant. Ex Sili is etiam, Mespilis, Sorbis, simili modo teperatur. Omnia hæc nera acerba sunt, & adstringunt. Stomacho utilia sunt, atq; estinas fluxiones cohibent.

Oenanthinum. CAP. XXII.

NOMENCLATVRA.

Gr. οἰνανθίνος. La. Oenanthiuum. It. Enanthino.

Fit è feraci uite syluestri, quod uocatur Oenanthinum: Sicci flores minis duabus musti cado macerati, post triginta dies utantur, mox colatum uinum reconditur. Facit aduersus stomachi imbecillitatem, cibi fastidia, cœliacos & dysentericos.

Rhoites. CAP. XXIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ῥοΐτης. Lat. Rhoites. Ita. Vino de Melagrani.

Fit è Puniceis malis maturis, quod Rhoiten nominant, succo expresso ab acinis eorum, quibus lignosus nucleus abest, Apyrena uocant, ac decocto ad tertias, & ita reposito. Efficax t contra fluxiones internas, & febrim cum alui profluuio exrtam. Stomacho utile. Adstringit aluum, & urinam mouet.

Rhodites. CAP. XXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ῥοδίτης. Lat. Rhodites. Ita. Vino Rosado.

Rhodites sic fit: Rosarum siccarum tusarumq;, minam linteolo deligatam, in sextarios octo musti demergito, & ost tres menses, defæcatum uinum transfundens recondito. Vti e ijs qui febricarent, & ad stomachi coctiones, & dolores à ci

bo

bo potum, & contra humidas aluos, & dysenterias. Fit quo ex succo Rosarum, addito Melle, quod Rhodomeli uocant, qu arteriæ scabritijs conuenit.

Myrtites. CAP. XXV.

NOMENCLATVRA.

Gr. μυρτίτης. Lat. Myrtites. Ita. Vino delle bacche del Mirto.

M*Yrtites fit, baccis nigris, quæ maturitatem excesserin tusis, & organo expreßis. Aliqui ad tertias coquun Alij baccas prius sole torrent, & quaternis sextarijs contusa rum, ternas aquæ heminas adijciunt, & uini ueteris parem m dum postea exprimunt, & seruant. Magnoperè astringit: stom cho utile: fluxionibus uentris ac stomachi prodest: & contra in testinas ulcerationes, & profluuia. Denigrat capillos.*

Myrsinites. CAP. XXVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. μυρσινίτης. Lat. Myrsinites. Ita. Vino Mirteo.

M*Yrsinites sic tẽperatur: Rami nigræ Myrti cum suis Bac cis & folijs tusi, decem minarum pondo, in tribus musti congijs feruescunt, donec duo supersint, aut certè dimidium. Id ui num colatum ad usus reconditur. Contra furfures, ulcera in capi te manantia, eruptiones papularum, gingiuas, tonsillas, & puru lentas aureis efficax est. Sudores sistit.*

Lentiscinum & terebinthinum. CAP. XXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. σχίνινος καὶ ὁ τερμίνθινος. Lat. Lentiscinum & Terebinthinum. It. Vino del Lentisco, & del Terebintho.

Len

Entiscinum similiter ut Myrsinites temperatur, nec secus Terebinthinum. Nanque bacciferi eorum rami sumi de- nt. Similes insunt uires. Adstringunt, stomacho accommodã- , & defluxionibus intestinorum, uesicæ, & stomachi, et san inis profluuio. Vlcera omnia fluxionibus obnoxia, fotu ad ci- ricem perducunt. Fluxiones uuluæ ac sedis, insessione cohibẽt.

Palmeum. CAP. XXVIII.

NOMENCLATVRA.

r. φοινικίτης. *Lat. Palmeum. It. Vino de i Dattoli.*

P*Almulas maturas, quas uocant Chydæas, in urceolũ imo pertusum, & obstructum picata arundine, demittito: lino ramen sit obturatum, & quadragenis sextarijs ternos aquæ ngios infundito. Quod si ipsum ita dulce esse non libeat, quin- e congios infudisse satis est. Post decem dies detracto ab arun- ne linteo, assumito uinum crassum & dulce, & reponito. Sua illud quidem, sed capiti noxiũ. Contra fluxiones, propter ad- ictoriam uim, efficax. Stomachicis, cœliacis, sanguinẽ expuẽ- bus cõuenit. Aliqui idẽ addita aqua iterum capiut, & tertio, arto, quinto, sextóue faciunt, quod tandem acore uitiatur.*

Catorchites. CAP. XXIX.

Græ. κατορχίτης. *Lat. Catorchites. Ita. Vino de Ficchi secchi.*

C*Atorchites, aliquibus Sycites uocatur, in Cypro fit: ita ut Palmeum. Sed hoc interest, quoniam pro aqua tantundẽ umoris adijciunt, in quo recenter pressa uinacea maduerint. Ca cæ quæ Chelidoniæ aut Phœniceæ appellantur, præsertim græ macerantur, uti diximus, & post decem dies humor cipitur: atque iterum aut tertio, idem modus aquæ in qua ui- acea maduerint infunditur. Simili modo intercedente spacio, arto aut quinto assumitur. Demaceratarum liquor, non secus*

aco

acorem contrahit, & aceti usum præbet. Id tenue est. Flatus gignit, stomacho aduersatur, fastidium parit, aluo tamen prodest, urinam ciet, menses trahit, lactis ubertatem facit, uitiosum sanguinem creat, & elephantiasin adfert, ut potio quem Xythum appellamus. Aliqui sex amphoris, decẽ salis sextarios adijciunt. Alij muriæ amphoram, quod non facilè uitiatur, & aluo idoneum fore censent. Alij Thymum et Fœniculum imo subijciũt, & Caricas superponũt: & ita uicißim, donec uas expleuerint. Fit & è Sycomoris eodem modo uinum, sed in acetum acre degenerat, quoniam non ita præualet uis eorum, ut fluentis liquoris dulcedinem retinere poßit.

Resinatum. CAP. XXX.

NOMENCLATVRA.

Gr. ρητινίτης. Lat. Resinatum. It. Vino resinato.

RESinatum uinum populatim factitari solet. Copiosum in Galatia: quoniam uinum illic coacescat, uua non maturescente, ob cœli algorem, nisi Picea resina temperetur. Resina autem cum cortice tunditur, & amphoræ dimidiata hemina permiscetur. Aliqui ubi efferbuit, excolant, separãtes resinam: alij relinquunt. Hæc uina uetustate dulcescunt. Omnia capitis dolorem, & uertigines faciunt. Concoctionem tamen adiuuant, urinam cient, tußientibus, ac destillatione uexatis conueniunt. Item cœliacis, dysentericis, & hydropicis, & fœminis fluxione uuluæ laborantibus. Altis exulcerationibus infunditur. In hoc autem genere nigricans, magis albo constringit.

Strobilites. CAP. XXXI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Στροβιλίτης. Lat. Strobilites,
Ita. Vino delle Pine.

Strobili

STrobilites fit maceratis in musto nucibus pineis, recentibus, fractis, præbetq; resinati effectus. Si quis madefactas nuces in musto decoquat, potum affatim conuenit ijs qui tabitudine inficiuntur.

Cedrinum. CAP. XXXII.

NOMENCLATVRA.

Græ, Κεδρίνος. Lat. Cedrinum. Ita. Vino del Cedro.

CEdrinum, Iuniperinum, Cupreßinum, Laurinum, Pineũ aut, Abiegnum, simili ratione fiunt. Diuisos recenter ramos, cùm fructum ædunt, aut soli, aut balneo, aut igni, admouere oportet, uti consudent, congioq; uini minam unam permiscere, & post duos menses transfundere, & antequàm recondantur, insolare. Factitiorũ uinorum uasa impleri debent: namque non plenis uasis, uina in acorem corrumpuntur. Medicata autem uina, rectè ualentibus insalubria. Omnia excalfaciunt. Vrinam cient, & substringunt. Laurinum tamen uehemẽtius excalfacit. Fit quoque è fructu Cedri maioris uinum, congio musti deiecta tusarum baccarum selibra, diebus quadraginta insolari debet, & defæcatum in uasa transferri. Fit etiam uinum è baccis Iuniperi, non aliter quàm Cedrites, & ad eadem ualẽs. Cedrites hoc modo fit. Cedriam dulci aqua lauant, & singulas amphoras singulis cyathis diluunt, & ita musto replent. Hoc genus uini excalfacit, extenuat. Tußi antiquæ utile sine febre, pectoris laterumq; doloribus, torminibus, uentris & interaneorum ulceribus, purulentis excreationibus, mulieribus uuluæ cauitijs, hydropicisq;. Facit aduersus uentris tineas & horrores. Contra uenenatos ictus auxiliatur. Serpentes necat. Auriũ doloribus instillatum medetur.

Picatum. CAP. XXXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. πισσίτης. Lat. Picatum. Ital. Vino impeciato

Picatum ex liquida pice & musto temperatur. Picem autem primum marina aut muria tantisper eluere oportet, dum inalbuerit, & syncera maris aqua defluat, mox aqua dulci proluenda. Congijs octo musti, uncia picis una aut altera adijcitur. Vbi efferbuerit & constiterit, in uasa diffunditur. Hoc genus uini excalfacit, concoquit, purgat, abstergit. Vtile doloribus pectoris, alui, iecinoris, lienis & uuluæ, si sine febre sint, ueteri rheumatismo, exulcerationibus in altum recedētibus, tussi, suspirijs, concoctionibus tardis, inflationibus, & luxatis, præsertim in succida lana impositum.

Absinthites. CAP. XXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀψινθίτης.

Lat. Absinthites. Ita. Vino d'Assenzo.

Absinthitæ faciundi ratio euariat. Aliqui enim duodequinquaginta sextarijs Italicarum amphorarū, admistam Absinthij Pontici libram decoquunt ad tertias: & ubi infuderint sex aceti sextarios, & Absinthij selibram, ac diligenter permiscuerint, diffundunt in uas: dumq; conquieuerit, defæcant. Alij Absinthij minam in amphoram demittunt, tusamq;, & raro linteo deligatam, in cado musti macerant, binis mensibus. Alij Absinthij quadrantem, & Nardi Syriacæ, Cinnamomi, Casiæ, floris Iunci odorati, Calami, Elatæ, Palmarum, singulos sextantes inijciunt in metretam musti, & tundentes prius pila, obstructo uasis spiraculo, binis ternisue mensibus dimittunt: postea defæcatum uinum transfundunt ad usus. Alij addunt in musti cadum, Celticæ Nardi drachmas quatuordecim, & Absinthij drachmas quadraginta, linteo inuolutas, & post quadragesimum diem elutriant, Alij in senos sextarios

ns musti, Absinthij libram, & siccæ Pini resinæ sextantem mmittunt, & post decem dies excolãt, & recõdunt. Vtile est omacho. Vrinam cit, tardam concoctionem accelerat, hepati-, regio morbo, & renum uitijs auxiliatur, fastidia discutit. Ijs odest quibus stomachus negotium exhibet. Valet contra lon-um præcordiorum distentionem, & inflationes, teretesq́ uen-s tineas, & remoratos menses. Contra hausta Ixiæ uenena uamplurimum potum, & uomitionibus redditũ, auxiliatur.

Hyssopites. CAP. XXXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὑσσωπίτης.

Lat. Hyssopites. Ita. Vino d'Hissopo.

HYssopites è Cilicio hyssopo maximè laudatur: fitq́ similiter, foliorum Hyssopi tusorum libra in amphoram musti niecta, linteolo raro, cum quibusdam lapillis, folia inuoluun-r, ut degrauatus ponduscu lo fasciculus sidat. Vinum post qua-raginta dies defæcatum elutriatur. Contra pectoris, laterum, & pulmonis uitia, ueterem tussim, & suspiria prodest. Vrinã t. Torminibus & horroribus febrium circuitu repetentibus uxiliatur. Menses mouet.

Ex diuersis plãtis facta. Ca. XXXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. οἶνοι ἐξ ποικίλων φύτων πεποιημένοι.

Lat. Vina ex diuersis Plantis facta.

Ital. Vini fatti di diuerse piante.

SImili modo Chamædryites fieri solet. Excalfacit, discutit. Conuulsis, regio morbo, uuluæ inflationibus, tardæ conco-ioni, incipienti aquæ inter cutem, subuenit. Inueterascens me-us redditur. Stœchadites non secus temperatur. Congijs sex

Stœchadis minam addere oportet. Craßitiem, inflationem, laterum, neruorumq́ cruciatus, & perfrictiones discutit. Comitialibus commodè datur, cum Pyrethro & Sagapeno. Fit ad eadē acetum è Stœchade herba, ut paulò antè diximus, aceto macerato, quod eosdem implet effectus. Fit uinum è Betonica, quā Cestron Psychotrophon appellant. Herbam semine maturo prægnantem, cum suis ramulis minæ pondo, congijs duobus uini macerant, & post septimū mensem transfundūt. Ad multa interaneorum uitia, ut frutex ipse, pollet. Et ut in uniuersum dicatur, factitia uina sibi misturarum uires adsciscunt. Quare non difficile fuerit, is qui illarum naturas norint, uinorum uires coniectura quadam consequi. Veruntamen uinorum usus febricantibus abdicandus. Fit etiamnum è Betonica acetum ad eadē uitia utile. Tragoriganites fit quaternis Tragorigani drachmis linteolo colligatis, in quaternos musti sextarios coniectis, & post tertium mensem transfusis. Prodest torminibus, uulsis, ruptis, laterum doloribus, spirituum discursationi, ægris concoctionibus. E Napis fit uinū, nomine Bunites, drachmis duabus tusi Napi in sextarios duos musti additis, & cæteris eodem modo factis. Prodest stomachicis, & dimicatione, aut longo equitatu fatigatis. Dictāni drachmas quatuor, macerato, quaternis musti sextarijs. Facit aduersus stomachi fastidia: menses, & purgamētū à partu subducit. Marrubij adulti folia tundito: & sextarios octo in musti metretam demittito, & reliqua consimiliter facito. Conuenit hoc uinum pectoris uitijs, & omnibus quibus Marrubium. Thymi tusi & cribrati uncias centū linteo colligatas, in amphoram musti adijcito. Valet contra ægras coctiones, fastidia, dysenteriam, neruorum & præcordiorū dolores, hybernos algores, & uenenata animalia, quorum morsus frigus insequitur, aut putrescit locus. Simili modo è Satureia uinū fit, quod eadem quæ Thymites præstat. Sic quoq; Origanites ex

Her

eracleotico Origano conficitur similiter cum supradicto. Facit dẽ quæ Thymites. E Calamintha, Pulegio, & Abrotono ui fiunt eodem quo Thymites modo. Prosunt stomachicis, cibũ stidientibus, & regio morbo, quòd urinam moueant. Fit itẽ è onyza uinum, contra uenenata ante alia efficax.

Aromatites. CAP. XXXVII.

NOMENCLATVRA.

ræ. Αρωματίτης. *La. Aromatitis. Ita. Aromatite.*

A*Romatites ita fit: Palmæ, Aspalati, Calami, Nardi Galli ci, singulorum quatuor sextarios sumito, postquam con- iueris, passo subigito: coactis ingentibus offis, & in sextarios uodecim austeri musti deiectis, operculato uase, quadragin- diebus quiescere sinito: deinde ubi fæce expurgatum fuerit, condito. Alia eius ratio: Calami uncia, Phu drachmæ septẽ, osti drachmæ duæ, Nardi Syriaci drachmæ sex, Casiæ uncia, roci drachmæ quatuor, Amomi drachmæ quinque, Asari rachmæ quatuor: omnia simul trita & linteo colligata in ca- um musti demerguntur, & postquam uinũ deferbuerit, transf- nditur. Facit ad pectoris, & laterum, & pulmonis dolores. ifficili urinæ, horroribus, retardatis mẽsibus, atque ijs qui per igora iter faciunt, potum cõuenit, pituitæ craßitiem extenuat. olorem alit, somnum conciliat, dolorem finit, renum & ue- cæ uitijs auxiliatur.*

Ex diuersis odoramentis facta. CAP. XXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. οἶνοι ἐξ ποικιλων ἀρωμάτοδων.
Lat. *Vina ex diuersis odoramentis.*
Ital. *Vini di diuersi odoramenti.*

FIt & uinum ad destillationes, cruditates, tussim, inflatio nes, & si humor in stomacho coijt. Myrrhæ duæ drachm Piperis candidi drachma una, Iridis drachmæ sex, Anisi dra chmæ tres, omnia plenius tusa & linteolo inuoluta in sex ui sextarios coniiciuntur: uinum post triduum colatur, & in lage na reconditur. Datur post deambulationem, meraculum, cya thi unius mensura. Fit quoque Nectarites ex Helenio herba, r dice sicca pondo quinque drachmarũ linteolo colligata, & i cõgios sex musti addita, & post tres menses effusa. Facit ad sto machi & pectoris uitia. Vrinam pellit. E Syriaca Nardo, & Celtica, Malabathroq́ uinum factitatur, hac ratione: Singulo rum selibram in binos musti congios mittito, post menses duo colato. Datur cyathus unus cum tribus aquæ. Hoc uinũ efficax est contra uitia renum, hepaticos, regium morbum, & urinæ difficultatem. Prodest stomachicis, atq; iis quos pallor decolorat. Alij unciã aut sextantem Acori, & Celticæ Nardi quadrantem, in musti amphoram adiiciunt. Asari quadrantem in senos musti sextarios itidem demittito. Id uini genus urinã ciet. Hydropicis, & regio morbo laborantibus, hepaticis, ischiadicisq́ conuenit. Radicis syluestris Nardi recentis & tritæ cribratæq; bessem in congiũ musti cõiicito, duos mẽses quiescere sinito. Vtile est hepaticis, difficili urinæ, inflationibus stomachicis.

Ex diuersis herbis facta. Ca. XXXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. οἶνοι ἐξ ποικίλων βοτανῶν.

Lat. Vina ex diuersis herbis.

Ita. Vini di diuersi sorti d'herbe.

RAdicis Dauci contusæ drachmas sex, in musti amphorã imponito, & similiter trãsfundito. Facit ad dolores thoracis præcordiorum, & uuluæ. Menses pellit, ructus ciet, & urin

inã. Prodest tussi, ruptis, uulsisq; Saluiæ unciã in musti ampho
m, quod idem cum ceramio est, mittito. Valet contra renum,
sicæ, & laterum dolores, reiectiones sanguinis, tussim, rupta,
lsa, & suppressos mẽses. Panacis unciã in musti congiũ mitti-
, & transfundito. Prodest ruptis, uulsis, cõtusis, orthopnœæ, lie
s crassitiem extenuat. Cõtra tormina, coxendicũ dolores, effi-
x est tardas concoctiones accelerat. Mẽses & partus extra-
t. Aquæ inter cutẽ, & serpentiũ ictibus auxiliatur. Vina ex
eto & Dulci radice cõsimili modo fiũt. Oportet enim singulo
uncias octo in senos cõgios mittere. tribus mẽsibus macerare,
ox in uas trãsferre. Faciũt ad pectus, & latera, & urinã mo
nt. Seminis Apij recentis, maturi & cribrati unciæ nouẽ in
nteo colligatæ in musti amphorã demittãtur. Appetitum exci-
t. Stomachicis, & difficili urinæ auxiliatur. Faciles spiritus fa
t. Ex Fœniculo, Anetho & Petroselino, uina eodẽ modo fiũt
& ad eadẽ efficacia. Fit & è flore salis uinũ, multò ad purgan
ũ efficacius, quàm uinũ aqua marina tẽperatũ. Fauces uesicam
enes & stomachũ infestat: quarè neq; in secunda, neq; aduersa
aletudine prodest. Fit etiã uinũ quod Phthoriũ uocãt, quoniã
artus necat, & abortus facit, Veratro aut Scãmonia, aut sylue
ri Cucumere, iuxta radices uitiũ sato: siquidẽ uites sibi illorum
ires adsciscunt. Id uinũ partus enecat. Datur ieiunis mulieribus
uæ antè uomuerũt, cyathorũ octo mẽsura dilutũ. Ramorũ Ty-
elææ cũ suis folijs & fructu triginta drachmas mittito in con-
ios tres musti, & leui igne coquito, donec cõgij duo supersint,
efæcatũq; recõdito. Aquosa purgat excremẽta, & lienẽ absu
it. Chamelæa dũ floret, cũ folijs tusa & cribrata decẽ drach-
arũ põdere in musti cõgiũ addit. Post duos mẽses, uinũ in uas
rãsfertur. Aquæ inter cutẽ hepaticis: & lassitudine cõfractis:
fficax est. Iterũ mulieribus: quæ à partu ægrè purgantur. Cha-
næpityinum simili modo fit, ad eadem conueniens: urinam

quoque ciet. Libram radicis Mandragoræ concidito, segment
Lino traiicito, quod selibram æquat in musti cadum dimittito
ibiq; esse sinito ad mēses treis, deinde transfundito. Media potio
heminæ dimidium. Bibitur, passo in duplum addito. Aiunt he
minam uini congio mistam, potu soporē adferre. Cyathus unu
cum sextario uini potus, enecat: Mediocris usus eius, doloris sen
sum adfert. Fluxiones incrassat. Olfactu, potuq;, & cùm indi-
tur, idem præstat. In congium musti aqua marina diluti, drach-
mas duodecim nigri Veratri triti in linteo mundo, mittito: dūq;
efferbuerit, in marinæ aquæ congios quatuordecim aut quinde-
cim, ubi pleniuscule fregeris, inijcito. Post aliquot dies colato,
& utitor. Dato cyathum unū ex aqua balnei in potu, ad aluū
soluendam ijs qui euomuerunt à cœna. Alia ratio: Veratri dra-
chmas uiginti, Iunci odorati uncias duodecim, spicæ Syriacæ un-
cias tredecim, cribratas & linteo colligatas, in septem uini Co
sextarios, diebus quadraginta macerandas indito, postmodum
colato. Dabis in potu sesquiheminam. Aliter: Decoctæ marinæ
aquæ ex alto petitæ sextarios duodecim, Veratri candidi libras
sex, in musti amphora quadragesimo die quàm madefeceris,
colato, & utitor. Alia ratio: Veratri drachmas duodenas, &
aphronitri quaternas in senis musti sextarijs, diebus quinisdenis
macerato, mox colato: & semestri exacto, utitor. Id uini genus
abortus facit, & partus necat. Aut uuas in sole siccatas, imponi
to in musti metretam (implet autē metreta congios duodecim)
& gypsum, in uinum mittito, pondo drachmarum uiginti, &
biduo residere sinito, coniicito Veratri nigri drachmas trigin-
ta, Iunci odorati, Calami: singulorum drachmas triginta, bac-
carum Iuniperi sextarios duos & trientem, Myrrhæ & Cro-
ci singulorum drachmam, inuoluens linteolo diebus quadra-
ginta appendito, postea colato. Dabis heminas treis aut duas
dilutas. Purgat à partu & abortu fœminas. Fœtus extrahit.

Con

ntra strangulatus uuluæ efficax. Scammonites sic fit, Radi-
Scāmoniæ per messes effossæ, tritæ, & linteo colligatæ drach
s quinque in musti cōgium mittito: ad dies triginta. Aluum
rgat, bilem & pituitam extrahit.

DIuersæ pro cœli & soli ratione Vitis differentiæ. Has recensere nō
admodum ad rem fecerit, & ex Plinio & Theophrasto poterit
osus lector haurire, quo vel morosæ cupiditati satisfiat. Labrusca ea
cum Vite est, nisi quod non colatur: solo hoc discerniculo ab illa dis-
ns. Vuas passas, Galenus & veteres omnes, non pusillas has tantū
as intelligit, quæ ex Oriente & græcia Venetijs afferuntur, sed om-
pusillas aut grandes, quotquot insolatæ, farina, ficuum more con-
ntur. Siquidem solus eidem gustus differentiam prodit. zibit Damæ
uum, Candiacum, Cyprium Vuæ passæ numerum subibit. Vua pas-
esta cum acino astringit: his priuata, lenit, zizib quæ nil penè
ter corticem & acinum habet idonea tantum restringendo corpori
roborando stomacho. Quod si lenititudo ex his molliendo, ægris sua-
dum vt acinos expuāt, quin & huius Vuæ passæ præscribēdus vsus,
e sine acinis nascitur. Hoc tamen in negotio cāuedum, ne Vua passa
rba aut austera, sit, quòd eæ, & cum, & sine acinis, frigidiores sunt,
bus astringunt, stomachum roborant, & parum nutriunt. Oenan-
, secundi Labruscæ generis, flos, pulchrè & absolutè à Dioscoride des-
bitur. Thasiæ aut Amineæ loco, nunc vuis immaturis od Omphacium
ciendū vtimur. Vini natura, & vsus tū cōmodus, tū incōmodus satis
hoc authore & alijs multis descriptus. Hoc tātū dixisse sufficiat, Ga
um Vini per æstatē, arte profrigefacti vsum reprobare. Nam quam-
in iuuenum corporibus læsio manifesta non appareat, ætatis tamen
cessu, sub ineuntem senectutem se prodit malum, ac inde nerui, iun-
ræ, & interiora læsionem sentiunt, quæ aut nullatenus, aut ægrè ad
dum curetur. Vinum Melitites, & Mulsum raro & paucis in locis
ratur. Melicraton, seu Aqua mulsa, ex tempore fit, ex melle & aqua
lsa, ex tempore fit, ex melle & aqua simpliciter. Hydromeli vltra
uam & mel, adduntur quæ diuturnitatem concilient. Aquarum
tura cuiuis patet, è cœli, soli, fluxus, bonitate vel malitia concepta.
etiam indigenarum vultus coarguit. Qui supersunt capitum contex
, de Aceti & Vini varia confectiōe, clari sunt, & sanè magna pars
stro tempore non paratur, quæ tamē si pararentur aut priuatis in
mibus aut seplasijs, id maximū in modū ægris proficeret. Quapropter
Matthioli, opinio est, Vinum è ligno sancto frigidis morbis magna fa

cilitate ægros exoluere, perpello in compluribus sanitati redditis successus argumento.

Metallica omnia, & primùm cadmia.

CAP. XL.

NOMENCLATVRA.

Græ. Πᾶς λίθος μεταλλικὸς, καὶ πρῶτον καδμεία. *Lat. Matallica omnia, & primum Cadmia. Ital. Tutte le Pietre Metalliche & prima della Cadmia.*

EX Cadmiæ generibus optima est Cypria, Botritis nomine densa, modicè grauis, & in leuitatem magis declinans racemosa facie, colore Spodij, quæ fracta cinerulenta est, & æruginosa. Proxima habetur foris cærulea, intus candidior, internatis uenarum discursibus, Onychitæ lapidi similis, cuiusmodi sunt quæ è ueteribus metallis effodiuntur. Quædam etiam Placodes, id est, crustosa, dicitur, segmentis quibusdam perinde quasi zonis cincta, ob quod eam zonitin appellauere. Alia Ostracitis nominatur. gracilis, & magna ex parte nigra. Sed quæ testaceam faciem habet terram amplexa est. Improbatur candida. Oculorum medicamentis Botrytis nomine, & Onychitis, utilis: reliquæ ad emplastra, & farinas quæ cicatricibus inducẽdis insparguntur. Ad eadem Cypria prodest. Ex Macedonia uerò, Thracia & Hispania delata, improbantur. Cadmiæ effectus astringere, caua explere, sordes expurgare, exiccare, corporis meatus infercire, excrescentia in carne coercere, crustas creare, & ulcera quæ cacoethe uocantur, ad cicatricem perducere. Gignitur Cadmia ex ære in fornacibus candente, fuligine egesta flatu, & lateribus cameris fornacum inhærente. Prægrandes autem ac ferreæ sunt rudes, ab officinis appellatæ Acestides, per summa fastigia connexæ & concameratæ, ut quæ ab ære iactantur sursum corpuscula cohæreant, & inibi detineantur.

æ cùm spißius insident, in corpus concrescunt, & modo ge- unũ eius: modo duo, modo omnia perficiũt. Extrahitur & dmia in Cypro è monte qui Solis incumbit, cremato lapide Pyritæ cognomen est, in quo etiam monte quædam quasi æ Chalcitis, Misyos, Soreos, Melanteriæ, Cærulei, Chryso- læ, Atramenti sutorij Diphrygisq; inueniuntur. Nec desunt Cadmiam in lapidum fodinis inueniri tradant, falsi quadã idum cognatione. Qualis inuenitur & apud Cumas lapis, llam sui uim ostendens. Ii eo deprehendũtur, quòd sunt Cad- a leuiores, nullumq; alienum mãdentibus saporem exhibent. manducatus item lapis, dentes offendit. Cadmia, utpote cùm lat, esum non respuit. Alio autem discerni possunt argumẽto: dmia in farinã detrita, & aceto subacta, atque in sole sicca- coit: quod in lapide non accidit. Item tritus & igni appositus bis, prosilit, & fumum igni similem eiaculatur: Cadmia uerò ieta manet, fuliginemq; luteo colore aut æreo splendentem puit, uario zonarum discursu. Insuper lapis ignem expertus, que refrigeratus colorem mutabit, ac leuior multò fiet: sed admia nihil euariat, nisi quis eam multis diebus cremauerit. t & in argenti fornacibus candidior, ac minus ponderosa: sed ribus nequaquam comparanda ærariæ. Vritur Cadmia supe- or carbonibus obruta, donec translucida spectetur, & ferrei ercoris modo bullet. Mox extinguitur uino Aminæo, quæ ad nplastra præparatur: sed quæ ad psorarum medicamenta præ- aratur, aceto. Alij hoc modo exustam conterunt in uino, rsumq; fictili crudo torrent, donec pumicosa uideatur: ite- umq; tritam ex uino, tertio urunt, donec prorsus in cinerẽ re- igatur, nihil scabritiæ retinens. Hac Spodij uice utuntur. La- atur autem in mortario trita, effusa subinde aqua, dum ordidum nihil emergat. Dein coacta in pastillos reponi- ur.

CAdmia duplex. Factitia, & natura fodinis innascens. Factit in fornacium, vbi æs eliquatur, summo, in massas nunc racem sas, nunc crustaceas, alias lineares, aut testaceas, eo quo Dioscorides p scribit artificio & lapide, inspissatur. Quo verò, hinc Cadmia, inde conficitur, nihil interest terram an lapidem voces. Fit & ex Argent dinis, secretis materiarum partibus. Natiua sine fornace, olim in Cyp reperiebatur, hæcque impunè vocari lapis potest. Id lapidis genus, à C lino Cypri tum agente, in montibus & torrentibus inuentū, peritio tū temporis iudicio, præ cæteris Cadmijs palmā tulit. Crematæ Cadm Vna Botrytis, quæ tenuioribus, Altera Placites, ponderosioribus part bus constat. Tridentinæ fornaces in Perzene (sic locum fusorium vocā & in Sbozzo Germaniæ, vbi ingens æris copia, excolatur. Hæc eadē e cum Thutia Alexandrina, quæ falso pro vera Thutia habita, ipsissim Dioscoridis est Cadmia. Nec mirum si nomen illi suū deperijt, cùm Dio scoridis sæculo Spodij vicem suppleuerit, quod & ipsum Thutia est im perfecta, & præterea nihil.

Pompholyx. CAP. XLI.

NOMENCLATVRA.

Græ. πομφόλυξ. *Lat.* Pompholix. *It.* Pompholige.

POmpholyx specie sola, non genere, à Spodio distat. Siquidem Spodos nigricat, & plerunque ponderosior est, pilorumq́; plena, quasi purgamentum quoddā, quod ab ærariarū officinarum pauimentis & fornacibus euerritur: Pompholyx uerò pinguis est, & candida, usqueadeo leuis, ut in auras euolare possit. Cuius duo fluxerunt genera: Vnum ad aeris colorem uergens: subpingue: Alterum magnoperè candidum, summamq́; leuitatem nactum. Candida fit Pompholyx, quoties in perficiundo ære, fabri præstantiorem facere uolentes, detritam Cadmiam cumulatius insparserint: nanque tenuissima fauilla, quæ effertur, in Pompholygē coit. Cæterùm Pompholyx non ex æris modo materia & fabrili industria factitatur, sed ex Cadmia quoque, ad gignendam ipsam, eximiè follibus proflata. Cuius faciundæ ratio hæc est: In domo, gemina contignatione operta, fornax extruitur, iuxta quam mediocris fenestra ad tabulatum à

supe

nis partibus pateat. Domicilij paries fornaci proximus, tenui
mine ad fornacem usque perforetur, ad excipiendam solis
em. Ostium mediocre habeat pro exitu ingressuq́; artificis fa
atum. Domumcula altera huic coniuncta sit, in qua &
es & flator suo munere fungantur. Deinde carbonibus in
ino succensis, aßidens artifex Cadmiam particulatim fra-
m inspargit, à locis supra infurnibulum extructis. Idem nego
n obit inferne artificis minister, simulq́; carbones adijcit, usq;
n indita Cadmiæ copia prorsus absumatur. Itaque egesta suf-
, tenuis pars & leuis materiæ, in summam domum euolat,
parietibus, tectis, fornicique adherescit: conflatum autẽ inde
pus, inter initia erumpentibus aquarum bullis simile prodit,
tea minus incrementum capessens, glomusculis uellerum simi
redditur, ponderosius autem in ima loca se recipit. Sed hoc for
ibus offunditur, illud domus pauimento coheret: quod tenui-
deterius existimandum est, ideo quod multum terræ colle-
it, & spurcitia in aceruatione refercitur. Sunt qui hoc mo-
tantùm fieri Spodium arbitrantur, de qua antedictum est.
tima creditur Cypria, quæ accepto aceto halitum æris præstat
ore aliquantum piceo, sapore cœni horrido, & si fraudem nõ
perta flagranti carbone inferuescit, aereum colorem contra-
. Antedictis autem notis diligenter attendendum est, Siqui-
m à nõnullis adulteratur, taurino glutine, ouillo pulmone, aut
rino, aut crematis grossis, & quibusdam cõsimilibus. Quod
ile cognitu fuerit: quippe nihil in ijs probandis inuenietur eo-
m quæ ante dicta sunt. Pompholygem in commune ita l ua-
portet: Ligatam linteo mundo modiceq́; raro, aut siccam, aut
ua respersam, in labellum demittito, quod imbrem cõtineat,
huc atque illuc fasciculum deferens, immergito: ita enim li-
psa pars eius ac utilis effluet, & omne sedimentum in linteolo
manebit. Postea residere sinens, aquam cum cinere colis incer

nito,

nito, & nouam infundens, agitato: & effundito: mutata tantisper aqua, & colata, dum arenosi nihil sidat. Demum aqua exprimito, & siccatum cinerem recondito. Alij quantum maximè fieri potest siccant, & manibus in aqua conterunt, dum Mellis crassamentum imitetur. Deinde linteo faucibus excepturi uasis obtēto, aut laxius illigato, colant, & quo facilius transeat, infusa per linteum largiore aqua, cinerē conturbant. Mox spumosum, quod traiectum est: & supernatat uasi, concha excipiunt: & fictili nouo ad usus recondunt. Quod uerò resedit sensim cribratum, in aliud uas trāsfundūt, relicto arenoso quod pessum ierat. Rursus lapidosa sidere patiuntur, & in uas aliud excolant. Hoc identidem faciunt, donec cinis merus & arenæ expers inueniatur. Alij paulatim integram in aqua respergūt, arbitrati arenas lapillosq; suo pōdusculo degrauatos, pessum ire, pilos autem & paleas leuitate sua in sublime attolli. Cæterùm cinerem medium separāt, & in pilam coniectum, ut Cadmiā, eluunt. Quinetiam lauatur uino Chio aqua marina diluto, modis quos suprà diximus: & ita redditur adstringentior, quàm aquis elota. Vis Pōpholygis astringere, refrigerare, explere purgare, obstruere, & aliquantū exiccare: inter medicamēta numeratur, quæ leniter crustas obducūt. Quòd si Spodiō torrere libet, diligenter tritam & irrigatam aqua colliges in pastillos, fictiliq; nouo, subiectis leuibus prunis, orbiculos continuò uersabis, dum aßiccati fuluescant. Neque ignorandum, ex auro, argento, plumboq; fieri Spodion: uerùm post Cyprium plumbeum maximè commendatur. Quoniā Spodios sæpenumero desideratur: necesse est ostendere, quæ simili uirtute polleant, ut in Spodij locum suffici poßint, Antispodia uocāt, quoq; modo sumi debeāt. Folia itaque Myrti cum floribus & baccis immaturis, in fictile crudum coniecta, indito operculo continua foramina habente, uruntur fornacibus, donec figlinum percoquatur. Iterum in

fictile

...le aliud crudum transferuntur: quod ubi perassatum fuerit, ...mpta lauantur ad usus. Idem quoque fit è termite syluestris ...ta, si habeatur: sin secus satiuæ cum suis floribus, aut malis ...oneis dissectis, & detractis oßibus, aut Gallis, aut laceratis ...eolis: item ex Moris immaturis, id est candidis, in sole prius ...factis, aut Terebintho, aut Lentisco, Oenanthe, aut mollibus ...i folijs, uel è Buxi coma, uel Pseudocypero cum flore. Alij ...lneas frondes in sole antea siccatas, eodem modo parant. ...ij taurinũ gluten. Alij succidas lanas asperas, pice aut Melle ...gatas, Quæ omnia in Spodij uicem usurpantur.

THutia vulgaris, quæ eadem cum Cadmia est, Lapidis duritiem contrahit: pompholyx leuißima fauilla est. porrò in ipsis Aeris ...onibus atque adeò Cadmia fornaci iniecta, bullæ emergẽtes tenuis...arum ac leuißimarũ fauillarum effigie, quæ summis fornacum cami... adhæret, pompholygem faciunt. Spodiũ verò, pompholygis extinctæ ...illa est, quæ pondere denuò decidit, & circa fornacẽ pauimentũque ...gitur. Ceterum vera Thutia, Quod antispodium vocamus, vim pa... cum Spodio obtinet, neutrum tamen intra corpus sumitur, & per...e arabum Spodium, hepati non est confortando. Elota pompholyx ...entißimum, inter ea quæ sine morsu desiccãt, remedium est, & ideò ...gædænis & malignis vlceribus cõuenit. Collyrijs inditur, in oculorũ ...cus & pustulas. Sedis & genitalium vlceribus summè prodest.

Aes ustum. CAP. XLIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κεκαυμένος χάλκος.

Lat. Aes ustum. *Ita.* Rame abbrusciato.

AEs ustũ probatur rubrũ, & quod cõtritu colore Cinnabarim imitetur. Nigrũ uerò plusquã deceat exustũ est. ... autẽ è clauis solutarũ nauiũ, fictili crudo cõpositis: subsperso ...phure cum sale pari, omnibus uicißim insparsis: fictile, cir...nlito figulari creta spiramento, fornacibus inditur, donec ...linum percoquatur. Quidam pro sulphure & sale Alumen

inspa

inspargunt. Alij sine sulphure ac sale, fictili multos die uru[nt.] Alij sulphure solo utuntur. Fuliginem tamen excutiunt. A[lij] òblitos scissili Alumine clauos, cũ sulphure & aceto, fictili c[ru]do cremãt. Alij in ænea olla aceto respersos urunt, & iterũ [ac] tertio idem efficiunt, postea recondunt. Principem locum tene[t] in Memphide combustum: proximum, in Cypro. Adstring[it,] exiccat, reprimit, extenuat, attrahit, ulcera purgat, & ad ci[ca]tricem perducit, uitia oculorum emendat, excrescentia in carn[e] consumit, nomas cohibet. uomitus ciet, Cũ hidromelite potũ, a[ut] cũ Melle delinctũ, illitúmue. Lauatur ut Cadmia, mutata qua[ter] ter die aqua, donec nulla prorsus sordes emergat. Aeris recre[mentum], stercúsue, quam Scoriam uocant, eodem modo laua[tur], & eandem uim, sed imbecilliorem, habet.

IMprobatum duci poterit Aes vstũ officinarum, quod nigrore nimi[am] vstionem repræsentet, sitq; non rubens, vt postulat Dioscorides. At i[d] erroris emandabit diligentia, quæ Dioscoridis præscriptionem sequetur. Et huic conficiendo, vetus quodlibet Aes, cuprumve sufficerint. Nam n[o]stro æuo nauium claui, quò longius perdurent, è ferro conficiuntur. Ae[s] vstum acre est, & astrictorium: at elotum, perpulchrè cicatrices inducit, quòd etiam ante lotionem maximè in carnibus duris efficiet: elotum ta[]men in carne molli præstantius operabitur.

Flos. CAP. XLIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἄνθος χαλκοῦ. Lat. Flos æris. It. Fiore del Rame.

FLos æris, quem nonnulli clauorum ueterum psegma, quasi resegmen aut segmentum, nominarunt, optimus est friabilis, in atritu fulueſcens, Milij effigie, & numero, breuis, ponderosus, modicè splendens, atque constringens, qui delimatam æris scobem non recepit, qua sæpe adulteratur. Sed id facilè deprehenditur, cùm dentium illisu, dilatantur ramenta. Fit autem, cùm æs fornacibus fusum, in receptacula dilabitur: per cola fistularum ad ea pertinẽtium. Tum huic negocio addicti ministri: sor-

des ex

s expurgantes, aquam clarißimam infundunt, refrigerandi opposito. Itaque repentino concretu, ac addensatione, uelut ex- itur & erumpit antedictus flos. Adstringit, & excrescentia ercet. Offusam oculis caliginem emendat, sed magnoperè mor t. Quaternum obolorum pondere datus, crassum humorem trahit. Carnosa narium & sedis uitia absumit. eruptiones pa larum cum uino cohibet. Candidus contra diuturnas aurium auitates tritus, in eas per fistulam flatu impellitur. Vuam, ton- lasq́ reprimit, farina eius cum melle admota.

FLoris Aeris à se coll: cti, hanc rationem tradit Matthiolus. Statim à percolato Aere, in receptacula illi excipiẽdo præparata, priusquam se coalesceret, lympidæ & gelidißimæ aquæ situlam ingentem super- ijciebat, ac inde confestim ingenti cum fragore ex Aere prodeũti præ nso fumo, tantisper dum hic vapor & fumus perdurant, palam su- r Aes, aqua affusum, continebat. Hæc cum desijssent, palam supernè tam minutißimis & rubentibus granis, Aes colore cum quodam splẽ ore referentibus factum comperit. Id eó factum est, quòd per vaporem rtracta in sublime tenuiore metalli parte, cum ob aeris frigiditatem minutißima grana cõgelasceret, in inferiora decidens, palæ ferreæ perincumbebat. Hoc semper apud se retinuit: quòd seplasij̄s eius vice erugo, & non flos Aeris veneant. Aeris flos subtilioris, quam Aes v- um, aut Aeris squamma, essentiæ est.

Squamma æris. CAP. XLIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. λέπις. La. Squamma æris. It. Squama del Rame.

SQuamma æris, excussa ex Cyprijs Officinarum clauis, cras- sa quidem ipsa, præstantior, quæ Helitis, id est clauaris, no- minatur: sed ex uili promiscuoq́ ære, aut candido, uitiosa intelli- itur: quam, ut potè tenuem & inualidam, damnamus, maxi- nè approbantes crassam, russam, præsertim si aceti respersu, æru inem contrahat. Vim habet adstrictoriam, extenuantem, re-

primentem, & erodentem. Nomas coërcet. ulcera ad cicatricem perducit. Pota ex aqua mulsa, aquam trahit. Aliqui farina subactam, dant in catapotio. Additur ad oculorum medicamenta. Genarum scabritiam absumit, & fluxiones exiccat. Lauatur hoc modo: Siccæ æris squammæ expurgatæ selibra, cum nitida aqua in mortario manu diligenter cōturbatur, quousque pessum ierit. Abijcitur quod subsidit, & effusa aqua, hemina cœlestis imbris adijcitur, & distenta manu, squamma quasi destringenda sit, uehementer confiricatur, dumq; lentorem emittere cœperit, aqua sensim ad sex heminas usque superinfunditur, terendo ualidè. Squamma ad latus mortarij colligitur, ibiq; apprimitur. Quo facto, expressus humor pyxide, ex ære rubro facta, excipitur. Hoc est enim uelut flos squammæ, ualens uiribus, & ad ocularia medicamenta cum primis efficax. Inutile imbecillumq; quod superest, lauatur donec nullam prorsus lentitiam excernat, & linteo opertum biduo conquiescere sinitur, effusaq; extante aqua, ubi siccatum erit, reconditur pyxidicula. Alij ut Cadmiam lauant, & reponunt. Squammæ, ex acie, aut mucronibus decussæ, quam uocāt stomoma, eadem uis. Lauatur modo simili, & reconditur: sed ad moliēdam alui deiectionem, inefficacior est.

SQuāma Aeris, quæ ex tuso & detrito Aere prosilit, medicina vtilis est. Repperitur & ferri squāma, & Stomomatis. Omnes potenter desiccant, quanuis diuersè pro suo quæque modo. Squāma Aeris alijs potentius desiccat, quòd essentiæ sit tenuioris, ac in se aliquantum æruginis contineat. At enim ferri squāma magis astringit, & ab ea Stomomatis squāma. Eo fit vt duæ hæ posteriores in vlcera medicatu contumacia plus polleant, quam Aeris squāma. Hæc carnem consumit & eliquat, & maximè Helitę. Squāmæ omnes, magnâ vehementia mordicant, Qui liquet qua constituuntur essentiam, non tenuem esse, sed ponderosam. Stomoma non ex Aere aut ferro prodit, sed ex Chalybe, quem Acerem vocant, tum maximé cum malleo super incude tunditur, conficiendis armis bellicis, & rusticis instrumentis. Ex Aetio, & Actuario patet

Sto mo

Stomoma non ferrum, sed Chalybem sonare.

Aerugo rasilis. CAP. XLV.

NOMENCLATVRA.

Gr. ἰοῦ ξύσου. Lat. Aerugo rasilis. Erugine rasile.

AErugo rasa fit ijs modis: In cadum, aut aliud consimile uas acetum quàm acerrimum infunditur. Superponitur inde inuersum æneum uas, præsertim concameratum: sin minus, planum: sitq; obstructum, nullúmque habeat spiramentum, exempto, quo doliolum obturaueris operculo. Decimum post diem insidens Aerugo deraditur. Aut æris lamina in cadis super acetum ita suspenditur, ne ipsum attingat, & totidem post dies raditur. Aut massula æris, aut lamina una plurésue, uinaceis non recentibus, sed iam acescentibus conduntur, & simili modo uersantur. Quinetiam ex delimata æris scobe Aeruginem facere licet, necnon è laminis, quibus bracteæ auri conclusæ malleo ducuntur, si quis eas aceto respargat, & ter aut quater uerset, donec Aeruginem contrahant. Tradunt Aeruginem in Cyprijs metallis gigni, lapidibus quibusdam nonnihil æris habentibus, quibus Aerugo efflorescit: adduntq; per caniculæ æstus è quodam specu manare: sed illam paucam & optimam esse: hanc speluncis effluentem, copiosam quidem, & boni coloris, sed uitiosam, quod lapides multos collegerit. Pluribus autem modis adulterant aliqui Pumice admisto, alij Marmore, alij Atramento sutorio. Sed deprehendemus Pumicem aut Marmor, dum pollice sinistræ manus madefacto, Aeruginis portiunculam altero atterimus: siquidem eam diffundi constat. Marmoris autem pumicisq; partes coëunt nō dissipatæ, demumq; tractatione crebra & humoris complexu dealbescunt, quin & dentium appressu: siquidem syncera cedit, læuis, & sine asperitate. Atramentum uerò sutorium igne coarguitur. Namque si fictile, aut lamina adulterata Aerugine illinatur, & ferueti cinere aut carbonibus

incalescat alterutrum, mutabitur, rubescétque id quod Atramentum sutorium acceperit, quòd id ustum, suapte natura talem sortitur colorem. Aeruginis quam uocant Scoleciam, duo sunt genera. Quædam foßilis est, altera factitia ad hunc modum: In mortario Cyprij æris dimidiam heminam aceti albi acrisq́, pistillo cupreo conterito, dònec strigmenti craßitudinem imitetur: deinde aluminis rotundi drachmam unam, cum salis foßit, translucentis, aut marini quàm albißimi, solidiq́, aut certè cum Nitri pari pondere, terito in sole, æstuosißimis diebus, sub sydus caniculæ, donec colorem Aeruginis contrahat, & concretu strigmentosum fiat. Vbi autem se in uermiculorum Rhodiacis similium speciem coëgerit, recondito. Efficax, & ualde boni coloris redditur, si duas parteis urinæ ueteris, cum una aceti adiaceris, & alia quæ dicta sunt, peregeris. Sunt qui Aeruginem rasilem, quæ in apparatu non respondit, gummi misto digerant in formas, & ita uendant. Quod genus, ut uitiosum, improbatur. Fit & quædam Aerugo ab aurificibus, mortario & pistillo Cyprij æris, cum urina pueri impubis, qua aurum ferruminant. Antedicta Aeruginum genera, usto æri omnino respondent, sed magis effectu ualent. Sciendum foßilem Scoleciam præstantißimam esse: derasam sequi, postremo loco factitiam, mordacißima tamen est hæc, & magis adstringens. Aurificum autem ærugo rasæ respondet. Aerugines omnes adstringunt, extenuant, excalfaciunt. Oculorum cicatrices emendant, lachrymas cient, nomas sistunt, uulnera ab inflammatione tuẽtur, ulcera ex oleo ceraq́, ad cicatricem perducunt, callos & sordida ulcera purgant. Cum melle coctæ, callum fistularum erodunt, cum Ammoniaco, collyrij modo, in eas adactæ. Ad gingiuarum autem excrescentias, & extuberationem utiles. Magnopere extenuant genarum crassitiem, cum Melle illitæ. Verùm post illitionem spongia ex aqua calida locus fouendus est.

Resina

Resina terebinthina excepta, cum ære & nitro lepras abigunt. Vritur Aerugo, quacunque uelis minutissimè fracta, comminutaq́; in fictili patina, flagrantibus prunis superposita: uersaturq́; donec se mutet, & colorem cinereum concipiat. Postea refrigerata reponitur ad usum. Sunt qui cruda olla eam urant, uti dictum est: sed non prorsus eundem colorem cremata reddit.

Rubigo ferri. CAP. XLVI.

Græ. ἰὸς σιδήρου. La. Rubigo ferri. It. Ruggine del Forro.

RVbigo ferri restringit. Sistit fœminarum profluuia admota: potuq́; præstat ne concipiant. Illita ex aceto, ignibus sacris, & papularum eruptionibus medetur. Perquàm utilis ad scabritias genarum, reduuias, & pterygia. Condylomatis prodest, gingiuas firmat, podagras illita lenit, alopecias replet. Vinum aquáue, in qua candens ferrum sit restinctum, potu cœliacis, dysentericis, lienosis, cholera laborantibus, & dissolutis stomacho auxiliatur. Stercus ferri, quam Scoriam uocant, eadem potest quæ Rubigo, sed inefficacius. Aconito, ex aceto mulso potum, opitulatur.

AErugo, quæ Aeris rubigo est: vt in ferro ferrugo, seplasijs & recentibus medicis, Viride Aeris, magna abundantia in omnibus pharmacopolijs habetur, licet synceræ sit parum, adulteratæ ingens copia. Nam cum Aerugo, aut fossilis sit, aut factitia: fossilis quòd fodinis innascatur, & quòd non rarò Vermilorum speciem contrahat, Græcis, Ios scolex nominatur. Hæc ex Cypro nostro tempore in Italiam non affertur. factitiæ præparandæ multi sunt modi. Nam & è Laminis æreis deraditur, & derasa in massas formatur, ac inde Græcis, Ios xiton dicitur. Hodiè cum optimi copia non sit, mediocri vtimur, quod cum aceto fit & vinaceis. Nam Scollecia nostro æuo hauddum in vsus recepta, sicut nec Germanica fossilis Aerugo. Errant qui Aerugine, pro squama Aeris vtuntur, sed iam detectus error, & in totum tollendus. Ferrugo, seu ferri rubigo, & stercus ferri, seu scoria res notissimæ sunt, caueant tamẽ imperitiores, ne squammã ferri, quæ tusione excussa, in massam vnde

...t rursus indi potest, cum stercore seu recremento confundant, quæ ...a est, è ferro ignito exiliens.

Plumbum elotum. CAP. XLVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. πεπλυμένος μόλιβδος. Lat. Plumbum elotum. Ita. Plombo lauato.

Lotura Plumbi sic fit: In mortarium plumbeum aquā iniiciens, pistillo plumbeo terito, donec nigrescat aqua, & limi modo crassescat, aut lutulenta reddatur. Linteolo deinde colato, aquam superinfundens, quo facilius quicquid est resolutū incerni possit. Hoc iterum facito, usquedum satis tibi habuisse uideatur. Vbi consederit, priore aqua affusa, nouam adiiciens, ut Cadmiam lauato, donec nulla extet nigriria. Postea in pastillos cogens, reponito. Quidam scobem mundi Plumbi lima quæsitam, mortario pistilloq; lapideis terunt, aut manibus cum aqua paulatim adiecta fricant, donec nigrescat. mox ubi id pessum ierit, effusa aqua, colligunt in pastillos. Nam tritum uehementer, Cerusæ simile redditur. Alij elimatæ scobi modicam Plumbaginem adiiciunt, affirmantes ita ælotum Plumbum præstantius esse. Potest refrigerare, adstringere, inducere, mollire, explere caua, sistere oculorum fluxiones, & ulcerum excrescentia. Sanguinem supprimit, prodest contra sedis ulcera, condylomata, & hæmorrhoidas, ex rosaceo. Item, ad ea quæ ægrè cicatricem ducunt: & in totum Spodij effectus præbet, nisi quod nō obducit crustas. Syncerum Plumbum, astrictu, marini scorpionis, draconisq; plagis auxiliatur.

Plumbum vstum. CAP. XLVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. μόλιβδος κεκαυμένος. La. Plumbum vstum. Ita. Plombo abbruciato.

Vritur

Vritur Plumbum sic: Super quàm tenuissimas plumbi laminas, fictili nouo inditas, sulphur inspargito: additisq; alijs rursus laminis, interiecto semper sulphure, usque dum uas expleueris, succendito. Flagrante autem Plumbo, ferrea rude uersato, donec perfectè redigatur in cinerem, nihilq; è Plumbo non ustum hæserit: tum demum, obstructis naribus, eximito: alioquin halitus plumbi noxius sentitur. Aut elimatam plumbi scobem in olla sulphure urito. Alij laminas in fictili crudo, ut dictum est, imponunt fornaci, aut foco, & circumlinentes operculum, dato exili spiramento, urunt. Alij pro sulphure Cerusam aut Hordeum inspargunt. Alij integras laminas imponentes, acrigine utuntur, & rudicula ferrea continuè mouent, dum in cinerem soluantur. Sed difficillis huiusmodi ustio, & si uehementius uratur, contrahit spumæ argenti colorem, Magis tamē nobis placet prima urendi ratio. Plumbū ustum lauatur ut Cadmia, & reconditur. Eosdem effectus habet, quos Plumbum elotum, sed multò acriores. Recrementum Plumbi, quod Scoriam uocāt, optimum est, densum, fractu contumax, Cerusam planè repræsentans, nihil plumbosi habens, quod ad luteum colorem accedit, & uitri splendorem imitatur. Eadem quæ Plumbum exustum potest, sed magis adstringit. Lauatur in mortarijs infusa aqua, & refusa summa aquæ parte, quæ luteum colorem duxit: idq; sæpius, dum recrementum absumatur. Dein ubi consederit crassamentum, aqua effusa, digeritur in pastillos. Molybdoites lapis á Plumbi similitudine dictus, respondentem recremento uim habet, & eodem modo lauatur.

Stibium. CAP. XLIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. στίμμι. *Lat.* Stibium. *Ita.* Stibio.

STimmi optimum, quod splendidissimum est, modoq; nitedu larum emicat, confractu crustosum, nihil terræ aut sordidi habens, friabile, quod Stibi appellarunt, alij Platyophthalmon. Vis eius astringere, meatus obstruere, refrigerare, excrescentia in carne cohibere, ulcera ad cicatricem perducere: sordes & ulcera oculorum expurgare. Sistit & sanguinem è cerebri membrana profluentem. Et ut in uniuersum dicatur, uis usto plumbo similis est priuatim, ambusta igni, in pustulas erumpere non patitur, cum adipe recenti illitum, crustosas exulcerationes ad cicatricem perducit, cum cera & exigua Cerusa. Torretur pinsita farina circumlitum, & carbonibus obrutum, donec carbunculetur crusta, exemptumq; restinguitur mulieris lacte, quæ marem peperit, aut uetere uino. Vritur etiam carbonibus succensis efflatum, quoad igni deflagret. Si enim paulò magis concremetur, Plumbum fit. Lauatur, ut Cadmia & æs. Sunt qui ut Plumbi recrementum eluant.

Molybdæne, seu Plumbago.

CAP. L.

NOMENCLATVRA.

Gr. μολιβδαίνα. Lat. Plumbago.

Ital. Piombagine.

MOlybdæna optima est flaua, argenteæ spumæ æmula, modicè splendens: cùm teritur, rufa. Decocta cum oleo iocinoris colorem trahit. Vitiosa est, quæ aërem aut colorem Plumbeum refert. Gignitur ex Auro & Argento. Est etiam quædam fossilis, ad Sebastiam & Corycū inuenta. Quo in genere probatur, quæ lapidosa non sit, aut recrementosa, sed nitens & flaua. Vim habet spumæ Argenti, aut recremento Plumbi similem. Vritur lauaturq; eodem modo. Miscetur conuenientissime medicamētis quæ Liparas uocant, atque emplastris minimè

mor

mordentibus. Carnem recreat, & ulcera ad cicatricem perducit. Glutinantibus tamen medicamentis, aut abstergentibus non conuenit.

P*Lumbum nigrum est, & candidum. At elotum Plumbum, è nigro fit tantum. Porrò Plumbi retrimentum seu scoria, non id est quod cũ liquefit plumbũ, imo vasis insidit cũ mihit aliud sit quã Plumbũ, qđ (vt ita dicã) calcinari incipit, & facile in plumbi naturã rediret, vt misto Lithargyrio fit: sed spuma illa, quæ supernè expuitur, tum cum in fornace ingens fossilis Plumbi massa percolatur. Hæc densa est, dura, rubescens, vitri transparentia, visiturque è Tridentinis & Germanicis fornacibus magnis aceruis à metallicis eiecta. Plumbarius lapis, si Marquesita vulgaris nõ est lapis est profectò, vt bonæ simpliciariorum parti videtur, è quo Plumbum excoquitur. Est etiam argenti simul & plumbi ferax vena. Stibium, quod Arabum sectarijs Antimonium in Germanicis maximè fodinis, in Italicis & Gallis etiam reperitur. Stibium cum quo lubuerit metallo in vasculo fusorio permixtum, etiamsi ferrum sit aut chalibs, celerius eliquandi materiam præbet. Laudatur scintilans, fragille, quod in longas fissuras rumpitur, non in rotundas particulas. Id fœmina vocatur. Mas verò, aridius & magis est scabrum, minusque ponderosum & scintillãs, & arenosius. Plumbago factitia est, & natiua. Factitia in fornacibus procreatur, in queis Aurũ & Argentum eliquantur, nempè cum fodinæ non tantum in se Plumbi contineant, quantum eis percolandis sufficiat, vbi eis vena Plumbi, aut Plumbum purum adijcitur, nunquam non in fornacis fundo Plumbum calcinatum, simile Lythargyrio reperitur. Natiua, ea planè est vena, quæ Argentum simul & plumbum continet.*

Argenti recrementum. CAP. LI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αργυρȣ σκόρια. *Lat. Argentum recrementum.*
Ital. Scoria d'argento.

R*Ecrementum Argenti, quod Scoriam uocant, aut Helcysma, aut Encauma, Molybdænæ uim habet. Quare emplastris quas phæas appellant, additur, ac medicamentis quæ cicatricem obducunt, ut potè cùm adstringat, extrahátque.*

ARgenti scoria seu recrementum, factitio, Esmalto, è vitro (sic dicũt) simile, ac diuersorum est colorum. Quod euenit vbi argentifodina adiacentes habeat aliorum metallorũ fodinas, maxima tamen ex parte nigra est, cæruleis & viridibus lineis distincta, quæuis & quædam in totum cæruleæ, quædam virides sint, vt Esmaltum, perlucidæ.

Spuma argenti. CAP. LII.

NOMENCLATVRA.

Gr. λιθάργυρος. Lat. Spuma Argenti.
Ita. Lithargirio.

SPuma Argẽti quædam gignitur ex arena, quam Molybditin uocant, in fornacibus conflata, donec perfectè igni incandescat. Altera ex argento, Tertia ex Plumbo. Probatißima est Attica. Secunda Hispaniensis. Has sequitur quæ fit Dicæarchiæ, id est Puteolis, Baijs, in Cãpania, & Sicilia: plurima enim hisce locis è flagrantibus laminis plumbeis gignitur. Quæ flauo colore splendet, Chrysitis appellatur, omnium optima: quæ in Sicilia, Argyritis: quæ ex argento, Calabritis. Vis autem adstringere, mollire, explere caua, excrescentia in carne reprimere, ad cicatricem ducere, refrigerare, & occludere. Vritur argẽti spuma, confractis partibus ad magnitudinẽ iuglandiũ, prunæ superpositis: ita accensa follibus, ut cõflagret, abstergitur insidẽs spurcitia, & reconditur. Aliqui ter aceto aut uino restinguentes, rursus urunt, & eadem prosequuti, reponunt. Lauatur ut Cadmia. Vt Argyritidi nominatæ, aut, si desideretur, alteri candor detur, ea in parteis magnitudine fabarum confracta, chœnicis atticæ mensura, fictili nouo superfusa aqua, addito cãdidi Tritici pari pondere, priuatimq; pugillo Hordei, linteolo puro, raro, ansulis uasis alligato, coquitur, donec Hordeum fractum dißiliat: deinde omnia in nouum craterem oris ampli transfundũtur. Triticum abijcitur. spuma Argenti uehementer manibus affricando infusa aqua lauatur, aßiccataq; in Thebaico mortario teritur

itur, affusa feruẽte aqua, donec soluta fatiscat. Excolata aqua,
erũ tota die teritur, & uesperi infusa calida aqua finit̃. Manè
olis excernitur, alia infunditur, atque ter die excolatur. Id se-
tẽ diebus fieri solet. Postea additis ad singulas minas spumæ
Argẽti, quinis salis fossilis drachmis, infusaq́; calida aqua, ter
die teritur, & addita aqua excolat̃: cumq́; inalbuerit, calida in-
fusa, idẽ facito, dum nullã prorsus salsedinẽ resipiat. Demũ ardẽ
tissimo sole siccata, eiecto prius humore, recondit̃. Sin minus, mi
na spumæ Argyritidis diligẽter teritur, addito sale fossili trito,
triplicato pondere, in fictile nouũ conijcitur, aqua infunditur, ita
ut superemineat. Mouetur quotidie manè & uesperi, aquaq́; su
perfundit̃, priore nequaquã effusa. Hoc fit triginta diebus: nãq́;
nisi moueatur, crassescit, usque in duritiem testæ. Post hæc effusa
leniter muria, in Thebaico mortario spuma Argẽti teritur, con
iectaq́; in fictile aquã continens, manibus diligẽter agitat̃, muta
ta subinde aqua, donec nullũ salsuginis indiciũ præbeat. Deinde
quod ex argẽti spuma candidũ apparet, in uas aliud transfert̃,
& redactũ in pastillos, plũbea pyxide condit̃. Alij spumã Ar-
genti in fabarũ magnitudines cõfractã, in uentre suillo crudo ex
aqua coquũt, dum uiscus eliquescẽs cõtabescat. Exemptamq́; cũ
sale pari terũt, & ut suprà dictũ est, lauãt. Sunt qui salis libram
unã, & spumæ Argẽti tantundẽ, in sole terãt, aqua cõtinuè mu
tata, dũ cãdor ei detur. Alia ratio: Sumito quãtũuis Argẽti spu
mã: ubi lana cãdida inuolueris, fictili nouo indita aqua, cũ pugil
lo fabarũ recẽtiũ repurgatarũq́; decoquito. Cũq́; fabæ disruptæ
dehiscẽt, lanaq́; nõ denigret, exẽptã Argẽti spumã, et altera la-
na inuolutã, iterũ coquito, cyathũ aquæ & parẽ fabarũ modũ
adijciẽs. Eadẽ tertio, q̃ suprà, facito. In summa, tantisper, dum la
na iam nõ inficiatur. Insuper trãsfundẽs in mortariũ, ad singulas
salis fossitij libras, adijcito octogenas spumæ Argenti drachmas
Atticas, et terito: intermittesq́;, Nitri quã albissimi cũ aqua di-

luti

luti drachmas quadraginta septem indito: iterum terito, donec satis candoris contraxisse uideatur. Ita autem fundens eam ex alto in fictile oris ampli, adiecta largiore aqua, ubi cōsidere desierit, colato. Tum nouam superadijciens aquam, manibus probè uersatam, finito ut considat, ac rursus per colum adijcito. Alternis eadem prosequere, dum pura aqua dulcisq; effluat, & nullā salsedinem præ se ferat. Postremò in fictile nouum translatam, colato sensim omni humore, soli quadraginta diebus sub caniculæ sydus exponito, & siccata utitor. Elotam autem constat ad oculorum collyria prodesse, & ad cicatricum fœditates tollendas, ad rugosas facies, & cicatricosas, laceratasq;, & macularum plenas.

ARgenti spuma aut Lithargyrium fit in fornacibus vbi Argētum depuratur, è plumbo nigro, à coctionis diuturnitate, & metallorum aliorum exhalatione ea forma concepta. Porrò color quo obducitur aureus vel argenteus, non ex Auri vel Argenti spuma prosilit, vt seplasijs visum est, sed vt plus, minusve Aeris, defæcando Argento, immittatur. Nam si maxima pars Aes sit, aureo colore Lithargyrium imbuetur, sin modicum, aut nihilum sit Aeris, argenteo inducetur. Et reuerà Lithargyrium, nihil aliud est, quam Plumbum Aeri, aut aliquando Argento, depurantium indiligentia permixtum.

Cerusa. CAP. LIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ψιμμύθιον. Lat. & Ita. Cerusa.

CErusa fit hoc modo: Infuso in urceum oris lati, aut fictile labellum quàm acerrimo aceto, laminam plumbeam supra fictilis spiraculum, subiecta prius arundinea tegete, firmato: superiectisq; uelaminibus, ne halitum expiret acetum, ubi resoluta fuerit, defluensq; deciderit, humorem purum ad summa delatum colato, crassamentumq; transfundito. Debet quoque siccari in sole, mox trusatili mola teri, aut aliàs tritum cibrari. Postea quod superest duri, in tenues partes redigendum cribrandumq;.

Vicißim eadem tertio quartoq́; facienda. Melior, quæ primò cribrata est, & medicamentis oculorum assumenda. Secundum locum tenet sequēs, & reliquæ suo ordine. Nec desunt qui ligneas rudes in medio uase appendant, & deraso ceu situ imposito, ita ut acetum non contingat, inditoq́; operculo circumlinentes dimittunt. Post dies decem, laxato obturamento uisunt. Cumq́; resoluta materia fuerit, reliqua, ut suprà diximus, exequuntur. Si aūt quis in pastillos uelit digerere, aceto acri subacta, diuiditur in pastillos, qui in sole siccātur. Aestate tamen supradictum opus obeundum est: ita enim candida atque efficax redditur. Quinetiā hyeme paratur, urceis supra furnos, balnea, aut fornaces impositis: ascendens enim calor, idem quod sol præstat. Laudatißimam fieri putant Rhodi, & Corinthi, aut Lacedæmone, proximam Puteolis. Torretur hoc modo: Flagrantibus igni carbonibus, fictili nouo, maximè Attico tritam Cerusam imponito, & aßiduè uersato, cūq́; cinereum colorem traxit, eximens refrigerato, & utitor. Est & aliud urendi genus: Trita patinis nouis supra prunas imponitur, & ferulacea rude mouetur, donec colore similis Sandarachæ fiat: extractaq́; ad usus ministratur. Quæ uerò ita parata est, Sandyx à quibusdam dicitur. Lauatur Cerusa Cadmiæ modo. Vis ei refrigerare, occludere, emollire, explere, extenuareq́;: insuper excrescentia leniter reprimere, & ad cicatricem perducere. Miscetur ceratis, & emplastris quæ Liparæ uocantur, pastillisq́;. Est autem letalis eius potus.

Cerusa, plumbum est acerrimi aceti halitu in crassamentum, post in trusatili mola tritum, denuò cribratum, in pollinem resolutū. Ea exusta, donec rufum colorem imbuat, Scandicem facit. Officinarum Minium, & Scandix, vna & eadem res sunt.

Chrysocolla. CAP. LIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ.

Græ. χρυσοκόλλα. Lat. Chrysocolla. Ita. Borrace.

CHrysocolla laudatißima Armeniaca, colorem Porri qu[...] simillimè reddens. Secundum locum sibi uendicat Maced[...] nica, & proximum Cypria, quo in genere præfertur pura: dam[...] natur, quæ terram, aut calculos collegerit. Ratio lauandi hæc est[...] Tusam infusa aqua, mortario expassa manu ad pilam ueheme[...] ter fricato, & statim quàm consederit, colato. Alteram infun[...] dens aquam, rursum terito. Hæc uicißim prosequere, donec pur[...] synceraq́ spectetur. Dein siccato in sole, & ad usus recondita[...] Quòd si urere uolueris, ex ea terens quod satis esse uidebitur, p[...] tinis supra carbones adponito, & alia facito quæ suprà dixi[...] mus. Dos Chrysocollæ ad purgandas cicatrices. Excrescente[...] carnem coërcet. Adstringit, purgat, excalfacit, & modicè cor[...] pus mordendo exest. Inter medicamenta intelligitur, quæ uomi[...] tiones concitant, & necem inferre possunt.

CRysocolla in fodinarum cauernis inuenitur, foras per auri vena[...] exudãs, limo per frigus hybernum, ad punicis duritiem condensa[...] to. Laudatior quæ in Aeris fodinis: secundum ab ea locum obtinet, qu[...] in Argenti cauernis, reperitur. Quæ ex plumbi cauernis, improbatio[...] illa est, quæ ex aurifodinis extillat. Factitia fit, aqua per totum ver[...] tempus imbuta vena ad Iuniũ vsq;, ac postea Iunio & Iulio mensib[...] resiccata, in Chrysocollam euadit, quæ profectò, nihil est aliud, quã ven[...] putrefacta. Officinarum Borrax, nã ita Chrysocollam Officinæ vocant[...] magna ex parte syncera non est, colore in eo vt plurimũ nigricante, no[...] in viridi obscuro, vt par erat. Quinetiam magna copia est factitiæ, e[...] alumine rupeo, vi ignis, & armeniaco sale coalita. Id Borracem refact[...] vocant. Plus de virore concipit, quæ ex ærifodinis, nigrorẽ quæ è plumb[...] cauernis: albedinem, quæ ex Argentifodinis condensatur. Auro ferrum[...] nando lutea, quæ aurifodinis præstatior: medicinæ, viridis ex ærifodini[...]

Lapis Armenius. CAP. LV.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἀρμένιος λίθος. Lat. Lapis Armenius.

Ita. Pietra Armenia.

ARmenius lapis præfertur læuis, colore cœruleo, perquàm æquabilis, calculo carens, & friabilis. Eadem quæ Chrysocolla præstat, sed inefficacius. Quinetiam usum habet ad pilos in palpebris alendos.

ARmenius Lapis colore Chrysocollã refert. Selectißimus est qui summè viret, & propè ad cæsium accedit. Qui in pluribus Germaniæ locis reperitur lapis, conficiendo colori quẽ propriè, è viridi cæsiũ vocant, Matthiolo verus esse ducitur, Armenius lapis. Nec obstant natales. Siquidem manifestò videre est, seplasijs Cadmiã, Thutiæ: Spodij, diuersa Antispodia: & floris æris, viride æris vicẽ referre: cum tamẽ hæc singula in fodinis reperiantur. Porrò si is lapis in officinis non reperitur, non statim sequitur in metallicis fodinis non reperiri. Lapis armenius per Trallianũ humores melãcholicos expurgat, impunè, nec dispari ab Elleboro albo virtute. Per Aetium pueris cõfert quibus strictum est pectus, prouocandoq; vomitui peculiaris. In epilepsia sine noxa ad tertiã vnciæ partẽ offertur, cum decocto Centaurij minoris. Galeno lapis armenius virtutis est abstersoriæ cum leui quadam acrimonia, & leuißima vi astrictoria.

Cœruleus. CAP. LVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. κυανος. *Lat.* Cæruleus. *Ita.* Lapis Lazuli.

COerulei origo ex ærarijs metallis in Cypro, copiosior ex arena littorali: secundum quosdam sub cauatos specus maris inuenitur, qui magis probatur. Eligi debet inebriatus. Vritur ut Chalcitis. Lauatur ut Cadmia. Vim habet reprimentem, & modicè erodentem. Crustas gignit, & exulcerat.

CAeruleus, siue Lapis Lazuli, probatißimus qui scintillis aliquot aureis emicet. Arabum sectarij Cæruleum, & armenium lapidẽ quod quadantenus cognati sunt, viribus et specie confundunt. Et sanè in Germanicis fodinis inuicem & in vna sæpenumero massa adnati reperiuntur, ab eaq; coloris propinquitate, eandem & vim & pretium apud plerosque obtinuere. Attamen Lapis Lazuli venenatus non est, sed per Manardũ, diligenter clotus, purgat innoxiè, humorẽ præcipuè melãcholicũ,

quãtum

quātumuis Auicēna putrefactorium dicat. Siquidem acrimonia putrefa-cit, quā lotio commoda emendat. Porrò Germanicæ fodinæ, auro notatū non procreant, namq; sic distinctum in aurifodinis tantum, & è quibus argentum simul & æs extrahuntur, & alibi nascitur nusquam. Quo-circa bonitate & precio præcellentissimus Lapis LaZuli, qui ex aurifo-dina educitur, quoq; vltramarinum (sic vocant) AZurum fit. Maritimis littoribus innascens, inspissatæ arenæ non absimilis, vix, aut nullate-nus, nostro æuo reperitur.

Indicum. CAP. LVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ινδικὸς λίθος. *Lat.* Indicum. *It.* Indico.

INdici duo genera. Vnum sua sponte nascitur, tanquam spu-ma, germinatione Indicis arundinibus exiens. Alterum in-fectoriæ dant officinæ: & est spuma purpurea innatans cortinis, quam detractam artifices siccant. Optimum existimatur, quod cœrulei speciem præbet, succum suum sorbet, & leue. Inter me-dicamenta est quæ leuiter adstringunt, & inflammationes, tu-moresq; rumpunt. Purgat & reprimit ulcera.

PLinianum Indicum, quod in infectorijs officinis è Purpuræ spuma confieri scribit, aliud est à nostro, quod ex Isatide, seu Guado fit quoq; pictores vtuntur inducendo (sic loquuntur) cœlesti obscuro, alijsq coloribus, & quod Auripigmento permixtum, colorem viridem pulche-rimum facit: & perinde à Dioscoridis Indico discrepans, quod spumam facit, ex Indicarum arundinum germinatione.

Ochra. CAP. LVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ὤχρα. *Lat.* & *Ita.* Ochra.

OChram leuissimam, & omnino luteam eligere oportet saturatam, non lapidosam, friabilem, natione Atticam. Vritur hæc, & lauatur Cadmiæ modo. Vis eius adstringere, er-dere, collectiones & tubercula dissipare. Excrescentia in carn-

repr

reprimit caua cum cerato explet, & articulorum tofos comminuit.

Ochra lutei coloris terra in pictorum vsus cadens, è cauernoso fodinarum plumbi vapore, eiusmodi colorem imbuit. Nam *Atheniensis Ochræ memoria peryt.*

Cinnabaris. CAP. LIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. κιννάβαρι. *Lat. Cinnabaris.*
Ita. Cinabro.

HAllucinantur qui Cinnabarin Minio eandem esse existimant. Minium enim in Hispanijs ex lapide quodam argẽteæ arenæ permisto, temperari solet, alioquin non dignoscitur. Fornacibus autem in florentissimum flagrantissimumq́ colorem permutatur. In metallis uerò strangulantem halitum eructat, Itaque facies incolæ uesicis obuelant, ut per illas spectẽt, nec respirando noxium aërem attrahant. Eo pictores ad sumptuosa parietum ornamenta utuntur. Cinnabaris uerò ex Aphrica defertur, & magno constat. Hactenus inuenitur, ut uix uersicoloribus pictorum lineis satisfaciat. Intento colore nec diluto præditum: quare quidam sanguinem esse draconis existimauerunt. Vim habet Cinnabaris Hæmatitæ lapillo eandem. Conuenit ad oculorum medicamenta, uerùm efficacius, magis enim adstringit & sanguinem cohibet. Ambustis igni, & papularum eruptionibus cerato excepta, medetur.

Cinnabaris quo seplasiæ & pictores vtuntur, longè distat à Dioscoridis *Cinnabari.* Nam *noster & factitius est, & fossilis, venenatus, & exitiosus.* At *Dioscoridis Cinnabaris ex* Africa *affertur, modica quãtitate, vi eadem qua lapis* Hæmatites, *non foris tantum applicitus, sed etiam intra corpus sumptus.* Quod *vulgari nostro Cinnabari non conuenit, nempè erodenti, exulceranti, venenato, oculorum ac interiorum inimico.* Plinius *sanguinem putat esse draconis in pugna cum elephante contusi.* Sed *id falsum est.* Per *Cadamostum in africanæ nauigationis*

historia cap. 4. Sanguis Draconis, lachryma est gummosa & liquida, quæ ex Africana arbore distillat, colore purissimi & summè naturalis sanguinis. (Hic hodie Italis dicitur, Sangue di Drago in lagrime.) Incolæ quo maior sit copia, corticem ferro incidunt, & collecto liquore, ahenis igni incoquunt, & sanguinem Draconis vocant. Liquor hic ex Africa allatus, pauca quantitate, in pictorum vsus inducendis vmbris, & deliniendo rubro claro, (vt vocitant) adde his quod experientia cognitus est Hæmatiti virtute consimilis, & astrictorius, non dubiam fidem facit, Dioscoridis Cinnabarin, idem esse cum hoc Africano liquore. Cæterum Cinnabaris fossilis, rubens est lapis, non extrema duritie, at pen derosissimus, & non rarò argento viuo intantum farctus vt spõte extillet, haud aliter, quàm arte & vi ignis educitur. Factitius fit ex Argento viuo & sulphure per viam sublimitationis. Minium quod hoc capite scribit Dioscorides, noster est Cinnabaris fossilis. Minium vulgare, nihil aliud est, quam Sandix.

Argentum viuum. CAP. LX.

NOMENCLATVRA.

Græ. ὑδράργυρος. Lat. Argentum uiuum.

Ita. Argento uiuo.

ARgentum uiuum fit ex Minio, quod abusiuè Cinnabaris dicitur, patinis fictilibus, imposita ferrea concha Cinnabarin continente, & calice cooperta, argilla superlita, carbonibus succendunt. Siquidem detersa fuligo, quæ calici insidet, refrigerata in Argentum uiuum coit. Quinetiam inuenitur in argentifodinarum tectis, stillatim concretum. Alÿ per sese in metallis inueniri tradunt. Seruatur in uitreis, aut plumbeis, aut stagneis, aut argenteis uasis: siquidem aliam materiam omnẽ exedit, & defluere facit. Potum uim pernicialem habet: suo enim pondere interna exest. Remedio est lac multum subinde potum, & uomitionibus reiectum, aut uinum cum Absinthio, aut Apÿ decoctum, aut semen Ormini, aut Origanum, uel Hyssopum cum uino, Auri limati scobs, id est, ramentum quàm tenuissimum, epotum, mirabili est auxilio.

Argenti

ARgenti viui vena, & sola, & cum marmore repperitur. Montes aliquot qui à Goritia vnius diei interuallo distant, caueas habẽt minerales, vbi abundantissima copia repperitur. Huius conficiendi facilis est ratio. Cinnabaris fossilis, longè amplius Argentum viuum exudat. Id philosophi alchimistæ metallorum omnium semen & originem fecere, eamque causam esse cur condensari non possit. Attamen contra eorum opinionem, argento & auro, quàm omni alio metallo citius vnitur. Siquidem metalla omnia quæ Argento viuo immittuntur, innatãt, præter aurũ quod ilicò fundũ petit, quod ei cæteris citius implicetur.

Rubrica Sinopica. CAP. LXI.

Gr. μίλτος σινωπική. La. & It. Rubrica Sinopica.

RVbrica Sinopis maximè probatur grauis, densa, ad iocinoris imaginem uergens, calculorum expers, concolor, cùm diluitur impendiò fusilis. Effoditur in Cappadocia, speluncis quibusdam, expurgataq; defertur in Sinopem urbem, in qua uenditur: unde cognomentum accepit. Vim habet exiccatoriã, quasi inducendo obstruentem & adstrictoriam. Quapropter uulnerarijs emplastris, & pastillis exiccãtibus, & adstrictorijs commisceri solet. Aluum sistit, in ouo sumpta aut clystere infusa. Datur iocinoris uitio laborantibus.

Rubrica fabrilis. CAP. LXII.

Gr. μίλτος τεκτονική. Lat. Rubrica fabrilis.
Ita. Rubrica fabrile.

RVbrica fabrilis, ad omnia Sinopide inferior est. Optima Aegyptia & Carthaginensis, lapidum expers, friabilis Gignitur etiam in Iberia, quæ ad occidentem spectat, Ochra exusta, & degenerante in Rubricam.

RVbrica Sinopica, vt ex Dioscoride apparet, olim è Cappadocià afferebatur, Nunc verò, eius vsus perijt. Rubrica fabrilis rufa est gleba, quam Bolum nostro æuo nuncupant.

Lemnia terra. CAP. LXIII.

Græ. λημνία γῆ. La. & It. Terra lemnia.

Lemnia terra, cuniculoso in specu nata, è Lemno insula, palustri loco defertur, inibi electa, & caprino sanguini permista: quam incolæ cogunt in pastillos, & imagine capræ signãt unde & sphragida ægos, hoc est, Sigillum capræ, appellauere. Vim antidoti habet contra perniciosa uenena singularem. Pota cum uino, & præsumpta, euomi uenena cogit. Contra ictus morsusq; animalium, quæ exitiale uirus eiaculantur, prodest. Antidotis familiaris. Sunt qui hac ad sacrificia utantur. Est & dysenteriæ utilis.

Lemnus insula, vnde terra Lemnia olim exportabatur, vulgo hodie Stalimene dicitur. Quæ nostro tempore sigillo impressa Turcico, Terra sigillata ad nos affertur, vera non est & impermixta terra Lemnia, cum hæc supramodum sit rubens, terra vero sigillata dilutius rubeat, quod cum alia terra mistionem coarguit. Porro è doctorum hominum censura, quem Bolum armenium Orientalem vocant, insucata & inadulterata est, Lẽnia terra. Non enim ex armenia, vbi verus & sincerus Bolus repperitur, is Bolus affertur, sed ex Lẽno insula. Siquidẽ Bolus armenius Ochræ in morẽ pallescit, nõ rubet. Id Lemniensiũ mercatorũ fit dolo, qui quo res diuersas mentiantur, ex vna & eadem Lẽnia terra cum pura est, in armenium Bolum quæstum faciunt: hac vero mista & adulterata, in terram Lemniam compendium faciunt.

Atramentum sutorium. CAP. LXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. χαλκάνθον. La. Chalcanthum. Ita. Vetriolo.

Atramentum sutorium genere quidem, unum & idem est mole & concretum: sed in specie differentias treis habet. Vnum namque humoribus stillatim in cuniculos quosdam colatis, concrescit: quare ab ijs qui Cypria metalla perficiunt, stillatitium appellatur. Petesius ipsum Pinarion uocat, alij Stalacticon, id est, stillatitium. Alterum simplici ratione fit in speluncis: postea transfusum in excauatos scrobes, concrementum capessit

ſit, quod Pecton, id eſt, concretitium, propriè nominatur. Tertiũ dicitur coctile, & in Hiſpania fieri ſolet: ſed inutile ac inualidiſſimum eſſe conſtat. Ratio parandi hæc eſt, Aqua madefactum decoquunt, mox in piſcinas transfundunt, & reſidere patiuntur. Hoc certis diebus coaleſcit, in complureis formulas digeſtũ, teſſerarum ſpeciem reddentes, quæ racematim inter ſe cohæreſcunt. Optimum eſſe creditur, cæruleum, graue, concretum, trãſlucens: cuiuſmodi ſtillatitium eſt, ab alijs Lonchoton nominatũ. Proximum, concretitium. Coctile uerò ad infectus & denigrationes, aptius cæteris eſſe compertum eſt. Sed ad medicinæ uſum inualidius eſſe, experimẽta docent. Valet adſtringere, calfacere, & cruſtas inducere. Latas uentris tineas necat, drachmæ pondere deuoratum, aut cum melle linctum. Vomitus ciet: aduerſus hauſta fungorum uenena, ex aqua potum auxiliatur. Purgat caput, aqua dilutum, & in uellere naribus inſtillatum. Vritur ut paulò pòſt in mentione Chalcitis oſtendemus.

CAlcãthum, quod Atramentum ſutorium eſt, & vulgò Vitriolum, duum eſt in Italia ſpecierum. Vnum natiuum, quod Coppam roſſam vocant, id validius eſt. Alterum, factitium. Iſtud è ſodinis, & natiui loci natura, plus minuſue robuſtius eſt. Romanum, quantumuis liuidius, factitiorum validiſsimum eſt. Secundum ab eo locum obtinet Cypriacum. Nam Germanicum, colore licet ſit pulcherrimo cæruleo, oculisque magis adblandiatur, attamen cum ex eo, aut educenda aqua fortis, aut inficiendi panni, re ipſa inualidius proditur. Vitriolum eſſentia foſsili cum alumine conuenit. Mordet guſtu, aſperum eſt, pungit, & aſtringit: operatione, alumen: acrimonia, Salnitrum, ſiccitate ſal exprimens. Huius ſodinæ non longè abſunt à Maſſa, maritimæ Senenſium, vrbe. Huius minera terram potius, quam lapidem refert, coloris in cæſio liueſcentis, & maculis aliquãdò æruginreis, aliquando viridibus, viridis æris in morem. Ex hac ſubtertanea, fœtidiſsimus & acerrimus odor exhalat, ſulphuri ſimilis, ob idq; cauea aperta effoditur, alioqui breui perituris metallicis operarijs. Recens conficiendi Vitrioli ratio à Galenica differt. Iſta è Galeno patet, illa quotidiè viſitur. Id tamen ſciendum, Cyprium Galeni Calchanthum, materiam eſſe coalitam, eáq; ſubtilioribus Chal

bus Chalcitis, Misi, Psorici, & Aeris partibus compositam. Quod, vt cõuenit, intellectum, Galenum satissuperque ab inaduertentia tuetur. Coppa rosa quam natiuum Chalcantum diximus. sæpenumero supra mõtes fodinæ Vitrioli congelata repperitur, corticis cristallinæ effigiem referens. Acerrimum, quod per alembicum à vitriolo, oleũ extrahitur, & pariter Coppa rosa, præparata aut dissoluta in aqua rosata, colata, ter quatérue inspisamento repetito, valent in multos in medicina vsus, quos mystæ norunt. Nam amystis sacra prodere nefas.

Chalcitis. CAP. LXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. χαλκιτις. Lat. Chalcitis. Ita. Chalciti.

Chalcitis præfertur similis æri, friabilis, nec lapidosa, nec inueterata, intercursantibus oblongis uenis, splendentibusq́. Huic abstersoria uis inest, & excalfaciens, & crustas ulceribus obducens. Purgat quæ oculis & eorundem angulis hærent. In genere leuiter exedentium est. Ad ignem sacrum, & ulcera quæ serpunt, efficax est. Sanguinem è uulua & naribus erumpentem, cum succo Porri sistit. Gingiuarum uitia, de pascentia ulcera, tonsillasq́, eius farina compescit. usta, & cum melle trita, oculorum medicamentis longè utilior redditur. Callum genarum & scabritiam absumit, abstergetq́. Fistulas tollit, collyrij modo in eas adacta. Fit ex Chalcite medicamentum, quod Psoricon uocant, duabus eius partibus cum una Cadmiæ additis & ex aceto tritis. Oportet autem in fictili obruere fimo, diebus quadraginta, per caniculæ ardores: sic enim fit acrius. Idẽ quod Chalcitis potest. Alij pares utriusque portiones in uino terunt, & eadem prosequuntur. Vritur Chalcitis fictili nouo, uiuis carbonibus superposito. Modus autem ustionis in humidioribus est, dum ipsa Chalcitis bullas excitare desierit, & perfectè inaruerit: in reliquis uerò, dum mutata in floridum colorem fuerit, & sanguinem aut miniatum colorem contraxerit, tum demum eximenda est: insidens autem spurcitia, flatu expellenda, mox reponenda

nenda. Torretur etiamnum perflatis carbonibus, usquedum luteo colore pallescat: aut fictili subditis candentibus prunis, subinde uersata, donec igni conflagret, & colorem mutet.

Misy. CAP. LXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. μισυ. Lat. Misy. Ita. Misi.

MIsy assumẽdum natione Cyprium, Auri simile, durum, quod friando Auri colorem imitatur, & stellæ modo splendet. Vim habet & ustionem cum Chalcitide eandem, præterquàm quòd Psoricum ex eo non conficitur, excessus defectusq; ratione tantùm differens. Aegyptium autem cæteris præstat, utpotè quod efficatius habeatur, sed ad ocularia medicamenta multò supradicto inferius.

Melanteria CAP. LXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. μελαντηρια. Lat. & Ita. Melanteria.

MElanteria geminæ est originis. Quædam in faucibus cuniculorum, quibus æs eruitur, salis modo concrescit. Alia uerò in summa facie supradictorum locorum coit, quæ terrena est. Quinetiam inuenitur in Cilicia, & alijs quibusdam regionibus, fossilis quædam. Præstat, quæ sulphuris colorem trahit, læuis, pura, æquabilis, & quæ contactu aquæ confestim nigrescit. Vim causticam eam obtinet, quam & Misy.

Sory. CAP. LXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. σωρι. Lat. Sory. Ita. Sori.

SOry existimarunt aliqui Melanteriã esse, aberrantes. Siquidẽ sui generis est Sory, ei nõ absimile. uerũ Sorei uirus inest

graue, & nauseam mouens. Inuenitur etiam in Aegypto, & alijs quibusdam regionibus, ut in Libya, Hispania, & Cypro. Praefertur Aegyptium, quòdque frianti nigrius apparet, in multa foramina dehiscens, subpingue, insuper adstringens, & olfactu deuoratione'que magnum uirus olens, ita ut stomachus in uomitiones effundatur. Quod autem friatum scintillas Misyos modo non emittit, & alterius generis esse, & inualidum censendum est. Vim & ustionem supradictis similem habet. Dolori dentium cauernis inditum medetur, eosq; labantes firmat. Ischiadicis ex uino infusum auxiliatur. Illitum cum aqua, uaros extinguit. Medicamentis admiscetur, quae capillos denigrant. Haec autem ferè omnia & alia quae ustionem experta non sunt perustis ualidiora esse existimantur, praeter salem & uini fecem, Nitrum calcē, & consimilia, quae cruda remißiora sunt. combusta enim, uiribus efficaciora redduntur.

CHalcitis, Misy, Sory, in Italiam, & proinde in Galliā nō asserūtur. Quin Matthiolus asserit, se in fodinis Germanicis vnde Aes effoditur, his repperiundis plurimum laborasse, sed frustrata opera, non succedente effectu, nulloque sese promente vestigio. Melanteriam verò in cuniculorum faucibus & cauernis saepè vidisse, quam tamen metallici operarij non adnimaduerterent. Porrò iam detectus eorum error, qui Misy, Vitriolum Romanum putauere. Siquidem Vitriolum colore aureo non constat, nā friatum nam in aurum, sed in vitrum scintillat. Porrò è Galeni testimonio, Misy minerale est, quod à sese spontè terrae visceribus innascitur, nec factitium est. Idemq; de Chalciti & Misy esse ex eiusdem libri noni, De facultate simplicium, capite de Chalcanto, sub finem, intelligitur. Item Chalcitim in Misy transformari, non Misy, in Chalcitim. Vitriolumque Romanum vetustate in Chalcitim transire, ob idque Misy esse non posse, sed potius ad Sory naturam accedere: quòd queadmodum Chalcitis in Misy transformatur, ita Sory in Chalcitim conuertitur. Tria haec medicamenta Sory, Chalcitis, & Misy, eiusdem in genere facultatis & naturae sunt, essentiae tamen tenuioris aut craßioris differentiam sortita. Sory omnium craßiori est essentia, Misy tenuiori, has inter mediat Chalcitis. Ad haec Misy in corporibus duris Chalciti (nempè ob ternuitatē partium) plus mordet, cumque ambae in

decoctio

decoctionibus dissoluātur, magis tamen Chalcitis, quam Misy. Sori non eliquatur, vt quod compactius, plus ad saxi naturam accedat: Haud aliter quam Misy, per natiuum calorem extenuatum, ob idq; Chalciti siccius non facilè liquefit.

Diphryges. CAP. LXIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Διφρυγες. Lat. Diphryges Ital. Diphrige.

Diphrigis tria genera esse creduntur. Quoddam enim metallicum est, quod in Cypro sola gignitur. Lutosum nanque extrahitur, ex luto cuiusdam inibi specus: extractum, sole siccatur, mox circumpositis sarmentis uritur. Diphryges ideo uocatum est, quòd & à sole & à sarmentis uratur, arescat, et fermè torreatur. Alterum perfecti æris, quasi subsidens fæx est. Siquidem post frigidæ aquæ offusionē, ut suprà retulimus, cùm de flore æris differeremus, sublato ære, fornacum ima parte cohærens id genus inuenitur, & adstrictionem & gustum æris habens. Tertiū sic fit: Lapidē Pyriten, ut calcem multos dies cremant in camino: cumq; colorem Rubricæ contraxerit, eximētes recondunt. Quidam tradunt hoc, ex sola materia, quæ lapidem æris gignit fieri quando in dictis areis assata, & in scrobes trāslata peruritur: tunc enim ambientem scrobis locum comprehendit, & exemptis lapidibus nihilominibus inuenitur. Præfertur quòd saporem æris reddit, eruginisq;, adstringens, & uehemēter exiccans linguam. Quod sibi exusta Ochra non uendicat, quæ cremata Diphrygis uice uænit. Vis eius adstringere, siccare excrescentia: consumere, ulcera serpentia, & quæ cacoethe uocant, ad cicatricem perducere. Suppurationes, Terebinthina aut cerato exceptum discutit.

Metallicum & Cyprinū Diphryges, nostro tēpore nec assertur, nec ostēditur. At secundū genus, quod perfecti æris in fornacibus ab eo

percolato sedimentum est, in Italia in PerZene fodinis reperitur, & in pluribus per Germaniam locis. Quod ex lapide Pyrite fit, aut ex sola materia quæ Aeris lapidem procreat, nobis est incognitum. Goslariæ per Cordum, Exilit è terræ cuniculis materia quæpiam luti æmula, figulinæ cretæ effigie, lentæ et glutinosæ substantiæ, sed licet paulatim expuatur, eo tamen emergit impetu, vt etiam lapillos prodiens sursum attollat, natura & facultate Misy respondens. Hanc natiuum & Cyprium ille Diphryges existimat.

Auripigmentum. CAP. LXX.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἀρσένικον. Lat. Auripigmentum.

Ita. Orpigmento.

AVripigmentum in eisdem metallis, quibus Sandaracha, gignitur. Optimum existimatur crustosum, aureo colore micans, nulli materiæ permistum, in squammas fissile: quale in Mysia Hellesponti nascitur. Huius duo genera fluxerũt. Vnum supradictum est: alterum glandis effigie, pallidũ & colore Sandaracham imitans, glebosum, ex Ponto & Cappadocia defertur: quod etiam secundum locum tenet. Torretur in testa noua uiuis carbonibus subiectis, assiduoq; uersatur, donec igne flagret, & mutet colorem: deinde refrigeratum, tritumq; reconditur. Vim habet adstrictoriam, & erodentem. Crustas cum uehementi uredine, & uiolento morsu excitat. Reprimit quæ excrescunt, & capillos euellit.

Sandaracha. CAP. LXXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σανδαράχα. Lat. & Ita. Sandaracha.

SAndaracha probatur rufa, & saturatior, & aliena materia uacans, friabilis, Cinnabaris colore, sulphuris uirus redolens. Dos eadem & ustio, quæ Auripigmento. Explet alopecias, resina excepta. Scabros ungues cum pice eximit. Contr

phth

phthiriasin ex oleo efficax est. Tubercula cum adipe discutit. Prodest ad narium orisq; ulcera, & cæteras papularum eruptiones cum rosaceo: item condylomata. Datur ex mulso, purulenta extußientibus. Suffitur quoq; cum resina, aduersus ueterem tussim, rapto per fistulam nidore. Vocem expedit, cum Melle delincta, suspiriosis cum Resina in catapotio optimè datur.

AVripigmentum & Sandaracha mineralia, eiusdem virtutis et naturæ sunt, nec aliò differunt, quã quod vnum magis excoctũ est, alterum minus, peræquè vt facultate vnum altero subtilius. Proindè Sandaracha, nihil aliud est quã Auripigmentũ, quod in terræ visceribus ampliorem & coctionem & colorem contraxerit. Quod eò patet. Auripigmentum in testaceo vase super carbones incoctum, summè rubens & flammeũ apparet, qualis reuerà est Sandaracha, eoq; magis, quò maiorẽ artificio colorem imbuit, quã naturà, Sandaracha. Venetijs inter Auripigmenti portiunculas, Sandaracha summè rubens inuenitur. Quã Vernicem scriptorum vocant, gummi est Iuniperi, non Sandaracha. Errorẽ fecit, dictio Sandarax, quæ Arabibus istud est gummi. Eapropter vbi apud Arabes Sandaracha legitur, Vernix scriptorum intelligenda, vt in Græcis authoribus, id, quo de agimus, minerale. Sandaracæ & Sandicis nomina, quidam pro Cerusa vsta, quòd admodum rubida sit, accipiunt, & hæc nihilominus, ipsum est Serapionis Minium, & maxime eius pars, qua hodie seplasiæ vtuntur. Cæterum Arsenicum crystallinum & album, non ex Auripigmento fit, per sublimationem, vt aliqui opinantur, at eisdem ex sesè queis Auripigmentum & Sandaracha caueis innascitur. Risagallum per sublimationem fit, æquatis ex Arsenico & Auripigmento partibus.

Alumen. CAP. LXXII.

Græ. στυπτηρία. Lat. Alumen. Ita. Alume.

OMne Aluminis genus ferè in Aegypto, & in eisdẽ metallis inuenitur. Etenim scißile quoddã, quasi flos glebosi intelligit. Gignitur & in alijs quibusdã locis, in Melo, in Macedonia, in Liparis, Sardinia, Hierapoli Phrygiæ, Aphrica, Armenia, et plerisq; alijs regionibus, sicut et Rubrica. Plurimæ eius species. Verũ ad medẽdi usũ, scißile, rotũdũ, et liquidũ expetunt.

Optimũ est scißile, præsertim recens, candidißimũ, gustu per quã adstringẽs, graue olens, calculorũ expers, nec glebulose aut assulose cõpactũ, sed sigillatim in capillamẽta quædã canescẽtia dehiscens, quale est quod Trichites, quasi capillare nominatur, in Aegypto natum. Reperitur quoq; lapis huic Alumini persimilis, qui gustus iudicio dignoscitur, quòd non adstringat. Damnatur in rotundi genere, quod manu confictum est: sed ex figura deprehenditur. Assumendum autem suapte natura rotundum, bullis turgens, albo propius, atque ualidius adstringens, præterea nonnihil palloris cum quadã pinguitudine præ se ferens, sine arenis, friabile, natione Aegyptium, aut ex insula Melo. Liquidi probatio, ut sit lympidum, lacteum, æquale, & semper succo madens, sine lapidibus, atque quendam coloris igniculum expirans. Vim habent excalfaciendi, stringendi, & expurgãdi, quæ caliginem pupillis oculorum offundunt: genarum carnem, cæterasq; excrescentias extenuãt. Scißile rotundo efficacius intelligitur. Vri & torreri Chalcitidis modo debent. Putrescentia ulcera compescunt. Sanguinis fluxiones inhibent, gingiuas humore prægnãtes comprimunt, motus dentium cum aceto et melle firmant. Prosunt cum melle ulceribus oris, eruptionibus papularũ, & fluxionibus aurium, cum Sanguinalis herbæ succo. Lepris cõueniunt cum Braßicæ folijs aut Melle cocta. Item pruritui, & unguium scabritijs, pterygijs, & pernionibus, aspersa cũ aqua. Valent cum aceti fæce, & Galla, pari pondere cremata, ad phagedænas ulcerum, & cum salis duabus partibus, ad uitia quæ pascunt. Furfures cum Eruo & pice illita abstergunt. Ad lendes, pediculos, ambusta, cum aqua illita auxilio sunt. Contra tumores, & graue alarum inguinumq; uirus, illinuntur. Ex Melo autem aduectum, mulieribus præstat ne concipiat, ante coitũ ori uuluæ inditum. Partus quoq; extrahit. Gingiuis, si caro excreuit, uuæ ac tonsillis accommodantur. Ori, auribus & ueren-

di

dis cum Melle illinuntur.

TRia tantum Aluminis genera recenset Dioscorides, *nostro verò tempore compluribus vtimur.* Nempè *alumine rupeo, alumine plumæ, alumine fæcis, alumine catino, alumine squamoso, alumine Zuccherino.* Horum *omnium nullum ad* Dioscoridis *descriptionē attingit, præter alumen plumæ, quod ipsum est* Dioscoridis, *omnibus consentienti bus notis, alumen scissile, nā alumen rupeum, id non est, quod alumē rupeum vulgò dicitur.* Id *enim non è terra fit liquida, sed præduro ex lapide, quique quò magis rubescat, eo durior sit.* Quod *ex eo fit alumen, plus alijs rubet, maiori acrimonia præditum.* Fit *etiam è lapide eximiè candido, primo friabiliori & teneriore, quoque alumen fit candidū, crystalli in morem transparens, minori à priore acrimonia.* Huius *vsus ad intingenda serica, & subtilißimas lanas & pannos.* Accedit *ad hæc, alumen rupeum succo* Mali Punici *imbutum, nigrorem non contrahit: at lucidior, clarior, & transparentior euadit, magisque crystallum refert.* Alumen *Zuccherinum, fit ex alumine rupeo crudo, albumine oui, & aqua rosacea. alumen* Catinum, *cuius in vitreis fornacibus est vsus, quò perspicuum vitrum exeat, è cinere herbæ, quæ* Thuscis, Soda, *dicitur, & in Senæ maritima nascitur, & loco qui extrà* Venetias, Lio *vocatur.* Ex *hac etiam fit* Sal alchali, *nam istiusmodi herbam* Chali *arabes vocant. alumen fæcis, è fæce fit vini perusta, primum in globis, ad candorē vsque, insolata, desiccataque. alumen squamosum, è squamoso & transparente fit lapide,* (Specchio D'asino Thusci *nuncupant) ambusto igni, aut supra ignitas ferri laminas.*

Sulphur. CAP. LXXIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. θεῖον. *Lat. Sulphur. Ita. Solfo.*

SVlphur optimum existimatur uiuum, quod Apyron uocāt, nitedulæ modo splendidum, perlucens, minimè lapidosum. Probatur in genere Sulphuris ignem experti, quod uiret, ac præpingue spectatur. Plurimum in Melo & Lipara gignitur. Supradictum Sulphur calfacit, discutit, & celeriter concoquit. Prodest tußibus, suspiriosis, purulenta extußiētibus, in ouo sumptū, aut suffitum. Præterea partus, usti nidore extrahit. Lepras, lichenas, scabros ungues, cum resina Terebinthina mistum, aufert.

Cum

cum autem illitum, ad lepras efficax est. Vitiligines tollit: scorpionis ictibus, addita resina, medetur. Cum aceto uerò, draconis marini scorpionisq; plagas sanat. Pruritus toto corpore erumpentes, cum Nitro detersum, sedat. Regium morbum emendat, inspersum fronti cochlearis mensura, aut in sorbili ouo sumptum. Facit ad grauedinem, & destillationes. Sudores quoque conspersum inhibet. Podagricis, cum aqua & Nitro illitum, conducit. Grauitatem auditus, suffiti nidore raptim per fistulam hausto, sanat. Lethargicos suffitu excitat. Erumpentem undecunque sanguinē sistit. Contusis auribus, cum uino aut melle illitum, medetur.

SVlphur, foßile est notißimum, ex essentia procreatum terrestri, vnctuosa, validè calida, igni adprimè consimili. Naturæ sic in caliditate & siccitate præpotenti, vt tamen in mistione alia humiditate nil ei sit opus. Sulphur vim habet attractoriam. Temperamento est calido, & tenuium partium essentiæ.

Pumex. CAP. LXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. κίσσηρις. Lat. Pumex. Ita. Pumice.

PVmicis probatio, ut magnoperè leuis, spongiosus, scißilis nec arenosus, item teri facilis, & candidus. Crematur flagrantißimis carbonibus obrutus: & ubi canduerit, extractus, uino restinguitur odorato: iterumq; incensus extinguitur: et tertia ustione exemptus & per se refrigeratus, ad usus conditur. Vis eius adstringere, gingiuas abstergere. Purgat cum calfactione, quæ caliginem pupillis offundunt: explet ulcera, & ad cicatricem perducit. Excrescentia cohibet. Fit ex farina eius dentifricium. Corpori crustam obducit. Auellendis capillis aptus. Theophrastus autor est, si quisquam in bullientem urceum uini, Pumicem iniecerit, feruorem statim sedari.

PVmex, nulli non notus, ambustus est lapis, è vapore flammæ à monte Aethna, & Vesunio Campaniæ prosiliens. Hic mons nostro, non aliter

aliter quam Plinij tempore, totus arsit, ingenti Puteolanorum incommodo. Pumex mari propter substantiæ raritatem innatat, & à præter nauigantibus, sed falsò, spuma maris creditur.

Sal. CAP. LXXV.

Græ. Ἅλς. Lat. Sal. Ita. Sale.

SAl fossilis efficacior est. Communiter, si est candidus, calculis uacans, & perspicuus, densus, æquali compage. Peculiariter Ammoniacus natione laudatur, si modò findi facilè possit, & in recta segmenta diduci. In marino Sale eligendus est candidus, æqualis, densus. Probatissimus in Cypro fit, & Salamine Cypri, & Megaris, in Sicilia & Aphrica. Sed inter dicta Salis genera lacustris præfertur: sed multò ualidissimus est Phrygius, nomine Tapeus, aut Tritæus, aut Gantæus. Salis natura in cõmune perquàm utilis est. Adstringit, absterget, expurgat, dissipat, reprimit, extenuat, & crustas inducit. Sed hoc interest, quòd alius alio sit præstantior. Quin & à putredine uindicat. Admiscetur medicamentis psoras abstergentibus, excrescentia in oculis reprimit, & pterygia consumit, cæterasq; carnis extuberationes tollit. Clysteribus infunditur. Discutit lassitudines ex oleo illitus. Contra hydropicorum tumores auxiliatur. Dolores in saccis fotu mitigat, et pruritus sedat, ex oleo et aceto infrictus ad ignẽ, donec sudent. Itẽ lichenas, lepras, psorasq;. Anginã ex Melle, aceto, & oleo illitus leuat. Tonsillis uuæq;, cum Melle tostus: ulceribus in ore manãtibus, gingiuis quas humor uexat, et phagadænis ulcerũ, cum polenta crematus illinitˉ. Aduersus scorpionũ ictus, cũ Lini semine: cõtra serpentiũ morsus, cũ Origano, Melle, Hyssopo: aduersus Cerasten, cũ pice, aut Cedria, aut Melle auxiliatur: contra scolopendræ morsus, cum Melle & aceto: aduersus uesparũ ictus, & teredines, albidasq; capitis pustulas, thymos & tubercula, cum seuo uitulino: furunculos cum uua passa, aut suillo adipe, aut melle discutit. Testium tumores

res cum Origano & fermento maturius concoquit. Crocodilorum morsibus auxiliatur, tritus, in linteolo, & intinctus aceto, ita ut uinculis loca constringantur. Prodest ad bestiarum morsus, sugillationes in facie, ex Melle. Contra haustum Opium & Fungos, cum aceto mulso bibitur. Luxatis imponitur cum farina & Melle. Ambustis igni cum oleo impositus, pustulas erumpere non patitur. Podagricis itidem imponitur, & aurium doloribus cum aceto. Ignes sacros, & ulcera quæ serpunt, cũ aceto aut Hyssopo illitus sistit. Vritur fictili, diligenter opertus ne exiliat, cõditusq; prunis, usquedum efferuescat. Aliqui fossilem subacto polline obliniunt, & carbonibus subijciunt, usquedum eius crusta exuratur. Solet & Sal communis hoc modo uri: Aqua semel abluitur, & siccatus in ollam coopertam mittitur, subdito igne, moueturq;, donec iam nõ exiliat. Spuma Salis, spumosi maris lanugo siue ramentum est, in exilibus petris inuentum, cu-uis eadem quæ Sali.

Muria. CAP. LXXVI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Αλμη. *Lat. Muria. Ita. Salamuoia.*

MVria effectus Salis præbet, abstergitq;. Dysentericis infunditur, etiam si nome intestina corripit: & ischiadicis ueteribus. Ad fotus, aquæ marinæ usus præstat.

Flos Salis. CAP. LXXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αλὸς ἄνθος. *Lat. Flos salis. Ita. Fior del Sale.*

FLos Salis flumine Nilo defluit. Lacubus tamen quibusdam innatat. Assumendus qui crocei coloris est, odore ingrato seu gari. Interdum longè magis uirus olet, gustuq; mordacior

&

& pinguiter lentus. Fucatus autē Rubrica, aut scrupulosus, improbatur. Præterea syncerus non nisi oleo resoluitur: adulteratus nonnulla ex parte, etiā aqua, diluente factitiū colorem. Ad ulcera quæ cacoethe uocantur, & phagedænas, genitalium nomas, & purulentas aureis, efficax est. Oculorum hebetudines, cicatrices, albuginesq; tollit. Emplastris unguentisq; coloris causa, ut Rosaceo, miscetur. Sudorē cit. Aluum turbat, in uino aut aqua sumptus. Stomachum male habet. Additur acopis & smegmatis, quæ albandi capilli gratia componuntur. Et in uniuersum acris est, & feruentis naturæ, ut Sal.

Nitrum. CAP. LXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Νίτρον. Lat. Nitrum. Ital. Nitro.

PRæfertur Nitrum leue, roseo colore, aut candido, in foramina dehiscēs, perinde quasi spongiosum quiddā, quale ex Bunis affertur. Humores euocat, qui in alto cōcreuerunt. Spuma Nitri optima esse putatur leuißima, glebosa, friabilis, colore penè purpureo, aut spumosa, & mordens, qualis ex Philadelphia Lydiæ defertur: secunda est Aegyptia. Quin & in Magnesia Cariæ gignitur. Vim & ustionem Salis habet, tam Nitrum quàm spuma eius: præterea Nitrum tormina sedat, si tritum cū Cumino bibatur, in hydromelite, aut sapa, aut aliquibus quæ inflationes discutere possunt, uti Ruta, uel Anetho. Febribus circuitu redeuntibus illinitur, ante suspectā acceßionem. Miscetur emplastris, quæ extrahunt, & discutiunt, extenuāt, & lepras abstergunt. Cum aqua autem calida, aut uino infusum, inflationes, purulentas aureis, & sonitus earundē sanat. Sordes expurgat, cum aceto instillatū, canum morsibus ex asinino adipe aut suillo medetur. Resinæ Terebinthinæ admistum furunculos aperit. Aquæ inter cutem cum fico illinitur: oculis ad claritatē ui-

ſus cum Melle ſuccurrit: & uenenis Fungorum, ex poſca potum: aut ſi Bupreſtis momorderit, ex aqua: iis uerò qui taurinũ ſanguinem biberint, ex Laſerpitio: iisq; qui cibum non ſentiunt, utiliter obducitur: opiſthotonisq; iam remiſſioribus, & luxatis, cum cerato. In reſolutione linguæ, pani commodè permiſcetur. Aliqui ſupradicta carbonibus urunt, ſubiecta prius teſta noua, donec incandeſcant.

NItrum & ſpuma Nitri, quorum apud veteres ampliſſimus fuit in medicamentis vſus, nec agnoſcuntur, nec afferuntur hodie. Salnitrum, quo in bombardarum pulueres, vtuntur, & conficiendam aquam fortem, ad diſgregandum ab auro argentum, Nitrum non eſt, quod Theophraſtus, Dioſcorides, Galenus, & Plinius deſcripſere, vt ei qui hos diligenter legerit, facilè clareſcet. At enim quòd ſuis quibuſdam partibus, Nitro ſit ſimile, eò tamen audaciæ non procedendum, vt veri Nitri in medicina ſuccedaneum faciamus.

Fæx. CAP. LXXIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. Τρυξ. Lat. Fæx. Ital. Feccia.

ELigenda Fæx maximè à uino uetere, Italico: ſin minus, ab alio conſimili. Fæx aceti uiribus longè acrior eſt. Crematur ut Alcyonium, antè diligenter ſiccata. Sunt qui noua teſta igni largo urant, uſquedum penitus incendatur. Alij uiuis carbonibus Fæcis glebam obruunt, & idē opus proſequuntur. Experimentum eſt legitimæ uſtionis, ut aerio nitore inalbeſcat, linguamq; tactu urere uideatur. Eadem urendæ Fæcis aceti ratio. Vis ei ſupra modum urens, & abſtergens. Vlcera ad cicatricem perducit: adſtringit, uehementer exeſt: ſiccatq;. Sed recenti utendũ eſt: quoniã celeriter exanimatur. Proinde non niſi in reconditorio, & uaſe aliquo reponi debet. Lauatur, ut Pompholyx. Quæ uſtionem experta non eſt, tumores & per ſeſe, & cũ Myrto cohibet. Ventris ſtomachiq; fluxiones illita ſiſtit. Muliebre profluuium, imo uentri aut genitalibus impoſita, mitigat.

tigat. Panos discutit nondum exulceratos, & tubercula. Rigentes mammas, suiq; lactis impatientes, cum aceto peruncta extinguit. Cremata uerò, ungues scabros cum Resina aufert, addito Lentiscino oleo, illita nocte tota, rufat capillum. Elota oculorũ medicamentis, ut Spodos, adijcitur. Cicatrices eorum & caligines eadem abstergit.

FAex Vini, nulli non, cui Vinum, perspecta. Fit ex ea, quemadmodũ suprà commonstrauimus, Alumen Fæcis. Porro resina hæc quæ vasis vinarijs adglutinatur, quam Itali Greppola vocant, soluit aluum. Ea in puluerem redacta, cum modica quantitate Mastiches, & Sacchari, iuri gallinæ insumpta leuem subductionem molitur. Potentius operabitur Senæ infusio, si in eam, Fæcis puluis indatur.

Calx viua. CAP. LXXX.

NOMENCLATVRA.

Græ. ἄσβεστος. *Lat. Calx uiua. Ital. Calcina uiua.*

CAlx uiua hoc modo fit: Marinorum Buccinorum testas igni condito, aut feruenti clibano, nocte dimittito: postera die, si candidissimæ fuerint, extrahito: sin aliter, iterum urito, usquedum uehementer inalbuerint. Dein ubi in aquam frigidã immersæ fuerint, in fictile nouũ conijcito, & exactè pannis operiens, noctẽ unà conquiescere sinito, manè eam extrahens. Vbi perfecto omni opere elaborata fuerit Calx, recõdito. Fit & è littorablibus calculis igne crematis, nec nõ è uili & fusaneo marmore: quæ cæteris præferẽt. Vis omni Calci in cõmune ignea, mordẽs, adurẽs, & crustas inducẽs. Quibusdã alijs immista, ut adipi oleo, concoquẽdi uim assumit, mollit & dissipat. Vlcera ad cicatricem perducit. Efficacior existimatur recẽs, nec aspersa aquis.

CAlx vulgò agnita. Priuatim fit è Purpurarum, Buccinorum, Cochlearum, Ostraceorum, & Ouorum testis, variante operationis modo. Publica & priuata ædificia, id genus Calce fiunt, in tota Germaniæ maritima. Quæ vero ex albo lapide fit, seu marmore quopiam viliore, primũ extincta, post sæpius aqua frigida elota, & postremũ cũ cum aqua Rosacea, mirum in modum prodest immissa vnguentis vlce-

rum malignorum, sine morsu, desiccatorijs. Proindè Vnguenti de Calce *vsus erit, in vlcera genitalium, & maximè* Gallica, *alijsq; ad eum modum malignis.*

Gypsum. CAP. LXXXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. γύψος. *Lat. Gypsum. Ital. Gesso.*

Gypsum uim habet adstringendi, obstruendi, sanguinis eruptiones sudoresq; cohibet. Sed potum, strangulationis modo iugulat.

Gypsum & Italiæ & Gallijs notissimũ, trium est generũ. Vnum in laminas fossile, quod non aliud plane est, quam Aphoselinus, *qui ipse est, Specularis lapis.* Alterũ, *in pectines oblongos scissile.* Tertiũ, *in ingentes coalescens glebas. Huius minera lapis est albus, squamosus, conficiendique satis nota est ratio.*

Sarmentitius cinis. CAP. LXXXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. τέφρα κληματίνη.

Lat. Cinis Sarmentitius. Ital. Cenere de sarmenti.

Sarmentorum cinis urendi uim habet. Cum axungia autẽ uel oleo illitus, fractis neruis, articulorũ collisionibus, & neruorum nodis prodest. Cum Nitro & aceto, excrescentias carnis in scroto reprimit. Serpentium canumq; morsibus illitus ex aceto medetur. Crustas obducentibus medicamentis admiscetur. Fit ex eo lixiuium contra præcipitationes, & Fungorũ uenena, cum aceto, sale & Melle.

Sarmenta non ignota sunt. Horum lexiuium & Cinis *varij in medicina sunt vsus.* Cinis *è contrarijs qualitatibus & substantijs constat. Nam quædam eius partes terreæ sunt, quædã fuliginosæ. Eæ tenuis sunt essentia, siquidem cinere aqua madefacto postea colato, cum aqua secedunt & restat in cinere terrestris essentia, cui facultas omnis calida, & subtilis deperijt.* Cinis *omnis, cætera inuicem similis, naturam sequitur materiæ è qua prodijt.*

Alcyo

Alcyonium. CAP. LXXXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀλκυόνιον. Lat. Alcyonium. Ital. Alcionio.

ALcyonij quinque esse genera compertum est. Vnum enim spissum, acerbi saporis, spongiosa facie. Item tetri odoris, ponderosum, & picē olens, quod plurimum in littoribus inuenitur. Alterum pinnulæ oculorum aut spongiæ simile, fistulosum, & leue, odorem algæ referens. Tertium uermiculi forma, & colore magis purpureum, quod Milesium quidā uocant. Quartum succidis uelleribus non dißimile, multis inanitatibus hians, leue. Quintum figura Fungi, sine odore, asperum. parte interna quodam modo pumicosum, foris læue, acre, quod plurimum in Propontide iuxta insulam Besbicon appellatam gignitur, patrio nomine Halos achnen uocant. Duo priora in fœminarum smegmata assumuntur. Contra lentigines, lichenas, lepras, uitiligines, nigritias, & maculas in facie reliquoq; corpore. Tertium ijs qui difficili urina uexantur, aut arenulas in uesica colligunt, idoneum est. Item renibus affectis, aquæ inter cutem, lieni. Vstū autem, & ex uino illitum alopecias replet. Postremum dealbādis dentibus aptum est. In alia smegmata, psilotraq; assumitur, cum sale mistum. Si quisquam Alcyonium cremare uelit, cum sale in crudum fictile mittat, & oblinens uasis spiraculum luto, ita fornaci mandet, & cùm figlinum percoctum fuerit, extrahens ad usus recondat. Lauatur ut Cadmia.

ALcyonium spumæ marinæ genus, multiplex vt ex Dioscoride patet. Huius primum, & postremum tantum genus in Europam asportantur. Alcyonij omnes emundant & digerunt. Calidi sunt & acres, plus minúsue, quatenus tenuioribus constant partibus.

Adarces. CAP. LXXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀδάρκης. Lat. Adarces. Ital. Adarce.

FIt in Cappadocia quod Adarces appellatur. Est autem tanquàm concreta salsilago, humidis & palustribus locis siccitate emergens: & arundinibus ac herbis agglutinata, colore flori lapidis Asij similis, & omni forma molli Alcyonio, & aliquantum cano proxima, ut uideri possit lacustre Alcyonium. Ad euellẽdas lepras, lentigines, lichenas, & uitia cutis in facie, & similia, accommodatur. Et in summa, uis ei acris. Humorem euocat qui in alto concreuit, & ischiadicis prodest.

ADarces salsilaginis cõcretæ genus, Cordo id esse ducitur, quod Itali Pallam marinam vocant, cum hanc doctißimus vir Matthiolus. & Italus, nullum qui in Italia Adarces commonstraret, repererit.

Spongiæ. CAP. LXXXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σπόγγος.
Lat. Spongia.
Ital. Spugna.

E Spongijs alias mares appellauere, tenui fistula, spissas: quarum duriores Tragos nominarunt. Fœminas autem quæ contrarias dotes habent. Vruntur eæ ut Alcyonium. Recentes sine pinguitudine, uulnerariæ sunt, & tumores reprimunt. Recentia uulnera ex aqua poscáue conglutinant. Veteres sinus ex decocto Melle iungunt. Vetustæ autem inutiles. Aridæ ligatæ lino, si penicilli modo adigantur, occlusa ulcera, callosáq; laxant. Siccæ recentes & uacuæ senilia ulcera, quæ fluxione laborant, aut cuniculatim excedunt, imposito siccant. Sanguinis profluuium sistunt. Crematarum cinis ex aceto, aridæ lippitudini auxiliatur: & ubi quid abstergere, aut adstringere opus est. Vtilius, in oculorum medicamentis lauare cinerem. Omnium cinis cum pice crematarum, profluentem sanguinem sistit. Candidæ

cura

curæ fiunt, è mollißimis recentes, per æstus tinctæ salis spuma, quæ petris cohæret: insolantur inuersæ, hoc est, parte caua sursum spectante, & qua abscissæ fuerunt, deorsum. Si uerò æstiua serenitate ad lunam sternantur, perfusæ salis spuma, aut maris aqua, maximum candorem referent.

SPongiæ aut raræ sunt, aut densæ & compactæ, aut quæ vocantur Achileæ. Lapis qui in Spongijs reperitur, renales lapillos cōminuit. Is dissolutus, lacti similem succum emittit. Quo patet eum sine calore manifestò extenuare.

Corallium. CAP. LXXXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Κοράλλιον. Lat. Corallium. Ita. Corallo.

COrallium, quod aliqui Lithodrendron appellarunt, marinum esse fruticem constat, qui alto extractus, duratur statim atque emergit, tanquam offuso aere protinus concrescat. Plurimū inuenitur ad Syracusas, in promontorio cui Pachyno nomen est. Laudatißimum, rubens, colore Antherici aut Sandycis saturatæ, nec secus tereti facilè cedēs, æquabili usquequaq; concremēto, rursus algæ aut fuci marini odore, quàm ramosissimum, forma fruticis, Cinnamomi æmulū. Quod autē in lapidis duritiā coit, scrupulosum, inane, & lacunosum, uitiosum existimatur. Adstringit, & refrigerat mediocriter. Excrescentia coercet, oculorū cicatrices abstergit, ulcerū caua, & cicatrices explet. Cōtra sanguinis reiectiones magnoperè efficax est. Vrinæ difficultati auxiliatur, quin & potū ex aqua lienē absumit. Quod antipathes uocant, Coralliū esse arbitrantur, specie tantùm distans. Est autē colore nigro, arboris figura, ramosum magis. Vires supradicti habet.

COralliū marinus & lapidescens frutex, piscatur in quibusdā maris thyrrani tractibus, nō rubri tātū, & nigri, sed etiā cādißimi coloris

verumtamen quod tale est, rubro minus & ponderosum, & intus constipatũ, spongiosum magis & leue, quinetiã. Id causæ vt eo potius vtãtur medici, cum infrigidandi sese offert occasio. Corallium cum ex aqua extrahitur muscosum est totum, nec rubrum cernitur, at artificum industria perpolitur & nitorem acquirit. Fragmenta innumera candidi & nigri Corallij Neapoli visuntur. Occulta quapiam vi epilepsiæ medetur, medicina est cordialis, siquidẽ ingentem in animis letitiam parit.

Phrygius lapis. CAP. LXXXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. λίθ@ φρύγι@.

Lat. Phrygius lapis. Ital. Pietra phrigia.

PHrygius lapis, quo infectores in Phrygia utuntur, à qua nomen accepit, nascitur in Cappadocia. Optimus habetur pallidus, modicè grauis, non solida corporis compage, intercedẽtibus albis segmentis, ut in Cadmia. Vritur autem uino optimo perfusus, uiuisq; carbonibus obrutus: perflatur aßiduè follibus, donec mutato colore rufescat. Rursus extractus eodem uino restinguitur. Hoc iterum & trinis uicibus faciendum. Attendendum tamen, ne minutim confringatur, & in fuliginem euanescat. Vis crudo ustoq; adstrictoria, expurgans. Vlceribus crustas quadantenus inducit. Ambustis cum cerato medetur. Lauatur ut Cadmia.

LYcnis lapidis nomine seplasijs duo lapides prostant. Primus longus est & teres, in mucronem desinens. Alter, effigie terræ glebam refert, mediæ inter lapidẽ & terrã essentiæ fusci in pallido coloris, notis ac si situm contraxisset, candidis distinctus. Hunc Phrygium lapidẽ Cordus existimat, Matthiolus vero, Italiæ testificatur incognitum.

Asius lapis. CAP. LXXXVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ασι@ λίθ@.

Lat. Asius Lapis.

Ital. Pietra Asia.

Asius

ASius lapis assumi debet Pumicis colore, leuis, fungosus, itē friabilis, scißiles uenas lutei coloris ad imū actas habens. Eius flos, salsugo subflaua est, summo lapide insidens, compage tenui, colore in aliquibus albo, in alijs Pumici simili, ad luteū uergente. Admotus linguæ aliquantum mordet. Vim habet uterq; adstrictoriam, & modicè erodentem. Admistus liquidæ pici, aut terebinthinæ, tubercula discutit. Lōgè ualidior flos existimatur. Decætero siccatus flos, uetera ulcera & cicatrici repugnantia sanat. Excrescētia cohibet, tetra ulcera & fungis similia, cū Melle expurgat. Vlcerum caua explet, & expurgat cū Melle: depascentiaq; cum cerato sistit. Fit cataplasma ex eo podagris, misto fabæ lomēto: & lienosis, ex aceto & uiua calce. Prodest flos ex Melle phthisicis linctu. Podagrici iuuantur, pedibus in folio ex eo lapide excauato inditis. Fiunt quoq; pulueres, qui corpora erodunt, & luxuriantem carnem, & corporum craßitiē absumunt, cum uice Nitri in balneo sparguntur. Si lauare libet Cadmiæ modo lauatur.

LApis Asius in Naturæ minerā amandabitur, non prius agnoscendus, quam per Plutonem prodetur.

Pyrites. CAP. LXXXIX.

NOMENCLATVRA.

Græce. πυρίτης. Lat. Pyritis. Ital. Pietra Pirite.

PYrites lapidis genus est, à quo æs conflatur. Eligi debet æris similitudine, facilè scintillas ædens. Vritur sic: Melle irrigatus molli pruna continuò flatur follibus, donec rufescat. Alij in multos carbones igni candentes, lapidem copioso Melle perfusum deijciunt, & ubi ad fuluum colorem uergere cœperit, extrahunt: efflatoq; cinere, rursus madefactum cremant, donec æquabiliter aßicatus, friabilis reddatur. Siquidem sæpe facies summa solum uritur. Ita crematus, siccatusq;, reconditur. Si eloto opus sit, lauari debet ut Cadmia. Tam crudi quàm usti uis

est, excalfacere, abstergere, offusam oculis caliginem expurgare, duritias concoquere, & concoctas discutere. Resina excreptus excrescentia in carne cohibet, sed calorem quendã & adstrictionem parit. Ita ustum nonnulli Diphryges appellant.

PYrites lapis non alius est quam Marchesita vulgaris. In metallorũ fodinis diuersa effigie & colore repperitur. Raro tamẽ, quæ metalli magnam partem contineat, eaque causa est, vt è caueis fodinarum in Germania, res velut inutilis eijciatur, quãtunnis hæc æris, illa auri, ista argenti quippiam in se contineat.

Hæmatites. CAP. XC.

NOMENCLATVRA.

Græ. Αἱματίτης.
Lat. Hæmatites.
Ital. Pietra Hematite.

HÆmatites optimus habetur friabilis, saturato colore niger, durus & suopte ingenio æqualis, nulla sorde admista, nulloq; zonarũ discursu. Vim habet adstringentem, & excalfactoriam aliquantum, extenuantemq;. Oculorum cicatrices & scabritiam cum Melle purgat: cum lacte autem muliebri, lippitudini, fractis, & oculis cruore suffusis conuenit. Bibitur cõtra difficultatem urinæ, & fluxiones mulierum in uino. Et al ijs qui sanguinem reiecerunt, cum succo punici mali. Fiunt ex eo coticulæ & collyria, oculorum uitijs apta. Vritur ut Phrygius, sine uino duntaxat. Modus ustionis est, ut modicè leuis fiat, & bullis quibusdã intumescat. Sunt qui Hæmatiten ita adulterant: Densam glebam rotũdamq; Schisti lapidis, cuiusmodi sunt quæ eius radices uocantur, in urceum figlini operis, qui feruentem cinerem contineat, cõdunt, paucaq; interiecta mora eximunt, experiunturq; si trita ad cotem Hæmatitæ colorem reddat. Quòd si ita res se habet, reponunt: sin minus, iterũ obruunt, & subinde conspicientes, periculum faciunt. siquidẽ in cinere diu dimis-

sus

ſus, colore mutato diffunditur. Coarguitur malè confictus, primum ſciſsilibus uenis: quippe in rectos uenarum diſcurſus refringitur. At Hæmatites longè ſecus ſe in colore habet: namque hic floridum reddit: Hæmatites uerò ſaturatiorē, atque Cinnabarin imitantem. Inuenitur in Sinopica Rubrica. Fit & è Magnete lapide, uehementer ambuſto. In Aegypto ſponte naturæ cum metallis enaſcitur.

HAematites lapis in Italia maximè & Germania, vbi naſcitur agnitus. Siquidem Hæmatitis ſpecies omnes à plinio deſcriptæ: præter vnā (per Cordum) in Hercinia Saxoniæ montibus reperiuntur.

Schiſtus lapis. CAP. XCI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Σχίςος. Lat. Schiſtos. Ital. Pietra Sfeſſa.

SChiſtos lapis in Iberia Hiſpaniæ gignitur. Probatur maximè qui Croci colorem æmulatur, friabilis, ſuapte natura fiſsilis, concremento & alterno cohærentium uenarum diſcurſu, pectinum modo. Ammoniaco ſali ſimilis. Vim exhibet Hæmatitæ, ſed ad omnia infirmiorem. Quin & caua replet muliebri lacte perfuſus. Ad procidentia, rupta, item genarū craſsitiem, & uuas oculorum, magnoperè efficax eſt.

CVm Schiſtus hodie non habeatur: pariſque cum Hematite ſit virtutis: ſubſtitui eius loco ſine noxa Hematites poteſt.

Gagates. CAP. XCII.

NOMENCLATVRA.

Græ, γαγάτης.
Lat. Gagates.
Ital. Pietra Gagate.

IN Gagatarum lapidum genere, præferendus qui celeriter accenditur, & odorem Bituminis reddit. Niger eſt plerūq; & ſqualidus, cruſtoſus, perquā leuis. Vis ei molliendi, & diſcutiendi. Deprehendit ſonticum morbum ſuffitus, recreatq; uulue,

uæ strangulationes. Fugat serpentes nidore. Podagricis medica
minibus, & acopis additur. In Cilicia nasci solet, qua influen
amnis in mare effunditur, proximè oppidum quod Plagiopoli
dicitur. Vocatur autem & locus & amnis Gagas, in cuius fa
cibus ij lapides inueniuntur.

Alij plures lapides. CAP. XCIII

NOMENCLATVRA.

Græ. πολλοὶ ἄλλοι λίθοι. Lat. Plures alij Lapides
Ital. Molte altre pietre.

Lapis Thracias dictus, nascitur in flumine quodam Scy
thiæ, cui Ponto nomen est. Vis ei Gagatæ. Traditur aqu
accendi, & oleo restingui: quod in Bitumine accidit. Magn
lapis optimus est, qui ferrum facilè trahit, colore ad cæruleum
uergente, densus, nec admodum grauis. Datur cũ aqua muls
trium obolorum pondere, ut crassos humores eliciat. Sunt q
Magnetem crematum pro Hæmatite uendant. Arabicus lap
maculoso ebori similis. Is tritus illitu hæmorrhoidas exicca
Eius cinis dentifricio optimus. Galactites appellatur, quòd la
cteũ succũ resudet: cinerei tamen est coloris, ac gustu dulcis. A
oculorum fluxiones, ad ulcera conuenienter illinitur. Oportet a
tem in aqua tritum, pixide plumbea recondere, propter uim g
tini, quod ei obhæret. Melitites omnia Galactitæ similis. H
tantùm interest, quòd dulciorem succum remittit. Eiusdem
Galactites effectus. Morochthus lapis, quem aliqui Galaxian
aut Leucographida uocauerunt, in Aegypto nascitur: quo, u
potè molli, & facilè liquescente, linteones dealbandis uestib
utuntur. Spiracula corporis obstruere uidetur, conueniẽs ijs q
sanguinem expuunt, cœliacis, & uesicæ doloribus, cum aqua
tus. Itidem fluxionibus uuluæ, & impositus uelleri. Mollib
oculorum collyrijs miscetur. Explet enim caua, atque delachr
ma

nationes sistit. Idem cerato exceptus, ulcera quæ fiunt in teneris partibus corporis, ad cicatricem perducit. Alabastrites uocatus Onyx, crematus, resina aut pice assumpta duritias discutit, stomachi dolores cum cerato leuat, gingiuas comprimit. Lapis nomine Thytes, in Aethiopia gignitur, subuiridi colore Iaspidē imitatus. Cùm diuiditur tamen lacteum succum reddit. Vehementer mordet: tenebras, quæ pupillis obuersantur, expurgat. Iudaicus lapis in Iudæa nascitur, glandis effigie, candidus, scita admodū cōfiguratione, lineis æqualiter inter se distantibus quasi industria detornatis, Solutus nullam qualitatem manifestam gustui repræsentat. Potest Ciceris magnitudine tritus ad cotem, ut collyrium, cum calidæ aquæ cyathis tribus, potu difficultati urinæ auxiliari, & calculos in uesica comminuere. Amiantus lapis in Cypro nascitur, scisso Alumini similis: quo, utpotè flexili, telas & uela tantùm spectaculi gratia texunt, quæ ignibus iniecta ardent quidem, sed flammis inuicta splendidiora exeunt. Sapphirus lapis, percußis à scorpione, potu prodesse existimatur. Contra intestinas exulcerationes bibitur. Excrescentia in oculis uuasq; & pustulas inhibet, & ruptas membranas cogit. Memphites in Aegypto iuxta Memphin inuenitur, calculorum magnitudine, pinguis, uersicolor. Tradunt trito & illito, quæ urenda aut secanda sunt, sine periculo obstupescere, ita ut non sentiant cruciatum. Selenites lapis, quem aliqui Aphroselenon appellarunt, quoniam noctu inuenitur lunæ imaginem reddere, quæ cum ea quidem augetur & decrescit. Nascitur in Arabia, candidus, traslucens, leuis. Huius ramenta comitialibus in potu dari iubent. Eo ceu gestamine ad amuleta mulieres utuntur. Arbores adalligato eodem frugiferæ redduntur. Iaspidum quædam Smaragdum imitatur, alia Crystallum, colore similis pituitæ: alia non dißimilis æri, ob id uocatur Aerizusa: alia ueluti fumo infecta, quæ Capnias ex argumento uocatur. Quæ-

dam

dam lineis albis & resplendentibus præcingitur, Assyrios ap-
pellata. [redacted] Aeti-
tes lapis est ueluti prægnans, cum quatitur, alio in utero sonan-
te: Grauidis continet partus, cùm lubricæ sunt uuluæ & parum
tenaces, sinistro brachio alligatus. Sed parturientibus è brachi
amoueatur, & feminibus alligetur, ut sine doloribus pariant.
[redacted]. Tritus
& cerato exceptus. Cyprino, aut Gleucino, aut excalfaciente
comitiales magnificè iuuat. Ophitæ genera multa. Quidam pon
derosus & niger. Alter cinereo colore spectatur, punctis distin
ctus. Tertius lineis quibusdam candidis intercinctus est. Omne
alligati contra capitis dolores, & serpentium ictus prosunt. Fe
runtur qui lineas habent, lethargo, & capitis doloribus auxi
liari. Lapides in spongijs inueniuntur, qui uesicæ calculos rum
punt, in uino poti. Lithocolla glutinum, quo lapides coniungun
tur. Conflatur autē ex marmore, lapide Pario, & taurino glu
tine. Potest candente specillo admotum: incommodos oculis pi
los replicare. Ostracites testæ similitudinem habet, crustosus, &
in laminas fissilis, quo mulieres ad detrahendos pilos, pro pumi
ce utuntur. Menses drachmæ pondere potus ex uino, sistit. S
quatuor diebus à purgatione bibitur sicilici pondere, fœmin
præstat ne concipiant. cum Melle autem impositus, mamma
rum inflammationes lenit, & nomas cohibet. Smyris lapis est
quo annularij scalptores lapides expurgant, ad erodendum &
urendum utilis. Gingiuis, quas humor uexat, prodest. Dent
fricio cōmēdatur. Arena è littoribus sole feruefacta, hydropic
rū tumores exugit, si capite tenus in ea obruant. Torreri solet a
ar

aridos fotus, pro Milio aut sale. E cote Naxia, quod exacuendo ferro deteritur, illitum alopecias ad pilum reducit. Virginũ mãmas cohibet, nec increscere patitur. Potum ex aceto, lienem absumit, & comitialibus prodest. Geodes lapis astringit, siccat, caligines oculorum discutit. Illitus autem ex aqua, testium mãmarumq; inflammationes sedat.

GAgates & Thracius lapis vi & essentia admodum cõsimiles, hoc inter se discrimen habent. Gagates, crustaceus: Thrachius quaquauersum sibi æqualis est. Germaniæ montes Gagatis speciem producunt, quo fabri ærarij & ferrarij pro carbone vtuntur. Vires, odor, forma, essentia, Gagatem repræsentant. Thracius lapis, ipsum est Succinum nigrum Magnes vi attrahendi ferri præditus, vulgo notus est, & in Germania nascitur, in Misniæ montibus, & Hercinia Saxoniæ, propè Harzíburgum, arcem miliare Germanicum à Gostaria distantem. Arabicus Galactites, Melitites, Marochtus, ignoti nostro æuo sunt lapides. Galactites tamen, Cordo, Hildenhemij nascitur, substantia, forma, & viribus nihil à Dioscoride discrepans. In eiusdem territorij montibus Arabicus inuenitur, maculis & cãdore ebori persimilis. Alabastrites, hijs notus est omnibus qui magnificis signis & ædificis insueuere. Thyites nostro æuo est incognitus. Iudaicus seplasiis omnibus summè est familiaris scilicet ad cõminuendos in renibus lapillos. amiantus è Cypro affertur, alumini scissili similis (superius demonstrauimus ipsum esse alumen plumæ) cãdore tamẽ inferior. ab igne, quantumuis in eo persistat, integer exilit. Venosus est adiantus, ad ligni formã accedẽs. Nec desunt qui flexilem producãt, nẽpè è quo fila & tela cõtexi queãt. Impostorũ est pilos Salamãdræ dicere. Nã mõtanus est lapis. Profertur & in laminas fissilis amiantus sed à Dioscoride præteritus. Sapphirus noster, nota gemma, notis aureis nõ spledescit vt vult Plinius, nullũq; aliud discerniculũ habet, quã azurini (vt sic loquar) coloris resplendentiã, Porro cũ vsitatũ sit in medicinis cordialibus, instauratricibus prætiosisq; electuarijs, quæ in pestẽ, venena, & ad vigorẽ cordi excitãdũ cõponũtur, nõ Saphiros tãtũ, sed etiã Smeraldos, Rubinos, Granatos, & Hiacinthos immittere, & paucæ seplasiæ vera, apud se, gẽmarũ fragmẽta habeãt, Medicorũ hac in re negotiũ erit suæ artis peritos, & probatæ fidei gẽmarios cõsulere, ac dein in minutissimum puluerem super Porphyrio lapidè reducere. Siquidem eorum non toleranda ignorantia, seu potius stoliditas, qui Corallium in æreis mortarijs molitum, in vsus medicos transferunt,

nescij

nescii brutum hominum genus nihil esse quod æris & ferri naturam & substantiam magis in se contrahat, quam Corallium, quod miserandis ægris aut maturam, mortem, aut molestiam ampliorem importat. Memphites, & Solenites, lapides nobis abstrusi, hic in Arabiam, ille in Memphim relegabitur, nisi dicamus hunc Specularem esse lapidem, vt Cordus sentit. Iaspidum diuersum colorati sunt. Quidam candidi, rubeis notis varietati quidam toti rubent, alij in maculis sanguineis viridescunt, alij diuersorum sunt colorum, vt apud gēmarios videre est. Aetites diuersorum hodie colorum inuenitur, magnitudine, modo singulari, modo exigua. In Aquilæ quidem nido repperitur, non ibi nascens, sed in præcelsis montibus, & rupium æditißimarum commissuris. Ophites noster, durißimus est lapis, Porphyrij penè modo, colore nequicquā nigricante & candido, quod in suo Ophite requirit Plinius, at totus in viridi obscurus, maculis discriminatus in viridi perspicuis. Quo patet nostrum, ab antiquorum Ophite discrepare. Spongiarum tastacei lapides, renalibus lapillis effringendis idonei, in coloris lactei colorem resoluuntur. Quocirca incidunt sine manifesta caliditate. Clarū quid sit Lithocolla. Nascitur Ostracites apud hildens hemium, testarum laterumq; substantiam, & aspretudinem referens. Pulsus non dißimilem sonitum ædit, plana, qua sibi ipsi intersertos ceu lateres habet, coagmētatione coalitus. Smyris miræ cum Adamante proximitatis, siquidem vtroque & gemmæ & arma poliuntur. Vitrum etiam Smyris findit. Oculta nunc est Naxia. In Misnia gignitur, haud procul à Dresola, & in Saxonum Hildenshemina.

Terra. CAP. XCIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Γῆ. Lat. & Ita. Terra.

Omnis terra ad medendi usum recepta, summam & primam uim habet refrigerandi, meatusq; obducendi, occludendiq; sed specie distat: cum alia, adiunctis quibusdam, ad alia sit utilis. Eretriades duæ sunt. Vna, uehementer alba est, altera Cinericia. Optima habetur ad cinereum colorem uergēs perquàm mollis, quæ si per æramenta tractim ducatur, lineam uiolaceā refert. Lauatur ut Cerusa, aut hunc modū: Teritur seorsum, & cū aqua, & ubi pessum ierit, humor leuiter excolatur

ſiccata ſolibus, iterũ teritur interdiu, adiecta aqua ut ueſpere conſidat antelucanis colo excernitur, & demũ in ſole trita, ſi fieri poteſt, digerit in paſtillos. Quòd ſi toſta deſideret, paſtilli magnitudine Ciceris in fictile perforatũ conijciuntur oreq́; uaſis diligenter obturato, ſupra carbones candentes continenter follibus perflantur. Vbi uero cinis in fauillas ſe conuertit, aut aëreum colorem contraxit, exempti reconduntur. Vim habet adſtringentem, & refrigeratoriam, leuiter mollientem, caua explet, & ſanguinolenta conglutinat. Samia præfertur candida, leuis, tangenti linguæ glutinis modo adhæreſcens, mollis, ſuccoſa, friabilis, cuiuſmodi eſt, quam aliqui Collyrion uocant. Duæ enim ſpecies eius: Vnam antè diximus: Altera Aſter appellatur, cruſtacea, & cotis modo prædenſa. Vritur ac lauatur ut Eretria, uimq́; conſimilem habet. Sanguinis reiectiones ſiſtit. Fœminis fluxione uuluæ laborantibus, cum flore ſylueſtris Punicæ datur. Teſtium & mammarum inflammationes, illita ex Roſaceo & aqua, refrigerat. Sudores arcet. Contra ſerpentium morſus & uenena, pota ex aqua auxiliatur. Samius lapis in Samia terra inuenitur, quo aurifices utuntur poliendo auro, ut reſplẽdeat. Probatur candore, & duritia. Vis ei adſtrictoria, & refrigerans. Prodeſt ſtomachicis potus. Senſus hebetat. Verùm ad fluxiones oculorum & ulcera, cum lacte efficax eſt. Partus, ut tradunt, adligatus accelerat, & conceptus fœminarum cuſtodit. Chia eligi debet candida, uergens ad cinereum, Samiæ ſimilis. Eſt autem cruſtoſa, albaq́; ſed fictilijs formis differens. Vis eadem quæ & Samiæ. Extendit faciem, & erugat, atque ſplẽdidam reddit, colorem in facie & corpore toto commendat. In balneis pro Nitro deterget. Eadem præſtat Selinuſia: Maximè laudatur, quæ uehementer reſplendet, candida, friabilis, & humore dilui celerrima. Cimoliæ duo genera, candida, & ad purpureum inclinans. Optima exiſtimatur, quæ innatam habet pin

guitudinem,tactuq́ frigida sentitur. Vtraque aceto diluta, pa-
rotidas, & alia tubercula discutit. Ambusta igni, si statim Ci-
molia oblinantur, pustulas non sentient. Testium duritias, & to
tius corporis collectiones cohibet. Igni sacro imponitur. In sum-
ma, utraque multum in medicina commendatur, si incorruptæ
originis, nec spuria assumatur. Quæ pinguis dicitur, colore ferè
Eretriæ similis est, grandioribus tantum glebis: manum si quis
admoueat, refrigerabit. Tactu linguæ usqueadeo glutinosa, ut
pensilis hæreat. Cui effectus idem qui Cimoliæ: paulò tamen in-
firmior. Hanc aliqui pro Eretriade uendunt. Fornaceæ testæ ue-
hementer tostæ, crustas ulceribus obducunt: quare prurigini &
papularum eruptionibus medentur. Podagricis prosunt, strumas
discutiũt, cerato exceptæ. Fornacũ terra quæ retorrida fuluescit,
eiusdem cum testa effectus. Melia colore cineream Eretriam i-
mitatur, aspera tactu. Ea digitis friata, derasi Pumicis modo cr
pitat. Vim habet aluminosam, sed remissiusculam, id quod gu
stu deprehenditur. Modicè linguam siccat, purum corpus reddit
& colorem commendat, pilos extenuat, uitiligines & lepra
abstergit. Pictoribus usum præbet, ut colores diutius perennent
Emplastris uiridibus, quæ chloræ dicuntur, efficaciter inseritur
Ex omni Melia terra & omni alia in uniuersum, eligi debet r
cens, mollis, non lapidosa, friabilis, quæ cùm humorem attigeri
facile resoluatur. Ex Ampelitide terra, quæ Pharmacitis nom
ne, in Seleucia Syriæ nascitur, laudatur in primis nigra, Piceæ l
gos carbones referens, modicè assulosa, æquabili splendore, qu
detrita, accepto oleo, statim eliquescit. Vitiosa censetur candida
& cinerea, quæ in liquorem non resoluitur. Vim dissipandi &
refrigerandi habet. Ad calliblephara additur, tingendis cap
lis idonea. Vsus eius ad illinendas uites sub germinationis tem
pus, utpotè cùm in nascentes uermiculos enecet.

Fulig

Fuligo pictoria. CAP. XCV.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἀσβόλη. *La.* *Fuligo. Ita.* *Fuligine.*

FVligo qua pictores utuntur, ex uitrarijs officinis colligi solet: siquidem ei palma tribuitur. Vis ei ad adstringendum & erodendum efficax. Fracta cum Rosaceo cerato ad cicatricem perducit.

Atramentum librarium. CAP. XCVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μέλαν ᾧ γράφομεν. *La.* *Atramentum librarium. Ita.* *Atramento librario.*

ATramentum quo scribimus, Fuligine è Tedis coacta colligitur. In singulas libras gummis, ternæ Fuliginis unciæ adijciuntur. Fit etiam è resinarum & pictoria Fulgine, de qua paulò antè diximus. Assumitur autem Fuliginis mina, gummis sequilibra, glutinis taurini, Atramenti sutorij, singulorum sequiuncia. Additur conuenienter erodentibus medicamẽtis ambustis, ex aqua commodè crassius illinitur: sed non antè soluatur, quàm cicatricem induxerit. Sanatis siquidem ulceribus, sua sponte decidit. Cæterum habes, amicissime Aree, ferè quæ tradenda duximus pro operis modo quem destinauerimus, & materiæ auxiliorumq́ medicinalium copia.

OMnes hæ terrarum species, vt veteribus cognitæ, & in medicamẽta vsurpatæ, ita harum, à patrum nostrorum memoria, & vsus, & notitia deperijt. Cordo tamen, Melia Hildenshemij inuenitur, forma & viribus cum Dioscoride conueniens. Itidem Ampelitis, Zuicaniæ, in Misniæ finibus, ex montibus eruitur, & in inferiori Germania Aquisgrani, à fabris lignarijs, Nigra creta appellatur. Caput 95. & 96. è scripto Dioscoridis satis nota sunt.

Finis Quinti Libri.

PEDANII DIOSCORIDIS ANASARBEI, De Venenis, Quóque modo arceantur, vitentúrque, Liber Sextus, Ioanne Ruellio Suessionensi interprete.

Adpunctæ annotationes doctæ & compendiosæ.

PRAEFATIO.



VPERIORIBVS, amicissime Aree, libris, tradidimus de Aromatibus, Oleis, Vnguentis, Arboribus, & earundem fructibus, Lachrymisq́; item Animalibus, Melle, Lacte, Sæuo, Frumentis, Oleribus, Herbis, Radicibus, Liquamentis, Vinis, Metallisq́; In hoc uerò totius operis ultimo, facultates medicamentorum recensebimus, quæ prodesse nobis, aut officere possunt. V... tata igitur orationis prolixitate, opus institutum prosequamur. Huiusmodi autem tractatus, cùm bifariam distributus sit: In... partem Venena præcauentem, ita ut ne fallant sumentes: Aut ... quando per imprudentiam dentur, ut tum quoque innoxi... fiant, irritaq́; Et in rationem ijs succurrendi, qui iam noxiam sentiunt: Primùm differam de præcauẽdi modo, Quem esse difficillimum, plerięq; maiorum arbitrantur, quòd dantes clàm Venena

nena, ita insidias temperant, ut peritissimum quenque decipiant. Siquidem Venena, sua amaritudine, permistis dulcibus spoliāt: & graue odoris uirus, mistura odoramentorum eximūt. Aut medicamenta immiscent, quæ tuendæ sanitatis gratia dari putantur: & præsertim in ualetudine, ut Absinthium, Tragoriganum, Satureiam, aut Hyssopum, quinetiam Thymum, Irim, origanum, Abrotonum, Castorium, Aut si quid medicamentis purgatorijs cognatam habere qualitatem uideatur: aut potionibus inserunt: ut uinis asperis, iuribus, passo, mulsæ aquæ, musto, succis, ut in cremore lentis, polentis. Aut medicaminibus, aut alijs, quæ assumuntur, edulij speciem referentibus. Quare qui in ea suspicione sunt, conditos cibos uitare debent, omniáq; intenso sapore, dulcium, aut salsorum, aut acidorum, abstinere: nec sitibundi affatim bibere, aut esuriētes uoraciter comesse, semperq; ad saporem horum diligenter attendere, præsertimq;, potu, frigidam aquā præsumere. Satiato enim appetitu, qualitates ægerrimè postea concoquantur. In ægris quidem, facilè cauemus potiones, auxilij prætextu dari solitas, quas offerunt improbi ueneficiorum artifices: Itaque ob id, laborantes morbo, non perinde audentium iniurijs patent. Et hæc quidem, ne facilè incauti seductiq; homines, capiantur dolis ueneficiorum, ratio est & facultas. Sed alia superest expeditior, ut suspiciosi aliqua præsumāt, quæ Venenorū uires habetent, & inefficaces irritasq; reddant: Cuiusmodi Caricæ sunt cum iuglandium nucibus māducatæ, & quæ Cedromela uocant, id est, Citria, seminisq; Napi drachma cum uino, itē folia Calaminthæ, aut Creta, quæ Lemnia Sphragis appellatur, pondere pari cū uino: Aut Rutæ folia & nucis iuglādis nucleū, aut Caricas duas, & salis callū ieiuni sumāt, & nullo Veneni genere lædētur. Antidota ex uino sumpta, eundē effectum præbent: inter quæ intelligitur magnum Mithridatiū: & quod Scinco, & quod sanguine temperatur. Quin & sæpe

Venenis obsistunt peculiares quidã corporũ affectus, certo quodã modo constitutorũ, cùm quadã cibi potusq; qualitate, tũ uini copia ita tẽperatorum, ut cũ Venenis dissentiant. Siquidẽ ingesti Veneni uires frangunt, atque iam priore alimento farctis præclusisq; meatibus, obstãt ne mẽbratim per digestionẽ insinuetur. Verũ enimuero, quoniã fortunæ necessitas interdũ similia discrimina peregrè agẽtibus affert, absque ullis insidijs hominũ, nonnihil disserendũ mihi, de hac re necessariũ duco. Iam primũ igitur, culinã apparare loco subdiali conuenit, ciboſq; & potus in huiuscemodi loco struere. Si id fieri commodè nequit, secunda erit conditio hæc, apparandi apponendiq; sub tecto. Sed tum diligenter laquearia animaduertenda. Frèquenter enim à superioribus contabulamẽtis animalia decidunt, exigua quidẽ, sed quæ nõ modicã perniciẽ moliãtur, ut Phalangia, Stelliones, & alia quædam reptilia. Porrò uinaria uasa diligenter intueri oportet: Nanque reptilia odore uini illiciuntur, quæ interdũ sorbẽdo, noxiũ uirus eructarũt, interdũ uerò delapsa immersaq; expirarũt, & exitij causas, haurientibus attulerũt. Sed hæc hactenus dicta sint, ne cauti & prouidi insidijs pateãt. Quòd si qui sua sponte, aut quorundã insidijs sumpserunt, auxiliari primo quoque tempore oportebit. Siquidem dum comites singulorũ uenenorũ notæ expectãtur, immedicabile fit uenenũ, & paulisper neglectum, medicamẽtis ægrè cedit. Quare si qui pro comperto se uirus sumpsisse intelligant, & fateantur: aut eorũ qui aderãt, testimonio constet, protinus ad idonea remedia trãseuntes, facilè peculiar natiuæq; constitutioni restituemus. Neq; enim ijs assentimur, qu prorsus auxilia, in huiuscemodi, frustra adhiberi cõtendũt. Qu enim modo morbi, quorum causæ cæcæ, latentesq; corporibus in sidẽt, medicinã admittũt, & quæ forinsecus incurrũt Venena medẽdi rationẽ aspernãtur? Aequè uerò omnes morbi, pro cau sarũ ingruẽtiũ magnitudine, proq; antecedẽtibus adfectionibu qualitatibusq;, quibus sit opportunũ corpus, uel medicabiles sunt

uel ni

uel nullis cedũt medicamẽtis. Quod si qui forsan obmutescentes, aut temulenti, aut nolentes alioqui Venenum à se egeri, nullam nobis eius cognitionẽ præbeãt, tũ protinus accedendũ ad ea, quæ cõmuniter epotis qbuscũque Venenis, opitulari cõsueuerũt. Alioqui nullũ magis in omnia ualẽs auxiliũ dari potest, quã, ut proximo loco, Virus foras exhauriatur, priusquã inualescat. Quare sine mora, calidũ oleũ ex aqua, aut seorsum, ut uomitare cogãtur, dari conuenit. Aut si oleũ natura loci negat, butyrũ cũ aqua calida, aut Malua, aut Lini semine, aut Trago, Vrtica, Fœnogræco, aut Halicæ decocto, uicẽ eius exhibebit. Hæc enim nõ modo uomitionibus exigẽt, ui illa sua laxatrice, aut nauseã ciente, sed aluũ quoque subducẽt & corporũ inanitione, ita aduersabũtur, ut acrimonias Venenorũ hebetẽt. Id quod euidẽter huiuscemodi argumẽto deprehẽdere licet: Esto, ut quisquã uiua calce, uel fæce, aut Cãtharidibus, aut alio quouis acri, corpus exulcerare statuerit: is si ipsum oleo leniter illinat, exulceratione non accipiet. Atqui neque uehemẽter adstringi corpus, neque refrigerari poterit, si antea perũgatur. Quinetiã uomitus, nõ ob id modò quòd uacuet, & noxiũ humorẽ excernat, iuuamẽtũ adfert: sed quòd assumptũ Virus nonnũquã odore, coagulatis grumis, aut colore, prodat: Quippe cũ odore, & amaritudine, Meconiũ: colore, Cerusam, Gypsumue: grumis, lac, aut sanguinẽ, animalis recẽs iugulati, ostẽdat. Nã grauis odor regestorũ, Leporis marini, aut Rubetæ ueneficia deprehẽdit, ita ut nõnulla ab ijs remedia peti possint, ad idonea singulorũ auxilia trãseũtibus. Oleo etiã, Maluæ decoctũ admiscetur, aut Glauciũ, aut adeps anserinus, aut p̃guiũ carniũ iura, lixiuiũ lignorũ cinere factũ. Vbi uerò uomitus diligẽter citatus fuerit, ne quid in uẽtre coierit, quæ hæserũt intestinis reliquiæ, clystere acri deuocẽtur. Facit & Nitrũ tritũ, & cũ hydromelite sũptũ, uina uetera liberalius epota, gallinacea iura p̃p̃ĩgues pisces, uetustæ carnes pĩguesq;, & q adipe aut recẽti butyro parant: aluũ nãq; subducũt, uti diximus: Et stomachũ resolẽtia

proniorem ipsum ad uomitionẽ reddunt, & Venenorũ acrimo
nias hebetant: Atque meatus obstruentia, celerem uirium pe-
netrationem inhibent. Quinetiam medicamenta dantur, quæ
cõmuni dote prosunt: ut Lemnia terra, Agaricũ, Abrotonum,
Irio, radix Eringij semẽ Pastinacæ & calaminthæ, Nardũ Gal
licum, Castorium, Ferulæ uirentis medulla, flos Rhododendri,
succus Marrubij, Laser aut Laserpitium, Sagapenum, Peuce-
dani succus: aut panacis, & radix, quam Magudarim appella-
runt, Aristolochia longa, syluestris Rutæ semen, & Betonicæ,
quam Cestron nominant, folia. Singula cum uino, drachmæ põ-
do sumi debent. Effectum præbet Polij decoctum, & Seseli, &
liquida pix lincta. Magnificè ferunt opem antidota, quæ in cal-
ce scripta operis reliquimus. Communis ratio præstandi auxilij
ita se habet. Cæterum ab ijs, quæ consueuerunt euenire, com-
munia remedia sumptitari possunt. Ferè enim, uires Venenorum
quàm plurimorum, in affectus consimiles corpus tandem redi-
gunt. Quam ob causam plerisque communia conducunt auxi-
lia. Varia etenim sunt Venenorum genera: communes tamen,
nec multi, ijdem affectus oriuntur. Neque fieri potest, ut omnes
concurrentesq; casus, quæ symptomata uocant, unum Venenum
sequantur, alioquin superuacanea fuisset Venenorum singulo-
rum traditio, cum suis remedijs ab authoribus descripta. Nequ
uerò in uno eodemq; promptum est inuenire, ut quis stomachi
alui, intestinorum, iecoris, renum, & uesicæ dolore uehemente
crucietur, ut singultiat, erodatur, contremiscat, refrigeretur
obmutescat, cõuellatur, pulsus elanguescat, spiritus difficilis fia
ueterno prematur, uertigo obuersetur, caligent sensus, strãgul
tur, sitiat, sanguis erumpat, febre conflictetur, ægrè lotium red
dat, torminibus uexetur, crebrò uomitet, nausea prematur, ru
bescat, liuore sugilletur, pallescat, desipiat, stertat, uiribus defi
ciat: & pleraq; alia faciat, patiaturq;. Singula enim in genera

li

les affectus deducta, pauca numero, & communia, ea demonstrãt, quæ euenire cõsueuerũt. Quare in singulis quæ suprà diximus, non facilè fuerit deuoratum Virus cognoscere. Nam oris & linguæ erosio, stomachi uentris, uesicæ ac renum inflãmatio uehementis urinæ difficultas, & interdum cruoris cum eo exitus lancinatio, & in plurimis partibus quidam adustionis sensus, non in Cantharidibus modò potis reperiuntur, sed in Erucis quoq; Pinorũ, & Bupreste, & Salamandra. Porrò nõ modò eos qui Meconium hauserunt, ueterno aut sopore premi, stertere, liuore sugillari, torpere, refrigerari, stupescere, toto corpore pruritum sentire, sensu priuari constat, sed eos etiam qui mãdragorã aut Cicutam deuorarunt. Delirium non Hyosciamus tãtum infert, uerumetiam quæ Toxica appellantur. Itidẽ Aconitum, & Mel quod in Heraclea Pontica gignitur. Strangulatio non minus in Fungis, quàm in sanguine taurino, lacte, Aconito, Cerusa, gypso conspicitur. In summa, difficile unũ uni Veneno proprium inuenire signum, quod haustum gustatumq; Virus prodere possit: maximè, quod hæc cæterorum etiam uitiorum, quæ in corpore exoriuntur, communia sequi solent. Cæterùm in his quæ celeriter enecant, noxam signis forsitan indicare possis, si ad ea respexeris quæ sumus dicturi. Sed in ijs qui ad longas ægritudines spectant, nihil ad medendi rationem difficile, duntaxat quod pertineat ad indicia noxæ, ut potè cùm Venena, statim, atq; præsentaneam uim illam perdiderunt, transmutata in longos adfectus, communia reliquorũ uitiorũ remedia, cõpositionesq; flagitent, cũ Venefica ꝓprietas nõ amplius insit. Si uerò lõga sit affectio, in aliquod diuturnorũ morborũ genus recidet, à quibus facilè fuerit medẽdi rationẽ assumere. Sed de ijs quæ generaliter auxiliantur, hactenus. Cõsequẽter quæ priuatim singulis prosunt, scriptis mandabimus, si prius sigillatim exposuerimus: quæ ex singulis ordinibus exitialem aut ma

lesicam uim sortiuntur, ut medicinæ studiosi ea cautè obseruent, quæ ad rationem salutis scripta inueniuntur, quòd nonnulla eorum quibus utuntur, uenenis sint commista. Incuria enim magnas adfert noxas, & sæpe continuo usu eorum, homo in perniciem agitur. Proinde animalia quæ exitiosam uim habent, hæc sunt: Cantharides, Buprestis, Salamandra, Pinorum Erucæ, Lepus marinus, Tubera, & Rana palustris muta, deuoratæ Hirudines. Semina sunt: Hyoscyamus, Coriandrum, Cicuta, Gith, Psyllion. Liquamenta: Meconiũ, Opocarpason, Thapsiæ succus, Elaterium, Mãdragoras. Radices, quas mittit Chamæleo, Aconitum, Thapsia, Veratrum, Ixia, Agaricum nigrum, Ephemerum, quod aliqui Colchicum uocãt, quod in Colchide nascitur. Herbæ oleraq;: Smilax, quam aliqui Tithymalum appellant, Romani Taxum, solanum manicum, quod & Dorycnium dicitur: Sardinia herba, quæ Ranunculi genus est: corniculatum Papauer, Pharicum, Toxicũ, Ruta syluestris, Fungi. Ab animalibus taurinus sanguis recens, coagulatum lac, mel Heracleæ in Ponto genitum. Metalla, Gypsum, Cerusa, Calx, Auripigmentũ, duo Sandarachæ genera, spuma Argenti, Adarce, Plumbum, & quod Argentum uiuum dicitur. E liquoribus domesticis: uinũ abundè post balneas potũ, aut passum, et frigida aqua similiter.

VEnenum omne aut per os sumitur, aut vi extrinseca noxiam adfert. Quod per os sumitur, omni sua operatione cibo alimentari contrarium est. Nam cibus, in sanguinem cõuertitur: partes suas omnes, membris quæ priuatim nutrit, similes efficit, locum subit essentiæ, quæ iugiter in nobis resoluitur. Contra venenum: corpus & membra omnia in quæ subintrat: in sibi peculiarem venenatam naturam trasmutat, quouis loco sese indiderit, deperditam non supplet essentiam: sed eã quæ restat & integram, resoluit & corrumpit: haud aliter quam ignis, momento, omnem paleæ essentiam in se conuertit & conficit. Siquidem totius corporis coalitio, & consistentia veneno destruuntur. Porro venenũ omne trium est generum. Aut enim è plantis, aut ex animalibus, aut ex mineralibus. Vnumquodque eorum ab ea, quam cum cibo habet, differentia

rentia discernitur. Id in plantis videmus, Elleboro, Aconito, Napello, Cicuta, Sardonia herba, Nerio. In animalibus, Viperis, Aspidibus, Basiliscis, Lepore marino, Scorpione: Phalangio: Tarentola: rabidis animalibus: piscibus & carne tostis: & statim in escario vase: præclusa exhalatione: suffocatis: morticinis: à fulgure: aut à venenatis & rabidis animalibus occisis. In mineralibus Argento viuo, Arsenico: Sandaracha: Auripigmento: Magnete: & similibus. Venenatorum animalium morsus: ictus: sibilus: contactus: visus: mortifera. Morsu & transfixu occidunt, Aspides: rabidi canes: Scorpiones: Phalangij: Tarentolæ: Pastinacæ marinæ: & consimilia. Visu & sibilo Basiliscus. Est & quod contactu perimat: vt ex Auincennæ scriptis apparet: qui militem dicat: cũ lancea strenuè bestiam transfixisset, proserpente per hastile veneno, congelata primum manu, deinde & toto perfricto corpore: mortuum. Id peræquè nostri sæculi experientia claruit in Tridentino ciue. Venena etiam odoratu perimunt. Venenorum & venenatorum variant effectus, pro cæli & soli ratione: & quemadmodum sumentes icti aut percußi: in se totis: & in particularibus suis & affectibus & qualitatibus coaluerint: vtq; aut calida: aut frigida: aut sicca: aut humida fuerint. Calida duobus modis conficiunt. Aut enim sumpta per os: excalfaciunt & corrodunt ad ipsum cor: quod ex Euphorbio: & Veratro contingit: aut extrinsecus applicata: exædunt carnẽ: ad ossa vsque: quod in Lepore marino fit. Frigida duplici itidem ratione necant. Nam aut ex nimia sua frigiditate: stupidum ad eũ modum corpus reddunt, vt cor etiam ab eis congelascat, quæ Opij operatio est: aut anhelitum comprimunt: suffocant: & strãgulant, quod Plumbum vstum, & Fungi malefici conficiunt. Sicca dupliciter mortifera. Aut enim quæ in corde est, humidam sanguinis qualitatẽ absumunt: quod calx viua conficit: aut partes corporis ab inuicem segregant & dispertiuntur: ad integrã omnium membrorum separationem, & insectilem diuisionem: ad cor vsque: quod Risagalli proprium est (Id per sublimationem fit: æquis partibus ex Arsenico & Auripigmento) Humida: quãuis persuasum sit temperamentum nullum esse: quarti in humido excessus: eius tamen exemplo: cui (referente Gilberto Anglico) brachio à familiari quopiã (quò plus iustò dormientem excitaret) valentius peruulso: caro in terrã putrefacta cecidit: oßibus: interim: in totũ carne nudatis: extremæ humiditatis venenũ esse docebimur: qua naturà præditus serpẽs ille nocturnus fuit: qui miserãdũ illũ cõfecit. Dioscoridi, potus Salamãdræ puluis: idem operatur. Morsus item Ceneri serpentis. Quinetiam Argentum viuum: summa sua humiditate: naturalem non raro cordis humiditatem absumit: vt in eis liquidò conspicitur, qui

huius

huius vnctu vtuntur in morbum Gallicum percurandum. Atenim antidota totam hominis consistentiam, in bonam habitudinem alterant, vt venena in prauam & exitiosam. Sed præsumpta magis iuuant, quam si à lue contracta sumantur. Siquidem venena quædam, & occultis suis & manifestis qualitatibus nocent: haud aliter quam illorum quidã, vni membro, alij alteri noxia sunt, & non omnia priua sua operatione nocent cordi, itidem vt inter medicamenta, alia cor speciatim confortant, vt Crocum & Hyacinthus: alia cerebrum, & caput, vt Smaragdus, Stæchas, Betonica: alia stomachum, vt Corallium, Cinnamomum, Gingiber, & alia itidem, alia corporis membra. Smaragdus, Hyacinthus, Gagates, Sapphirus in tenuissimum puluerem moliti, à morte quidem, qui venena hauserunt, tuentur, quod natura cordi subueniant, sed si gestantur tantum, eadem vis non est. Arabes in venena valere scribunt, Castaneas, Mespila, Pistacia, Alium, Raphanum, Auellanas, optimam Theriacen. Cæterum quæ calidi excessus sunt venena, breui membra omnia interiora inflammant, feruentissimam sitim inducunt, flammeos oculos reddũt, maniam perpetuam, & continuum sudorem excitant. Quod si vltra illum caloris excessum, corrodant etiam & putrefaciant, vt est Arsenicum, Auripigmentum, & Risagallum, punctiones & dolores intolerandos, in stomacho & intestinis, cum totius corporis murmure procreant. Hæc accidentia sequuntur sæpenumerò vomitus, nauseæ, sudores modo frigidi, modo calidi, & variæ subindè colorum formæ. Quæ frigida sunt, profundissimum somnum inducunt, vt vix excitentur: Aliàs cerebrum ad eum stupefaciunt modum, vt ægri sexcentos extraneos motus inducant, nunc toto corpore, nunc oculis, nunc ore, nunc alijs mẽbris, vt simpliciter insanire, aut ebrij videantur. Ab his summum toto corpore frigus exoritur, sudoresq; frigidi, faciei color liuidus & horrificus, totius hominis stupor. E siccis venenis, ingens in lingua siccitas prouenit, sitisq;, quæ extingui non queat, guttur occupat, fit stipticum corpus, siccitas in omnibus membris, & longissimæ vigiliæ excitantur. Humida, sequuntur tandem profundissimi somni, corporis fluxus, luxantur iuncturæ, laxantur nerui, vt diductis aliquando oculorum musculis & neruis, foras exiliant à seipsis pensiles, nec rarò extrema corporis mẽbra putrefiunt. Quod verò ad victus & medendi, in genere rationem attinet, è Dioscoride patet. Antidotum tantum Matthioli, in omnia venena præstantissimum & iuxtà nobilissimum in medium producam, tum Quintam essentiam, quæ ex eo componitur, postremò Oleum, mirandæ in venena, maximè serpentium & animalium, virtutis. Porro Antidotum

tum

tum sic habet: Reubarbari, Ciperi, Quinquefolij, Tormentillæ, Aristolochiæ rotundæ, Pæoniæ, Reupontici veri, Radicis Valerianæ, Acori (Calamum aromaticum vocant) Inulæ, Costi, Iridis, Chamæleontis albi Singulorum. ʒ.3. Galangæ, Imperatoriæ, Dictamni albi, Angelicæ, Millefolij, Filipendulæ, Doronici, Zedoariæ, Zingiberis. Singulorum. ʒ.2. Agarici. ʒ.3. Seminis Cedri, Viticis, Iuniperi, Granisini, Fraxini, Acetosæ, Pastinacæ syluestris, Napi, Nigellæ, Pæoniæ, Basilici, Irionis, Thlaspi, fœniculi, Ammi Singulorum. ʒ.2. Baccarum lauri, Hederæ, Smilacis asperæ, Iubebarum, Singulorum. ʒ.1.ß. Frondium Scordij, Chamædryos, Chamæpytios, Centaureæ minoris, Stæchadis, Spicæ Celticæ, Calaminthæ, Rutæ, Menthæ, Betonicæ, Verbænæ, Scabiosæ, Cardui Benedicti, Milissæ, Singulorum. ʒ.1.ß. Dictamni Candiaci, ʒ.3. Maioranæ, Hyperici, Iunci odorati: Marrubij: Rutæ caprariæ: Sabinæ: Pimpinellæ: Singulorum. ʒ.2. Ficuum siccorum, Nucis communis: Pistatiorum Singulorum. ℥.3. Myrabalanorum embellicorum: ʒ.4. Florum cordialium: Rosarum: Lauandulæ: Saluiæ: Rorismarini. Singulorum. ℈.4. Croci. ʒ.3. Casiæ odoratæ (Cinnamomum hodie vocant) ʒ.10. Caryophyllorum: Nucis muschatæ: Macis Singulorum. ʒ.1.ß. Piperis nigri: Piperis longi: Santalorum omnium: ligni Aloes: Singulorum ʒ.1.ß. Cornu Cerui crudi. ʒ.4. Vnicornis. ʒ.1. Ossis cordis Ceruini: Scrobis Eboris: Virgæ Cerui, Castorij: Singulorum. ℈.4. Terræ Lemniæ. ʒ.3. Opij. ʒ.1.ß. Margaritarum Orientalium: fragmentorum Smaragdi, hyacinthi: Coralli rubri. ʒ.1.ß. Camphoræ. ʒ.2. Mastichis: Thuris: Styracis: Gummi Arabici: resinæ Terebinthinæ: Sagapeni: Opopanacis: Laserpitij. Singulorum. ʒ.1.ß. Muschi odorati: Ambræ grisæ. Singulorum. ʒ.1. Olei Vitrioli. ʒ.4. Specierum cordialium temperatarum: Diamargariti: Diamuschi: Diambræ: Electuarij gemmarum: Trochiscorum Camphoræ: Viperæ: Scillæ: Singulorum. ʒ.2.ß. Succi Acetosæ: Cicerbitæ: Scordij: Echij: Boraginis: Melissæ. Singulorum. lib.ß. Hypocistidis, ʒ.2. Theriacæ electæ: Mithridati optimi. Singulorum. ℥.6. Vini veteris odoriferi: lib.3. Sacchari de Medera: aut selectissimi Mellis, lib. octo & dimidia. Omnibus his perquisitis & delectis vt quæ diligentissimè: artificio fiat electuarium: eo quo Theriaca & Mithridatum componuntur modo. Antidotum hoc, diuina quapiā operatione in venena confert quæ per os sumuntur: in mortiferos animalium morsus: & in pestem mirandè operatur, & præcipuè ad præseruandos sanos. Quod si cui in animo fuerit: vt præsentaneè operetur: sic agat. Assumpta libra vna superioris Antidoti, vna Syrupi corticum Citri: & quinque Aquæ vitis, cum electissimo vino confectæ, & toties

alambicatæ. vt Quintæ essentiæ speciem inducat, omnia hæc in vas vitreum indantur, capacitatis à rebus iniectis duplæ, obturatoq; sedulò ore, summa dexteritate aqua cum electuario tandiu in vase agitetur, donec totum id corpus simul confundatur, ac tum in mensem integrũ vas seponetur, agitando tamen binis in ebdomada diebus, vt anteà dictum est. Qui fiet vt electuarium perfacilè fundum petat, & exacto tempore, colorata aqua electuario supereminens inuenietur, vi illius omni in se contracta. Tum aperto vase, in vas aliud limpida aqua paulatim effundetur, cuius os cum cera & membrana accuratè obturabitur. Alioqui diei spacio apertum, omnis in fumum euanescet. Habet hæc aqua intantum virium, vt quattuor drachmarum pondere cum pari vini quantitate, aut cum stillaticia qualibet aqua, quæ huic negocio conueniat, aut per se sumpta, à demorso aut icto à summè venenato animali (quãtumuis nihil sentiat aut loquatur) ægrum à longo velut somno ingenti spectantium admiratione, suscitabit, ac vomitu ingentem infectorum humorum copiam educet. Siquidem momento in omnes corporis venas permeat, adeò subtilis, efficax, & peruadens est. Valet & in alios morbos, quà prudens medicorum doctrina censebit. Porrò Oleo miscendo, istiusmodi temperamentum obseruabitur. Sub ineuntem mensem Maium, sumentur Olei communis centum annorum, aut si minus sui sæculi vetustissimi, lib. 3. Hyperici recentis in herba, M. 3. Oleum in vas vitreũ indetur, duplæ à contento capacitatis, in hanc Hypericum infundetur, paulũ anteà contusum, tum opertum vas medium in subtilissimam arenã condetur, loco aprico & diem totum insolato, ac inibi sinetur ad decem aut duodecim dies, hisq; transactis in Mariæ balneum ad viginti quattuor horas immittetur, quibus transactis oleum ab aqua exprimetur. Hoc facto, sumetur Hyperici, Chamædryos, Calaminthæ, Cardui benedicti, Singulorum Manipulum vnum. Tundantur, infundantur, & immittantur in balneum continuo triduo, extrahantur postea, colẽtur, & vt dictum est, exprimãtur. Sumantur dein florum Hyperici manipuli tres hij à caulibus probè repurgati, & tusi infundantur in iam dictum oleũ ac in idem balneum triduo continuo reponantur, posteà extrahantur exprimantur, vt primum, ad eũque modum ter aut quater fiet florum repetita infusio, quousque oleum rubidum euadat, vt sanguis. Hoc facto sumatur ex Hyperico quod iam defloruit, sublatisque à cyma granis illis viridibus, quæ Hordei granis similia, grana in se continent, manipuli ex eis tres conferti efficiendi, queis tusis & vino albo aliquantum suffusis, in oleum prædictum infunduntur, & cum assueto vase insolanda

sep

sepeliuntur in arena diebus octo continuis, & ab his tridui spacio in balneum immittuntur, post colantur, & exprimuntur, vt primum dictum est, tertium vel quartum reiterata simili cum dicto semine infusione, ad integrè imbutum colorem qui sanguineus est obscurus. Ab hoc sumenda, Scordij recentis, Calaminthæ Centaurij minoris, Cardui benedicti, Verbenacæ, Dictamni Candiaci, singulorum medium Manipulum. Tundantur, infundantur, immittantur in balneum per biduum continuum, dein colentur, & exprimantur vt supra. Post sumenda Zedoariæ, radicis Dictamni albi, Gentianæ, Tormentillæ, Aristolochiæ rotundæ. Singulorum. ℨ.3. Scordij recentis Manipulum vnum. Tundantur, infundantur, immittantur in balneum per triduum continuum, colentur, & exprimantur. Infundantur denuò Styracis Calamitæ, Belgoini (Laserpitium Græci vocant) singulorum. ℨ.6. Baccarum Iuniperi. ℨ.4. Nigellæ, ℨ.3. Casiæ odoratæ. ℨ.9. Santali albi. ℨ.4. Squinanthi, Cyperi, Singulorum. ℨ.1. ß. Tundantur, infundantur, per triduum continuum in balneum immittantur, colentur, exprimantur, quo dictum est modo. Ab his sumantur trecenti scorpiones viui, diebus canicularibus collecti, calido cineri in vase vitreo superponantur, & cum è calore sudarint & contraxerint sese, superinijce omne iam dictum oleum, calidum, præcauendū tamen ne nimio calore vas disrūpatur, & confestim obturato vasis ore, in balneum per triduum continuum immittatur, coletur, exprimatur, proijciantur scorpiones cocti, ac iteratò in oleum infundantur, Rheubarbari selectißimi, Myrrhæ cōmunis, Aloës hepaticæ, Singulorum. ℨ.3. Spicæ Nardi. ℨ.2. Croci. ℨ.1. Theriacæ electæ, Mithridati perfecti. Singulorum. ℥. ß. Tundantur, infundantur, in balneum immittantur per continuum triduum, demum non colando deinceps, asseruetur ac si esset Balsamum, nimirum mirandi in venena remedij. Antidota Mithridatium, è Stinco, & è Sanguine, ideò non ascripsimus, tum quòd è Galeno pateat, tum quod quorundam & eorum selectißimorum simplicium penuria, exactè conficiendorum viam præcluserit, doctorumque in medicina hominum diligens industria ad nostri sæculi cautionem, modū, sympathian, & naturalem nexum attemperare poterit. Cæterum noscitandi veneni in genere, præcauendi, ferendique auxilij rationem, satisque superque hæc Dioscoridis præfatio indicat. Proinde ad particularia prodeundum.

Cantharydes. CAP. I.

NOMENCLATVRA.

Græ. κανθαρίδες. Lat. Cantharides.
Ita. Cantarelle.

QVibus datæ sunt Cantharides, signa eueniunt grauißima. Ab ore enim ad uesicam usque cuncta erodi sentiũtur. Picem, aut simile quiddam cedriæ resipiunt. Dextra præcordia inflammantur. Vrinam ægrè reddunt, & subinde cum lotio sanguinem emittunt. Strigmenta non secus atque dysentericis, aluo deferuntur. Fastidia urgent, animo linquũtur, abortaq; uertigine concidunt. Postremò mente abalienantur. Ergo anteaquàm tale nõnihil accidat, dato oleo, aut supradictorum aliquo, uomere cogantur. Mox ubi uomitione plurima reiecerunt, Halicæ aut Orizæ, Tragi aut Ptisanæ cremor, ad decoctum Maluæ, aut seminis Lini, aut Fœnigræci, aut radicum Althææ, quã Latinus sermo Ibiscum appellat, clystere infundatur. Præterea Nitrũ eisdem dandum, ex hydromelite, ut quæ stomacho adhuc aut intestinis adhærent, eluendo excernantur, ac descendant. Quæ nisi sic discutiantur, ingesta in aluum ex Nitro aqua mulsa, uacuari debent. Detur deinde uinum aut passum, in quo pineoli nuclei, aut Cucumeris semina contrita sint, aut ex lacte, aut mulsa, aut anserinus adeps in passo liquefactus. Inflammatæ aũt partes, Hordei farina cum mulsa decocta perungantur. Ab initio admota cataplasmata nocent, quòd citatus ab eis calor, illapsum uirus ita remoratur, ut in principes se parteis insinuet. Ipsa tamen interiecto tempore, molestißimis inflammationibus opitulãtur, utpote quæ dolores & permulceant & leniant. Tum ubi corpus calfaciente oleo inunctum fuerit, in solium descendere oportet, ac lauare, ut per cutem summam, quæ corpori noxia inhæserunt, etiam excernantur, & deiectiones multifariã moliri opor-

tet

tet, ne affectus infigatur, & stabilitatem capessat. Gallinaceis carnibus & hœdinis, aut suillis catulis maximè pinguibus & tenerrimis, ac cum Lini semine coctis uesci debent: siquidem aluum cient, atque uenenorum acrimonias hebetant. Vinum dulce liberalius ebibatur. Prodest Thuris cortex, & Samia terra, quæ Aster appellatur, si quaternæ singulorum drachmæ cum passo sumantur. Item Pulegium ex aqua tritum. Irinum aut rosaceum, cum Rutæ decocto. Recentes uitis ramuli, cum passo detriti. Longè omnium potentissimè antidota auxiliantur, cum aqua mulsa, drachmis quatuor pota.

Pinorum Erucæ. CAP. II.

NOMENCLATVRA.

Græ. πιτυοκάμπαι. *La. Pinorum Erucæ.*
Ita. Brucho de pino.

IIs qui Erucas pinorum hauserunt, illico dolor in ore & palato exoritur. Vehemens alui linguæ ac stomachi inflammatio torquet. Intestina dolor excruciat, ita ut pruriginem sentire uideantur. Corpus totum exæstuat, fastidium urget. Quibus est succurendum remedijs, quæ deuoratis Cantharidibus dantur. Peculiariter tamen pro simplici oleo & Irino, Melinum, quod è Cotoneis pomis & oleo temperatur, accipiemus.

Buprestis. CAP. III.

NOMENCLATVRA.

Græ. βούπρηστις. *Lat. Buprestis.*
Ita. Bupresto.

QVi Buprestin biberunt, non dissimile Nitro uirus sapiunt. Stomachi uentrisq; uehemens dolor insequitur. Tam uenter quàm stomachus mirum in modum, ut in aqua inter cutem, difflatus inturgescit. Vniuersa corporis facies contunditur, urina supprimitur. Quibus eadem quæ potis Cantharidi-

bus auxiliãtur. Priuatim post uomitus & uacutaiones, quas cly
steribus molimur, aridæ ficus prosunt. Item earum decoctum, ex
uino. Vbi uerò iã ferè pericula inclinãtur, Thebaicarũ palmula
rũ cibo, aut earũdẽ tritarũ, in mulso, aut lactis potu, iuuãtur. Py
rorũ etiamnũ omne genus esse, & lac humanũ bibere cõuenit.

CAntharides, quòd excalfacientium quarti, & desiccantium secundi
sunt ordinis, venenatæ, exulceratricis, & erodentis sunt naturæ. In
speciem vrinæ nocent, & vrinarijs meatibus. Nec tantum cum per os su
muntur, sed etiam extrinsecus, partibus vesicæ propinquis in vesicarijs
(sic nominant) vt in scyatica, applicatæ. Et quod ad primum accidentiũ
attinet, quo perpetuam ab ore ad vesicam erosionem pariant, id eò fit,
quod exulceratrices sint & venenatæ, qua vi malignante, exulcerant,
pustulas inducũt, quacunque permeant, erosionem suscitant, qua san-
guinem erosis venis vrina reddit, & subindè abscessus in virga testicu-
lis, imo ventre, vesicæ collo, subnascuntur, ac ex eo vrina difficulter, nec
nisi guttatim redditur, tormento & dolore non tolerãdo. Cedriæ odor,
ex adustis, in stomacho & iocinore nimia caliditate, humoribus, proue-
nit. quorum confusio saporem primum, dein gustum & odoratum infi-
cit. Dextræ præcordiorum partis imflammatio, inde oritur quod in ie-
cur, non in lienem operentur. Dysenterici affectus oboriuntur, quod è sto
macho in intestina prolabentes, quacunque permeant, exulcerant, & e-
rodunt. Fastidia & animi deliquia pariunt. Dolor, ardor, intoleranda
inflammatio, quæ facultate in eis venenata prodeunt, resoluto fiũt, &
infecto vitali spiritu, & proindè vi cordis dilapsa. Vertigo & menti
abalienatio, ex venenatorum humorum abundantia, quorum fumus
dissolutis inferioribus membris, cerebrum inscendit, eoque pacto sensus
intellectum, & rationem inficiunt. Iam è præfatione didicimus elicien
dum (venenatorum in genus remedio) vomitum, & acri clystere dete
ctionem moliendam, queis venenum è corpore elicitum, expeditiorem a
cidentium medicandi vim proferat. Porro exterioribus membris & ma
ximè vesicæ, exulceratis, inflammatis, & erosis, prosunt frigida, viscosa
& vnctuosa. Frigida inflammationes restingunt, & dolores sedãt. Vn
ctuosa, veneni acrimoniam obtundunt. Viscosa, quod interaneis agglu
tinentur, non remediorum tantum virtutem in locis affectis cohibent
quin & tuentur membra, in quæ nondum vis veneni penetrauit. Ho
in negocio lac humanum ex ipsis mammis suctum probatur, butyrum r
bicens deglutitũ Mucilagines seminis Psyllij, mali Cotonei, & Maluæ
Syrupi, Violatus, Nenupharinus, Papaueriuus. Succi, Portulacæ, Cucu
bitæ

tæ, Lactucæ, Citrij, Stacles, Papauerini seminis, Melonij, Citrini, Cucurbertini, lactucæ extracti cum aqua Violarũ, radicisúe Althææ aut Halicacabi. Huius itidem semina, numero decem aut duodecim, deuorata, præsentaneum remedium asseruntur, tantum si primum in aqua Portulacæ, aut Hordei macerentur. Oleum Amygdalarum dulcium potum dimidiæ libræ pondere. Eo potentius Oleum è Strobilis recentibus: potẽtissimum, si duobus his permistis, conficiatur. Nam hoc posterius præter innatam crassitiem, speciatim inflãmationes, & veneni acrimoniã reprimit, dolorem omnem acutum sedat. Aquæ radicis Altheæ, florum Maluæ, Cucurbitæ, confectæ in balneo, vi propria vrinæ ardorem infrenant, & interiores inflammationes tollunt. Dysentericis affectibus medicantur iura crassa, sænum hyrci & cerui, in clysterem immissa, pari ratione oleum Omphacinum, elotum cum aqua Plantaginis, aut Portulacæ. Atenim Cordiales & Theriacales medicinæ, per os sumptæ, fumo cerebrum inscendenti medicantur, siquidem sua vi humorum putrefactionem cohibent, ad eũque modum succi & emplastra frigida, commissuræ capitis, quem coronalem vocant, & fronti applicata. Extrinsecus vero, pecten inungere oportet, testiculos, virgam, si quã inflammatione vexentur, Nempe Rosaceo & Omphacino Oleis, Violato & Nenupharino, illoque qui è fructibus conficitur, quos Itali, Balsamini, & Caranzi vocant. Prodest etiam cum syringa per virgæ canalem immittere ouorum albugines multum ante rudicula agitatas cum supradictis oleis, aut cum eo qui è semine Papaueris exprimitur, aut cum succo Portulacæ, aut Sẽpernivi, aut lactucæ. Iuuat etiã ægrũ immittere in balneũ decoctionis radicũ Althææ, foliorũ Maluæ, florũ Violarũ, seminis mali Cotonei, Psyllij, Fœnigræci, Hordei, frondiũ Iusquiami, huicque per tres horas insideat. Cæterũ quò penitus malũ id eradicetur, læsisque mẽbris pristinũ robur & natiuus vigor subinsinuẽt sese, hoc electuario vtemur. Strobilorũ emũdatorũ li. 3. Nucis Indicæ recẽtis, ℥. 2. Pistaciorũ, ℥. ß. Sẽinis Melonis, Cucurbitæ, Citrij, Cucumeris, Papaueris, Maluæ. Singulorũ, ʒ. 4. corticis Thuris, ʒ. 3. Margaritarũ, Coralij, Sãtali albi. Singulorũ, ʒ. 1. ß. Sicci liquiritiæ, ʒ. 2. Baccarũ Iuniperi, ʒ. 1. Gũmi Arabici, ℥. ß. Terræ Lẽniæ, ʒ. 6. Succi halicacabi, Portulacæ. Singulorũ, ℥. 6. infusionis Violarũ, ℥. 8. Mucilaginis seminis Cotonei, cũ aqua Violarũ cõfecti, ℥. 4. Sirupi Violati, Nenupharini, Papauerini. Singulorũ, ℥. 10. Ex hisomnibus fiat electuariũ artificio diligẽti & probato. Eo cũ lacte muliebri Asinino, aut Caprino dissoluto, in longum tempus æger vtetur, bis quotidiè, vnciæ in singularem vsum pondere. Pinorum & Buprestium venena, ijsdem quibus Canthari des, remedijs curantur.

Salamandra. CAP. IIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. σαλαμάνδρα. *Lat. & Ita. Salamandra.*

SI Salamandram hauserunt, linquæ inflammatio consequitur. Mens & sermo præpeditur. Tremor cum torpore, aut horrore quodam ac exolutione accedit. Partes nonnullæ corporis liuoribus circunquaque sugillantur: sæpeq́, diutius immorāte ueneno, putrescentes defluunt. Quibus præstabimus cuncta, quæ potis Cātharidibus. Peculiaria uerò remedia, resina Pinus, aut Galbanum ex Melle linctum, & Aiugæ decoctum, in quo nu clei Pinei conterantur: Vrticæ quoque folia, cum Lilijs & oleo decocta. Prosunt etiam oua Testudinis marinæ aut terrestris, co cta: item Ranarum ius, cum quibus Eryngæ radix incocta sit.

SAlamandra cibo morsu, saliua, spuma, muco quod ei è toto corpore resudat, conficit. Siquidem & totæ emortuæ familiæ, quæ panem es tarint furuo incoctum, qui lignis ea infectis concaluisset. Aetio *Salamā dra, præter* Dioscoridis *signa, candidis maculis totum corpus inspergit quæ breui rubent, & demum nigræ, integrum hominem deglabrant. Quod vero* Dioscorides *eadem facit* Salamandræ *(quæ frigidissima & humidissima est) cum* Cantharidibus*, (quæ calidissimæ & siccæ sunt medicandi remedia, de generalibus intelligendum :* Nempè de eliciendo *è stomacho & intestinis, per vomitum, & acrem clysteram, veneno, d* Theriaca, Mithridatio*, alijsque antidotis, quæ cor à lue illa tuentur. Quin & generalis methodus in capite primo tradenda fuit, ne eaden traditio, singulatim tradita, fastidium pareret.* Auicēna *in* Salaman*dram &* Opium*(nam eiusdem temperamenti sunt) præter supradicta laudat resinam* Terebinthinam, Styracem, *Cupressi frondes, &* Vrtic*semen. Incedunt* Salamandræ *in* Germania*, via, per syluas paludosas publica, superiori parte in* Oloserici *formam nigræ, inferiori rubræ, quē admodum in quibusdam* Italiæ *lacubus* Stinci *visuntur, parui & ni gri, ab his admodum diuersi, qui ex* Alexandria *afferuntur, & lacer tæ in* Arabia *cubitum longæ, & in* Indiæ *monte* Nisa*, diuersicolores, v ginti quattuor pedum longitudine.* Et *in* Fortunatarum *insulis, ea quam* Caprariam *vocant, ingenti magnitudine & copia visuntur.*

Ephem

Ephemerum. CAP. V.

NOMENCLATVRA.

Græ. ἐφήμερον. *La.* Ephemerum. *Ita.* Ephemero.

Sumpto Ephemero, quod aliqui Colchicon, aut syluestrem Bulbum appellant, pruritus in toto corpore excitatur, non secus atque ijs qui Vrtica aut Scilla lacessuntur. Interna rosionẽ sentiunt. Stomachus cum ingenti grauitate exæstuat. Cæterùm inualescente morbo, cruor strigmentis admistus, per aluum exigitur. Quibus, ut ijs qui Salamandram hauserũt, uomitione aut clysteribus auxiliari conueniet. Sed antea quàm uenenum inualescat, dandum est decoctum frondium Quercus, aut glandiũ, aut Malicorij. Lac bibere prodest, in quo Serpyllum sit decoctũ. Item succum Sanguinalis herbæ, aut ramorum uitis, aut Rubi, aut medullæ recentis Ferulæ, aut Myrticum uino: Baccæ autem Myrti tusæ tritæq́, & aqua maceratæ, ut liquor inde sumatur, opem ferunt. Media Castanearum tunicula, similem effectum præbet, si cruda in aliquo suprà dictorum succo sumptitetur. Origanum quoque cum lixiuio epotum. Eximiè iuuantur asinini lactis aut bubuli calidi potu, etiam si in ore contineant: ita ut quibus copia lactis huius adsit, non aliud desideretur.

Ephemeri remedia planè describit Dioscorides. Post vomitus itaque & clysteres, descriptis particularibus vtendum, maximè asinino & vaccino lacte, generalibusque quæ iam tradita sunt antidotis.

Dorycnium. CAP. VI.

NOMENCLATVRA.

Græ. δορύκνιον. *Lat.* Dorycnium.
Ita. Doricnio.

Dorycnion, quod aliqui manicon Solanum appellarunt, epotum, lactis saporem in gustu refert: continentes sin-

gultus ciet, humor linguam uexat, sanguis confertim reijcitur. Mucosa quædam perinde quasi dysentericis, aluo egeruntur. Itaque antequam aliquid ex ijs eueniat, auxilio sunt antedicta, uomitus, clyster, & quæcunque potum uenenum expellere possunt. Priuatim ijs opitulatur aqua mulsa, lac caprillum, aut asininum, dulce uinum, quod tepidum cum Aniso bibatur, Amygdalæ amaræ, gallinacea pectora decocta. quinetiam Conchylia omnia tam cruda quàm tosta esse salutare est. Conueniunt & Locustæ marinæ, & Gammari, & pota eorundem inscula.

Ephemeri remedia planè describit Dioscorides. Post vomitus itaque & clysteres, descriptis particularibus vtendum, maximè asinino & vaccino lacte, generalibusque quæ iam tradita sunt antidotis.

Aconitum. CAP. VII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ἀκόνιτον. Lat. Aconitum. Ita. Aconito.

Aconitum statim in lingua inter bibendum, cũ astrictione quadam dulcescit, & subinde, potissimùm cùm exurgere conantur, uertigines offendit. Lachrymas ciet. Grauitatem pectori, & præcordijs adfert, simulq; crebri spiritus deflantur. Quare Venenum uomitione abigi, aut clystere per aluum eger[...] opus est. Vtimur inter propinandum, Origano, Ruta, Marrubio uel Absinthij decocto, cum uino Absinthite, uel Semperuiuo uel Abrotono, uel Chamelæa, aut Aiuga. Prodest etiamnun[...] Opobalsami drachma, cum Melle aut lacte, cum Castorio, Pip[...] re, & Ruta, æquis ponderibus ex uno. Coagulũ hœdi, leporis aut hinnuli, cũ aceto. Ferri quoque stercus, item uinum in qu[...] aurum, ferrum, argentúmue candens restinguatur, potum. Lix[...] uiaq; cum gallina & uino decocta, aut carnium bubularun[...] præpinguium iura, cum uino sumpta. Fertur & Aiuga priuatim ipsis subuenire.

Acon[...]

Aconiti, Pardaliâches, Licoctonos, & Cinoctonos speciè diuersa, idē tamē in genere remediū expostulant. Aetio præter Dioscoridem in signis, Potum Aconitū à dulcore & aspretudine, amaror pariter in lingua sensus oboritur, astringuntur posteà maxillæ, subsequuntur morsus & erosiones stomachi, hisque si non contestim succurratur, caliginosi fiunt oculi & sanguinei, tremores, inflationesque, hydropicis similes, toto corpore excitantur. Medicandi ratio in Dioscoride perbellè tradita. Præter hanc Petrus Abanus remedium proponit, Terram sigillatam, dragmarum duarum pondere, aquæ calidæ impotam, dein curandum vt æger vomat. A vomitu, Theriacum drachmarum duarum pondere bibendum in vino, cui Gentianæ radix incoxerit. Atque adeò Aconiti præcipuum esse antidotum, longæ Aristolochiæ radicem.

Mel Heracliæ. CAP. VIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. μέλι τὸ ἐν ἡρακλείᾳ. Lat. Mel Heracliæ.
Ita. Mele heracliotico.

Mel in Heraclia Ponti ubi Aconitum gigni solet, inuenitur, quod qui edunt, bibùntue, non secus affligantur, quàm qui Aconitum ebiberunt. Iis eadem quæ poto Aconito conueniunt. Adiuuantur in primis continuo uini mulsi potu, cui Rutæ folia sint adiecta.

Mel Heracliæ ad nos hodie nō affertur, & eo proinde medicādo curæ minimum impendendum, maximèque quòd eandem cum Aconito venenatam naturam sortiatur.

Coriandrum. CAP. IX.

Græ. κόριον. Lat. Coriandrum.
Ita. Coriandro.

Coriandrum ob odorem latere non potest. Epotum autem uocem exasperat. Insaniam adfert, à temulentijs non abhorrentem. Qui sumpserunt, pudenda dictu blaterant, totiusq; corporis odore, uenenum fatentur. Quibus post uomitionem Irino oleo concitatam, uti retulimus, merum & per sese, & ex Absinthio potum, auxiliatur, itē oleum. Nec secus oua in eodē

exinanita, si liquefacta in muria sorbeantur. Et epota muria, & ius salsum ex gallina & ansere. Passum quoque cum lixiuia sumptum.

ARabum sectarij, magno errore, & à Dioscoridis opinione diuerso Coriandri semen Sacchato conditum, ad inhibendum vaporum in cerebrum inscenssum, idq; roborandum, deludi cupidis, miserando de lectu obtrudunt. Siquidem nec sicco semini, viridis vires depereunt, quod in Papauerino, Iusquiamio, & Cicutæ semine videre licet: nec itidem præparandi modus cum aceto Coriandri seminis virtutem euertat. acrimoniæ quidem aliquantū & malignitatis deponūt, cum suam ipsorum immutare naturam nō queant. Præter Dioscoridis præscripta, Theriaca cum vino optimo epota prodest, estque huius antidotum, cognitum & vulgare, Vincetoxicum: Ad raucedinem, gargarizatus pro prij, & pectori proficua. Ad cerebri læsionem, species Diamuschi, Diambræ, aliáque capitalia, cordique conuenientia.

Psyllium. CAP. X.

NOMENCLATVRA.

Gr. ψύλλιον. Lat. Psyllium. Ital. Psillio.

PSyllion epotum, corpori toti frigus & torporem cū exolutione & mœrore quodam affert, ita ut animum despōdeant, Cui omnia quæ ex hausto coriano auxiliantur.

PRæter Dioscoridis in psyllio indicia, fit anhelitus compreßior, & corpus in tumescit, ab his tanta cordis anxietas, vt non rarò sudori frigido ægri commoriantur. Eadem quæ in Coriando medicandi ratio.

Cicuta. CAP. XI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Κώνειον. Lat. & Ital. Cicuta.

CIcuta pota uertiginem excitat, oculisq; caliginem offundit, ita ut ne minimum cernatur. Singultus ciet. Mentem turbat. Extremi artus gelantur. Denique conuulsi, suppresso arteriæ spiritu, strangulatur. Quare inter initia, uti in reliquis, Cicutam uomitu excutiemus, Postmodnm deiectionem moliemur

ut quod

ut quod ad intestina prolapsum sit, excernamus. Tum demum in meracam potionem, quæ maximo est auxilio, deueniemus. Repetendum per interualla: in quibus proderit lac asininum, aut bubulũ potui datũ, aut Absinthium cum Pipere & uino, castorio, Ruta, Mẽtha cum uino, aut Amomi, Cardamomi, aut Styracis uncia, aut Piperis cum semine Vrticæ & uino, aut Lauri folia. Item Laser ex oleo & passo, & passum per sese largius potum proficit.

Petrus Abanus laudat in Cicutam Theriacam sumptam ad dragmarum duarum pondus, epotámque in Dictamni decoctione, aut in vino, in decoctione paris ponderis Gentianæ.

Taxus. CAP. XII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Σμίλαξ. Lat. Smilax. Ital. Tasso.

Smilax, à quibusdam Tithymalum, à Latinis Taxus appellatur: frigus uniuerso corpori, strangulatus, & celerem interitum infert. Cui eadem quæ Cicutæ conueniunt.

Dioscorides Taxum cum Cicuta temperamento counit, nempè quæ eisdem remedijs curentur. at obstat frondium & corticis Taxi amaritudo, perpetuo virore frondescit, pinorum & abietum in morem ad quæ plurimum accedit. Tum baccarum in gustu is dulcor & acrimonia, vt aues ab eius esu nigrescant, proculdubio ostendit, Taxum calidi esse excessus. Idque conspicium est qui Taxi fructus ederint, ob spirituũ & sanguinis inflammationem, in febres & ventris profluuia decidere Quod sanè ex putrefactione prodire non potest, quemadmodum his accidit qui æstiuos aut autumnales fructus auidius esitarint. Porrò auiũ illa in nigrorem transmutatio, adustionem, vt in æthiopibus, designat, non frigus: quod proculdubio, nisi mortificatis membris, nigrorẽ nõ pareret. Hæc cũ Matthiolo, academica disputatiõe alijs excutiẽdũ relinquo

Carpasi succus. CAP. XIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. Οπὸς καρπάσου. Lat. Carpasi succus. Ital. Succhio del Carpaso.

EPotus Carpasi succus soporem, citamq́; strangulationem adducit. Adiuuantur autem qui hauserunt, epotæ Cicutæ remedijs.

CArpasus Galeno, mortiferum venenum, vnde & Opocarpasus, quo de hic agit Dioscorides, vtrũq; tamen nobis incognitum, & eapropter nil remedio opus.

Sardonia herba. CAP. XIIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. σαρδόνιος ποα. Lat. & Ita. Sardonia herba.

SArdonia Ranunculi herbæ generi aßignatur, quæ uescentibus mentem adimit, & quadam neruorum distentione labia in rictum contrahit, ut risus speciem præbeant: à qua quidē affectione, de Sardinio risu adagium, in uulgus infausto omine manauit. Post uomitum peculiariter conuenit, aqua mulsa & lac, liberalius epota, irrigatio, perunctioq́; à pinguibus medicamentis, totum corpus excalfacientibus. In calidam aquam, oleumq́; descendant. Sed tum multum perfricare & inungere expedit. Et in summa, curam omnem, quæ conuulsioni neruorū adhibetur, exequi oportet.

PEtro Abano Apij risus, seu Sardoniæ herbæ medicandæ ratio sic initur. Vinum dulce & potens ægro, ad ebrietatem, bibendum offertur, quo prolixius dormiat. Porrò verum & singulare Sardoniæ herbæ antidotum, Melissa in aceto epota. Quod ad neruorum in rictu (risum appellant) distentionem attinet, balneum recens, lignea in totum materia, paratum prodest, cum simplicium decoctione, quæ excalfacientium & desiccantium sunt claßis, & quæ priua facultate neruos & confortent & refocillent. Hæc istiusmodi sunt, Stœchas, Hyssopum, Saluia, Ruta, Betonica, Hypericum, Chamæpytis, Mariolana, Origanum, Calamintum, Pulegium, Dictamnum Candiacum, Camomilla, Thymbra, Acorus, Spica Celtica & Syriaca, Asarum, Valeriana, Cyperus, Rosmarinus. Vngenda etiam est posterior pars capitis & nucha (Latinis est occiput) cum Liliorum oleo, è Castoreo, è lumbricis, è Costo, ex Hyperico, Vulpe: cum vnguento Arragonio, Agrippio, & similibus.

Hyoſcyamus. CAP. XV.

NOMENCLATVRA.

Græ. υοσκύαμος. Lat. Hyoſcyamus.

Ita. Hioſciamo.

HYoſcyamum potum aut comeſum, ſimilem ebrijs abalienationem mouet, ſed facilè medicamentis cedit. Auxiliatur aqua mulſa copioſè data, lacq́; præſertim aſininum. Si id deſideratur, caprillum, uel bubulum, uel aridarum ficuum decoctum. Faciunt ad id etiam nuclei pinei, aut Cucumis ſemen ex paſſo ſumptum, & uinum ſalſum cum adipe ſuillo recenti, paſſoq́; itidem Vrticæ ſemen, aut Nitrum ex aqua, & Intubus erraticus, & Sinapis, & Naſturtium, Radix, Cepa, & Alliũ. Et hæc ſingula cum uino ſumantur: poſtea ſinendi quieſcere, quemadmodum qui uinum biberunt, ut excoquant.

PRæter Dioſcoridis *ſigna ex* Aetio, *ab epoto, manducatóve* Hyoſcyamo, *ſequitur membrorum eroſio, cordis debilitas, oculorum rubor, pruritus & totius corporis tremor, ſeſe lancinant ægri, ac præ dolore pulſatos arbitrantur, ſiquidem emolleſcunt iuncturæ, lingua in abſceſſus tranſit, ſpumat os, comprimitur anhelitus, hæcq; ab* Hyoſcyamo *albo noxiæ.* A *nigro, extrema perfrigeſcunt, caligant oculi, ratio deperit, occluduntur anhelitus meatus, ſpaſma, & ſuffocatio. In hunc, poſt vomitus & clyſteres, prodeſt ſæpius meracum bibere, lac* Vaccæ, Thus, Piper, Caſtoreum, Ruta, Mentha, Belzuinum, Lauri *folia & baccæ, ſapa,* Vrticæ *ſemen,* Laſerpitij *radix,* Cardamomum: Styrax, *ſigillatim præbita cum vino. Prodeſt & decoctio corticis radicis* Mori, Balſamum *cum lacte epotum, farina tritici vino informata: ſtomachoq; & ventri illita.* Recẽtiores Piper *longum bibendum præbent duarum dragmarum pondere, & in peculiare* Hyoſcyami Antidotum. Piſtacia *copioſè eſitanda.*

Mandragora. CAP. XVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. μανδραγόρας. Lat. & Ita.

Mandragora.

Man

Mandragora si bibatur, confestim sopor insequitur, exolutio, ac uehemens ueternus, nihil temere distans à lethargo. Cui, antequàm aliquid ex iis accidat, uomitus & aqua mulsa proderit. Postea Nitrum & Absinthium, ex uino dulci aut passo sumantur. Caput rosaceo & aceto perfundatur. Proficit excitatio, & motus corporis, & olfactus Eupatorij, & Piperis, Sinapis, Castorij, & Rutæ, tritorum in aceto: & liquidæ picis, & odor è lucernarum exustione & extinctu. Quod si ægrè ij reuocentur, sternutamenta mouere, alijsq; communibus auxilijs uti conueniet.

Mandragora vix fallere edentem aut bibentem potest, siquidem hæc coarguitur odore graui supramodum & ingrato, gustu amaro & abhorrenti. Ad hæc intolerandè vexat, vt quæ non nisi temporis diuturnitate conficiat. In eam laudatur semen Coriandri aut Pulegij tritū, & in aqua epotum, laxaréve corpus cum medicinis conuenientibus. Quòd si à vomitu æger non excitetur, offerendum in potu Origanum, cum aqua frigida. Acres clysteres, fricationes per totum corpus cū pannis grossis, cucurbitulæ occipiti, humeris, & natibus impositæ, ligaturæ dolorosæ in digitis manuum & pedum, puluis Veratri albi pro apophlegmatismo naribus inditus, emplastra pustulatricia, occipiti & auribus applicata. Diuertunt nempè hæc omnia quæ cerebro nocent. Mandragoræ poma, matura, & sine semine, innocuè eduntur: immatura, & cum semine, mortifera. Ardor intolerandus omnem corporis superficiē adurit, os, & linguam siccitas ingens obtinet: & ob id aperto ore, ægri desidēt, frigidum interim aerem attrahentes, & nisi eis ilicò succurratur, conuulsi pereunt. Eo mali valentissimum remedium Andromachi Theriaca, cum aqua epota, siquidem momento ab omni molestia liberat. Petrus Abanus, in radicem, poma, & succum Mandragoræ laudat, si æger integrum diem sine cibo persistat, ac subindè bibat selectissimum vinum, odoretque acetum cum Castoreo. Cæterum horum verum antidotum esse, Rhaphanum domesticum (priuatim Radix vocatur) per triduum cum pane & sale manducatum. Sed ad id quod præscribit Dioscorides caput rosaceo & aceto perungendum, id nō innoxiè agetur Castoreo aut quouis alio calido medicamento nō addito, maximè cum Galenus qui istiusmodi in Lethargo infusionem tolerat, ita censet, modo si cum humore frigido, aliquanta pars humoris biliosi tenuis reperiatur.

Meco

Meconium. CAP. XVII.

NOMENCLATVRA.

Gr. μηκώνιον. *Lat. Meconium. Ita. Meconio.*

E Poto Papaueris ſucco, quem Meconion uocant, conſequitur ueternus cum perfrictione & pruritu uehementi: ita ut ſæpe inualeſcente ueneno, tanta erumpat prurigo, ut hominẽ excitet. Corpus id medicamentum olet. Poſt citatam oleo uomitionem, acres clyſteres auxiliantur, acetumq́ mulſum cum ſale potum, aut Mel cum Roſaceo calido, merum cum Abſinthio aut Cinnamomo copioſum, aut calidum per ſeſe acetum, Nitrum ex aqua, & Origanum cum lixiuia aut paſſo, & Rutæ ſylueſtris ſemen cum Pipere, uino, & Panace: Piperq́ cum Caſtorio & aceto mulſo, uel cum Satureiæ aut Origani decocto cum uino. Hi olfactilibus excitandi. Ob enatam pruriginem in balneas deſcendant, & foueantur. Poſt lanacrum prodeſt iurium pinguiũ uſus, cum uino aut paſſo. Medulla etiam ex oleo pota.

Corniculatum Papauer.

CAP. XVIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. μήκων κεραῖτις. *Lat. Corniculatum Papauer. Ita. Papauere cornuto.*

Q Vod corniculatum Papauer appellant, & potu & cibo eadem inferre conſueuit, quæ Papaueris ſuccus: nec alijs expugnatur auxilijs.

O Dor ingratus Opium, peræquè vt Mandragoram prodit, ideoq; rarum ex eo ſolo veneficium conficitur, ne maleficium pateat. Notæ præter eas quas aſcribit Dioſcorides, pallet facies, & tumeſcit, rubent labra, diducuntur inferiores maxillæ, perpetuus ſingultus redditur, intorquetur naſus, pondus in lingua ſentitur, liuent labra, præcordia contrahuntur, frigus oboritur, comprimitur anhelitus, viſus impeditur, cõuol-

uuntur oculi, ad extremum conuulsio mortifera subsequitur. In Opiũ, Auicennæ, Castoreum & Belzuinum prodest, Theriaca singulare remedium, Mithridatium cum vino: errhinorum vsus frequens: excitãdi itidem ægri barba & capillis pertractis: percellendiq;: Musci: Castorÿ: Belzuini: & Ambræ odoratu: totumque eorum corpus inungendum cũ oleo Lilino: Costino. Præterea Quinta essentia Theriacalis Matthioli suprà descripta: huic negocio summè & Aesculapiè proficit.

Pharicum. CAP. XIX.

NOMENCLATVRA.

Græ. φάρικον. Lat. Pharicum.
Ita. Pharico.

QVod Pharicon uocant, sapore syluestre Nardum imitatur. Resolutionem neruorum potum affert, cum conuulsione & delirio. Oportet autem post uacuationes uinum Absinthiten potui dare, cum Cinnamomo, aut Myrrha, aut Nardo Gallico, quod Serinen aliqui uocauerunt: aut spicæ Nardi duas drachmas, & Myrrhæ totidem obolos, cum passo, aut Irim cũ Croco ex uino, derasumq; caput illinire hordeacea farina cũ aceto, & trita Ruta.

INcertum: sit ne planta Pharicum: an venenum diuersis è rebus cõpositum. Quidam id nominis à pharico scelestissimo venefico deriuant, alÿ ab Arcadiæ & Laconiæ pharide, alÿ à phara Thessalia. Verum consilium non est in re incerta diutius immorari.

Toxicum. CAP. XX.

NOMENCLATVRA.

Gr. τόξικον. Lat. Toxicum. Ita. Tossico.

TOxicum ex eo nominari uidetur, quòd barbarorum sagittæ eo illinebantur. Qui biberint, labiorum & linguæ inflammatione torquentur. Incoërcitus furor uarias ÿs imagines obuersat. Quare uix medicinæ locus est: raroq;, qui hauserunt, euadent. Vinculis ergo cohibendi, ut uinum dulce cum Rosaceo bibe

bibere, & reuomere cogantur. Rapi semen bibendum cum uino. Priuatim iis conuenit, Quinquefolij radix, & hircinus sanguis, aut caprillus, eodem modo sumptus. Roboris, Fagi, aut Ilicis cortex cum lacte tritus. Malaq; trita esse, aut cum Pulegio et aqua bibere, conueniet. Amomum & Balsami semen ex uino. Sed qui periculis defuncti sunt, diu lecticis decumbunt, & ubi surrexere, stupidi reliquum tempus degunt.

Toxicum à Taxo aliqui deductum putant, litterarum à, in, o, metathesi, quasi Taxicum primigenia origine, post Toxicum dictum sit. Sed cum antiquorum Græcorum aut Latinorum nullus author id priuatim proferat: nihil causæ est: cur hinc opinioni assentiamur potius: quam refragemur. Enimuero multa sunt quæ eorum sententiam infirment: qui Dioscoridis Toxicum cum Arabum Napello idem esse contendunt. Sed licet per Auicennam Napellum veneno sagittas inficiat: linguam & labra inflammatione discruciet: huicq; medicando Rapi semen cum vino: succiq; radicis Roboris: Fagi: Ilicisque conueniant: sunt tamen alia indicia: & notæ: quæ Toxicum à Napello vehementer discriminēt. Nam id experientia compertum: in his qui Napellum sumpserint: non incoercitas cū variis imaginibus inesse furias: quæ Toxici propria sunt. Ad hæc Napellum: Auicennæ: oculos à propriis sedibus abstrahit: præcipitem virium lapsum: vertiginem: & pedum imbecillitatē inducit: quorum symptomatū nullum in Dioscoridis Toxico reperitur. Deinde Auicenna: qui ex Napello reualescunt: in hecticam: phthisim: aut epilepsiam desinere pscribit: Dioscorides stupidos reliquū vitæ tēpus degere. Differūt etiā Toxicū & Napellū in medicādi rōne. Nam Toxicū: Dioscoridi: curatur epoto cū vino dulci Rosaceo: Quinquefolij radice: hyrcino & caprino sanguine: malo Cotoneo: Amomo: & Carpobalsamo: At Auicenna Napello medicatur cū vino: butyro: muscho: Capparis radice: & cum eo Mure: qui ex ipsius Napelli radice vescitur. Hæc propalā euincūt diuersa esse Napellū & Toxicū: summaria hac etiā præter supradicta ratione quod in venenorū remediis Auicēna: Dioscoridē penè ad verbū reddiderit. Et eò fit vt ille Toxicū Dioscoridis: nō in Napello: sed in eo qd Tusam nominat expresserit: nēpe in quo & notas et medicādi rōnem: nihilū ab eis q̄ de Toxico tradit Dioscorides: dissidētes: in mediū pducat. In Toxicum: Napellum: quoduisque aliud venenum modo erodens non sit: in ictus: & animalium quantūuis venenatorum morsus summè efficax est Oleum de scorpionibus Matthioli in præfationis annotatione descriptū:

si eo

si eo in acutissimis venenis horis singulis, & in minus acutis, semel ternis horis, non in regione tantum cordis, subtus sinistram mammillam vngatur æger, sed in temporum etiam, manuum & pedum pulsibus.

Ixia. CAP. XXI.

NOMENCLATVRA.

Gr. Ἰξίας. *Lat.* Ixia. *Ita.* Issia.

IXia, quæ Vlophonon appellatur, inter potandũ aliquid Ocimo simile gustu & odore redolet. Vehementem linguæ inflammationem excitat, mentem mouet, omnes excrementorum exitus supprimit. Strepitum cum animi deliquio ciet. Iis intestina latrant, nec egeritur quicquam. Post uomitionem aluumq; resolutam, auxilium præstat aqua, in qua Absinthium maduerit, ex uino largiore, aut aceto mulso pota. Rutæq; syluestris semen, aut Laseris radix. Item Tragorigani decoctum, cum aliqua supradictorum, aut lacte, aut resina Terebinthina, aut Nardo, aut Castorio, aut Laserpitio, quorum singuli oboli conueniunt. Quin & nuces iuglandes ex uino, cum resina, Castorio, & Ruta tritæ, ita ut singula drachmæ pondus æquent. Itidem Chamelææ aut Thapsiæ aut Absinthij succi sicilicus cum aqua mulsa, & acetum calidum potum.

IXia, *viscosus est humor, qui mortifer & pernitiosus, in* Chamæleonis *nigri radice adglutinatus reperitur.* Huius *remedia, præter ea quæ à* Dioscoride *describuntur,* Theriacæ *vel* Mithridatij *potio cum* Thuris *aut* Santonici *decoctione, cataplasmata cordialia, cordi regionis applicãda,* Conseruæ *Borraginis &* Buglossi, *cum margaritis, corallis, gemmarum fragmentis, speciebus cordialibus & muscho confectæ, primisq; diebus epithema commissuræ capitis imponendum, è* Linteo, *quod* Rosaceo *& aceto simul agitatis, immaduerit.*

Cerusa. CAP. XXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. ψιμμίθιον. *Lat. & Ita.* Cerusa.

Cerusa

CEruſa ſuo colore proditur. Sumpta enim, mox palatum, gingiuæ, lingua, & cõmiſſuræ dentium, candore quodã inficiuntur. Singultus, tuſsim, ac linguæ ariditatem excitat. Iis extrema frigeſcunt, mens labat, mẽbra torpeſcunt. Quibus dare conuenit aquam mulſam, aut ficuum, aut Maluæ decoctum, aut lac calidum, aut Seſamam ex uino tritam, uel lixiuiam ex ſarmentis factam. Amaracinum oleum aut Irinum. Perſicorũ oſſa cum Hordei decocto. Columbina oua cum Thure, aut Hordei decocto, aut Prunis, aut gummi quod Vlmus plorauit, aut humor quem Vlmea folia reddiderunt, cum tepida aqua. Sed tum quoque uomant. Conuenit etiam Thapſiæ ſuccus, aut Scammoniæ, cum aqua mulſa potus.

CEruſa præter Dioſcoridis *ſigna, ſubitum virium lapſum inducit, linguæ aſpretudinem, ſtomachi & corporis morſus, inflationem laterum, anhelitus compreſsionem, ſtrangulationem, totius corporis aldinem, vrinam modo nigram, modo ſanguineam.* In id *veneni prodeſt* Scammonea cum Hydromele pota, *vrinam prouocantia, ægrũ à ſomno arcere, vomitum elicere cum aqua* Melli incocta, *cumq;* Narciſsino & Lilino oleis. *alijs magis probatur, vomitus cum atriplicis &* Raporum *decoctione elicitus, clyſteres è iure* Braſsicæ & *oleo, ſine ſale cõfecti.* In *vino bibenda offerre,* Mithridatium & Theriacam. Prodeſt & *vini albi meraci liberalior potio.*

Fungi. CAP. XXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Μύκητες. *Lat. Fungi. Ital. Fonghi.*

FVngorum alij genere, alij copia lædunt. Omnes tamẽ ſtrangulatus ſuſpendio ſimiles concitant. Quibus confeſtim ſuccurrendum. Communiter ex oleo uomere cogẽdi. Mirificè iuuat lixiuia ex ſarmentis aut Pyraſtri ſurculis, epota cum ſale, poſca & Nitro. Fructus, aut folia Pyraſtri cũ Fungis decocta, ſtrangulantem illam uim auferunt, eſitataq́ eiſdem auxiliantur. Aduerſus Fungos gallinacea oua cum poſca proficiunt, ad-

iecta Aristolochiæ drachma. Item Absinthium cum uino melleq; sumptum, & ex aqua potum. Apiastrum ex Nitro. Panacis radix & semẽ in uino. Fæx uini cremata cum aqua. Atramentum sutorium ex aceto. Radix, uel sinapis, aut nasturtium esu prosunt.

FVngi qui naturà sunt malefici, & venenati, intestina exulcerant, singultus excitant, & morsus, totũ corporis colorẽ in luteũ permutant, vrinam cohibent. Ab his sequitur, frigus, tremor, pulsus deperditus, perfrigidus sudor, & postremum mors. Huic incommodo præsentaneo est remedio vomitus, è potu succi Raphani, foliorum Rutæ tritorũ, Origani: & Mellis. Vti dein oportet Theriaca & Mithridatio cum fortißimo aceto, Oximelle Scillino, aut aqua vitis. Mirè etiamnum proderit. Quinta essentia Theriacalis suprà descripta. Vini optimi cui incoxerit Piper lætior potio: & ab ea Allium crudum manducare.

Gypsum. CAP. XXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. γύψος. Lat. Gypsum. Ital. Gesso.

LApidescens Gypsum strangulationem creat: quare eadẽ proferẽda sunt, quæ mansis fungis, auxilia. Ad hæc Maluæ decoctum, quod etiam olei uicẽ pensat. Vtpotè cùm pingue sit, euomendoq; lubricas uias & faciles reddit, deradi corpora non sinit. Quod, ubi duratur in lapidem, Gypsum efficit. Quinetiam prodest oleum ex aqua mulsa, aut ficorum decocto. Lixiuia è ficulneo cinere, aut sarmentis facta, cum uino copiosiore pota. Origanum aut Thymum cum lixiuia, aut aceto, aut passo. Hiq; decocto Maluæ proluendi.

AEger à sumpto Gypso, aqua calida cum butyro potandus, dein ad vomitum prouocandus, denuò aqua calida cũ melle offerenda, ac iterum eliciendus vomitus, hoc peracto Mithridatij drachmas duas cum optimo vino ebibat. Ducenda aluus cystere, ex anatis adipe & oleo. Corpus oleo Ricini inungendum, peculiareq; huius antidotum, muriũ stercus in puluere epotum, cum vino, drachmæ pondere. Auicenna purgationem è Scammonia laudat, cum alijs solutiuis conuenientibus.

Sang

Sanguis taurinus. CAP. XXV.

NOMENCLATVRA.

Græce. Αἷμα ταύρειον.

Lat. Sanguis taurinus. Ital. Sangue del Toro.

TAuri recens iugulati sanguis, epotus, spirādi difficultatē strangulatumq; concitat. Fauciū tonsillarūq; meatus cū neruorū distentione præcludit. Lingua rubescit. Dentes inficiuntur. Quædā concreti sanguinis uestigia, inter eorū cōmissuras restant. Quare uomitū uitabimus. Sanguinis enim globi attractu illo in sublime relati, magis gulæ inculcātur. Dari ergo opus est quæ concretū sanguinē discutiunt. aluū & subducunt. Grossi lacteo succo turgentes ex posca, & Nitrum per sese, auxiliantur. Nec secus coagulum omne cum aceto & Laserpitij radice, aut Lasere. Itidem & Braßicæ semen, & è cinere ficulneo lixiuia. Conyzæ folia cum Pipere, & Rubi succus ex aceto. Aluus resoluenda. Ijs qui seruantur, stercorosa & fluida per sedem egeri cōsueuerunt. Stomachum aluumq; hordeacea farina ex aqua mulsa perungere oportet.

TAurinus sanguis nisi recens & ante coagulationem bibatur, non supramodū est nocuus, nec nisi à desperatis bibetur, siquidē crassioris essentiæ, quam vt nō perceptus hauriri vel offerri poßit. Remedia ex authore patent.

Lac coagulatum. CAP. XXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. Ἐμπυτιασθὲν γάλα. *Lat. Coagulatum Lac. Ital. Latte meschiato col caglio.*

EOs qui Coagulatum Lac hauserunt, frequens illico strangulatio inuadit, quòd in globulos quosdā Lac coalescat. Quibus iuuandis pro antidototo, coagulum ex aceto damus, & bibere sæpius cogimus. Damus & Calaminthæ folia arida, item succum, aut Laserpitij radicē, aut Laser cū posca, Thymūq; ex ui-

no, & cum luto suo lixiuiam. Sed nulla salsilago obijciatur, quoniam magis lac coiret, & in caseum densaretur. Neque illos uomere conuenit: siquidem concretum lac sese in gulæ angustias insinuans, strangulat.

IN coagulato lacte, Dioscorides, id solummodo Lac intelligit, quod cũ ipso bibitur coagulo, tantisper dum temperetur: & antequam planè coalescat. porrò quod iam coagulatum editur, separatur confestim: nec deinceps counitur. Quod verò imperfectè coaluit, cum aliquantum in stomacho moram duxerit, indidem coagulatur, tum ea ratione impedita & inuersa cõcoctione hominẽ suffocat & strangulat, nõ secus ac Tauri sanguis. Siquidẽ hic, non coagulatus, nullam noxiã parit nempè è se non venenatus, sed ex coalitione, quam in stomacho efficit: haud aliter operatur Lac coagulascens, cum, aut sine coagulo ebibitũ, aut alia quauis ratione sese conspissans. Quod non raro accidit, vbi Lac grossæ substantiæ, stomachum & iecur offendit naturæ supramodum calide & siccæ. Nam membrorum illorum caliditas & siccitas, breui consumpta omni illa humiditate, quam in Lacte repererit, quod crassæ est substantiæ condensat & inspissat. Id etiam à membrorum illorum nimia frigiditate procreatur, nimirum compresso quod tenuium est partiũ, quod restat craßioris essentiæ congelascit, haud secus quàm de glacie & niue tradit Aristoteles, Ea de re sapiens est Galeni cõsilium, Lac nõ epotandũ non immisso prius sale aut Melle, quo non in stomacho cõgelascat. Nec frustra Dioscorides præcipit, vt à Lacte nec sal, nec salsa edantur. Nam quemadmodum coagulo Lac primum coagmentatur, ita in iam coagulatum Lac immissum: diuersam rationem inibit. Eo pacto sal ante coagulationem inditum: coalitionem impediet, & ab hac iam confecta in duritiem Lac conuertit. Quod in caseo recente videmus: cum salitur. Cæterum coagulascenti Lacti epoto medetur ipsamet coagula incisoria: acetum purum: & lixiuium.

Argenti spuma. CAP. XXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. λιθάργυρ☉.

Lat. Argenti spuma. Ita. Spiuma de l'Argento.

SPuma Argenti pota, stomacho, uētri, & interaneis grauitatẽ cũ magnis torminibus adfert, & nõnũquã põdere suo intest

testina uulnerat, urinam supprimit. Corpus intumet, plumbeamq; deformitatem concipit. Quibus subuenit, secundum uomitionem, potum syluestris Hormini semen, Myrrhæ drachmæ octo, Absinthium, Hyssopum, Apij semen, aut Piper, aut Ligustri flos ex uino, aridum palumbis fimum, cum Nardo & uino.

Argentum viuum. CAP. XXVIII.

NOMENCLATVRA.

Gr. ὑδράργυρος. Lat. Argentum viuum.
Ital. Argento uiuo.

ARgentum uiuũ potum eadẽ quæ Spuma Argenti infert, eisdemq; utendum auxilijs. Lac copiosè potum auxiliari constat. Sed postea euomant, qui auferunt.

ARgenti spumæ, præter supra descriptas, notæ sunt: Ardor, iuncturarũ incẽdiũ, vrinæ detẽtio, corporis cõpreßio et oppilatio, corporis ex accidẽti solutio coli exitus, suffocacio, strãgulatio & mors. Porro Mirrhæ drachmarũ octo in Dioscoride præscriptũ, cũ Auicẽna & Aetio nõ cõuenit, quorũ hic drachmas tres, ille tres obolos non excedit. A vomitu, offerendi clysteres, cũ hydromelite, & Gallinæ aut anatis adipe. Prodest etiam oleum amygdalarum dulcium epotum, ficus recentes in cibo sumpti, stomachum cum succo Apij, & ventrem cum butyro perungere, propriumq; huius mali antidotum Cheruæ semen, quæ Ricinus est, potum drachmarum duarum põdere. Porrò Argentum viuum, excessu summè frigido & humido, cordis naturalẽ humiditatẽ putrefacit, eoq; sanguinem vitales species, ipsamq; cordis essentiã congelat. Enimuerò id in Argento viuo animaduertendum, Sit ne Purum: Extinctum cum saliua, aut quouis alio liquore: Cum aqua forti, & sine: Sublimatum cũ Arsenico, vt moris est, vel sine Arsenico. Nam vnum alio pernitiosius, singulare quodlibet remedium expostulant. Lethalius, Sublimatum, ab hoc Præcipitatũ, tertium locum obtinet saliua, aut alio liquore extinctum omni in pestifero excessu innocentius simplex, & purum viuum Argentum est. Nam cum substantia sit fluidum & graue, non difficulter à corpore per clysteres eruitur: quod in alijs venenis non accidit, qui erodendi & dilacerandi virtute præditi sunt. Argentum viuum Extinctum, & Præcipitatum, eadem quæ argenti spuma accidentia pariunt, cum intolerando anhelitus fœtore, quemadmodum eo perunctis in morbo Gallico contingit, siquidem frigiditatis excessu stomachum & vicina

membra putrefacit. A Sublimato *lingua & fauces extrema aspretudi ne torquentur, æquè ac ab immaturi sorbi esu*. Id *mali lenitur aufertur q; absterforiorum gargarizatu. Quod si non ex prompto remedio, aut incuria, in stomachum descenderit, imbi agglutiuans sese exulcerabit, erodetq́;, cum inextinguibili siti, & interoleranda angustia. Assequetur linguæ tumor, virium lapsus, vrinæ retentio, compressio anhelitus magniq; in stomacho & visceribus dolores, tam vehementi erosione vt quandoque per intestina viam sibi ad exitum conficiat*. Curatur vt Argenti *spuma*. Nam *nisi magna quantitate non conficit, per inferiora prosiliens (adeò fluidum & graue est) antequam longam in stomacho moram duxerit*.

Calx, Sandaracha, Auripigmentum.

CAP. XXIX.

NOMENCLATVRA.

Gr. τίτανος, σανδαράχη, ἀρσένικον. *Lat*. *Calx, Sandaracha, Auripigmentũ*. *Ita*. *Calcina, Sandaraca, Orpimento.*

C*Alx, Sãdaracha, & Auripigmẽtum, pota aluum & intestina cum uehementi erosione excruciant. Præbenda cuncta, quæ suo admistu, illorum acrimoniam hebetant, ac soluunt, & facilem lubricamq́ aluum reddunt, cuiusmodi Ibisci & Maluæ succus est. Natura enim utrinque perlubrica. Dandum decoctum seminis Lini, uel semen Tragi herbæ, uel Orizæ lacq́ cum aqua mulsa copiosum, iura pinguia, & boni succi.*

P*Ræter Dioscoridis notas, à* Calce, Sandaracha, & Auripigmento *sumptis, sitis ingens prouenit, aspretudo in gutture, tussis, anhelitus & vrina retinentur, fluxus oboriũtur dysenterici sanguinei*. H*uic malo vnctuosa medicantur & lenientia, è præscripto in* Cantharidibus *annotato*.

Lepus marinus. CAP. XXX.

NOMENCLATVRA.

Græ. λαγωὸς θαλάττιος. *Lat*. *Lepus marinus*. *Ital*. *Lepre marina*.

Qvi Leporē marinū biberūt, pisciū uirus olent: procedente tempore, aluus dolore afficitur. Vrina sistitur. Etsi quādo eam reddere contingat, purpureū colorem referet. Omne piscis genus aduersantur & odio habent. Fœtido ac graui sudore manant. Biliosus uomitus, interdū sanguini promiscuus, subsequitur. His dandū lac asininū, uel passum cōtinuè, aut radicis Maluæ foliorūq; decoctū. aut trita Cyclamini radix cum uino, aut Veratri nigri, aut Scammonij succi drachma, cū aqua mulsa Puniciq; mali acinis. Cedria contrita cum uino efficax est. Anserinus sanguis, ut tepebit, potus. Sed cùm pisces omnes respuant, aspernenturq;, solis fluuiatilibus crancris uesci possunt, bibuntq; eos admisto uino, adiutiq; ab his, percoquūt: cumq; appetere & comesse pisces cœperint, suæ salutis indicium habent.

Lepus marinus icterum inducit sumptus totiusq; corporis habitū in luteum aut aureum cōmutat, vultum tumore distendit, pedū bases incendit, pectus, pulmo, & status obsidentur oculis interim subrubētibus. Hæc assectatur tussis arida, sputum sanguinis, renum dolor, tumor genitalis, salus ab his in phthisim procecedere. Priua potentia Lepus marinus pulmoni nocet. In id mali à quibusdā laudatur humanus sanguis calidè epotus. Lac muliebre ex ipsis suctum vberibus, tosta vulpis caro, & Theriaca Diatesseron per triduum sumpta.

Rubeta & palustris rana.

CAP. XXXI.

NOMENCLATVRA.

Græ. φρῦνος. Lat. Rubeta. Ital. Botta

Rvbeta aut Rana palustris assumpta, tumores ciet. Pallor corpus uehementer decolorat, ut planè bucceum spectetur. Spirandi difficultas torquet, & grauis halitus oris, singultusq;. Inuita interdum genituræ profusio consequitur. Adiuuātur secundum uomitionē multo meri potu, & Arūdinis radicis

binis drachmis, aut Cyperi totidem. Breuiter, cogendi sunt ut uehementi ambulationi & cursui se credant, ob torporē quo corripiuntur. Quinetiam quotidie lauandi sunt.

RVbetæ Ranis syluestribus nocentiores sunt: & inter eas magis: quæ frigidioribus & plus opacis locis victitent. Eæ morsu saliua, sudore vel stercorario vel vrinario vicina quæq; & deperdunt & inficiunt, eosque qui ab eis attacta gustarint, miserè interimunt. proinde nō mirum si earum puluis in cibo aut potu sumptus, remedium non admittit. ardorem nempè & siccitatem excitant in lingua, spasmum, dysenteriam, nauseam, vomitum: syncopin: mentis ablienationem, herbæ: fructusque ab eis infectæ potusque earum sanguis. Medicamentum à vomitibus, Theriaca & Mithridatio quæ per triduum in vino sumentur testudinum marinorum sanguis cum Cumino, capræ coagulo, & vino. Quinta essentia Theriacalis Matthioli mirum in modum eo in negotio prodest. Smaragdi scrupulus in vino epotus. Intret æger in recens exenteratum mulum, ac inibi desideat ad cadaueris deferuescentiam: & toties sic præparatum mulū aut equum permutet: donec discussa senserit cum morbo accidentia. Vetus est præscriptū, clibano se credere quà tolerari poterit calidißimo. Balneum artificiale, vt hydropicis Reubarbarum: Diacurcuma: Dialacca: & maximè: lapis qui in Rubetarum capite reperitur.

Hirudo. CAP. XXXII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Βδέλλα. *Lat. Hirudo. Ital. Magnate.*

DEuoratæ cum aqua Hirundines, si ori uentriculi adhærent, tractione partiū nōnullā suctionis iamginē præbēt: eo enim argumento hausta Hirudo deprehenditur. Has muria sorbitione excutit, & Cyrenaicus succus, aut Laserpitij folia, aut Betæ, cum aceto, aut pota niuis glebula, cum posca. Nitrū ex aqua gargarizatur, aut atramentum sutorium aceto dilutum. Si faucibus hæreant, iniecta Lupinorum farina, aqua frigida ore contineatur, & ad eam Hirudines exilient. Prouidendum etiā ijs, quæ etsi ferendi auxilij gratia tradantur, non minora tamen cæteris uenenis pericula sæpius adferunt. Qualia sunt album Ve

ratr

ratrum, Thapsia, Elaterium, Agaricum nigrum: siquidem ea strangulatus concitant, aut immodicas deiectiones mouet. Quibus ea medentur quæ in Fungorum mentione, & similibus retulimus. Nimios autem deiectionum impetus, medicamẽtis quæ excrementa supprimunt, coercebimus. Neque negligenda, quæ parum quidem nocere uidentur, interim uerò uitam in discrimina agunt. Quo in numero sunt syluestris ruta, nouæ glacies, Gith, pappi recentes: flores autem sunt eius spinæ quæ Cactos dicitur. Eos qui sumpserint, sola uomitio recreat.

AFfixis in ore ventriculi Hirudinibus, muria conuenit leniter epota: assa fœtida lexiuium cum sale & aceto. Raphani succus cum aceto. Olei crudi cibus, qui solus eas conficit earúmve rerũ quæ vermes occidunt. Quod si guttur medium ab Hirudine obsideatur, proderit lexiuio forti gargarizare, aqua aluminis: aceto, modica Vitrioli portione aqua salsa: & sinapi. affixa Hirudo gutturis radici: sic vt os attingat: instrumento chirurgico: quod Rostrum gruis vocant: extrahi poterit: probatus modò & expertus sit artifex.

Domestica nobis. CAP. XXXIII.

NOMENCLATVRA.

Græ. Οἰκεῖα ἡμῶν. Lat. Domestica nobis.
Ital. Cose que sono in uso cotidiano.

AQua frigida abundè pota, aut meracum uinum liberalius epotum, aut passum, præsertim à balneo, aut cursu, aut uehementi exercitatione, strangulatus & dolores infert. In quibus sanguinis mißio protinus, & uacuatio, imminentia soluunt pericula. Sed de notis ueneficiorum, ac remedijs, & cauendi modo, hactenus dicta sint. Subiungeremus etiam antidota necessaria, quæ præclarè auxiliantur, quibus utimur, quale Mithridatium est præsertim, & quod sanguine, & quod

Scinco temperatur: uerùm quoniam alijs in locis diligentißimè scripta sunt, hic ab eorum descriptione superſedemus.

NOn aqua tantum & vinum, eo quo Dioſcorides ſcribit modo, accidentia mortifera pariunt, ſed carnes etiã & piſces cocti, locisq; frigidis & humidis diu aſſeruati, ipſa quæ Fungi malefici lue cõficiunt, quantumuis ſuæ noſcitandæ labis in biduum argumenta proferant. Toſtæ etiam carnes venenatorũ claſſem ſubeunt, ſi calidæ inter duo vaſa ſuffocentur, ac linteo, vt exhalare non queant, obuoluantur: morticina, quæ morbus, ſerpentes, rabidi canes aut fulgura exanimarint. Iſtiuſmodi melancholicos in corpore humores, & animi mœſtitiam progenerant, ventris defluuium, phreneſim, lethargum, & mortem. Quin etiam vitanda oua Barbi (is piſcis eſt vulgaris) nam venenata ſunt & admodum mortifera. In piſces locis vdis aſſernatos, Pyra ſylueſtria conueniunt. In ſuffocatas (vt diximus) carnes, vomitus, clyſteres, optimum & odoratum vinum, cum Cotonei vino epotum. A vomitu terra Sigillata, cum Agallocho & Maſtiche in vino epota.

Venenata. CAP. XXXIIII.

NOMENCLATVRA.

Græce. ἰόβολα.

Lat. *Venenata.*

Ital. *Velenoſi animali.*

DE beſtijs quæ Virus eiaculantur, & exitialibus Venenis, ideo ſcribere aggredimur, ut tota curationis remediorumq; ratio ad umbilicum perducatur. Siquidem pars hæc non minus quàm cæteræ aliæ, neceſſaria eſt ijs qui artem medicam exercet, utpotè cum adminiculo eorũ quæ inibi traduntur, doloribus, periculis, & cruciatibus, plurimisq; alijs malis homines liberari conueniat. Hæc autem in ſumma faſtigia duo, ſicuti ab initio relatũ eſt, diſtribuitur. Nã qui de feris Virus inſpuentibus ſermo diſſerit, Theriacus dici ſolet: qui uero de amoliendis Veneficijs, Alexipharmacus: quo prius tradito, ſimul quæ ſequi

qui signa consueuerunt, præmonstrabimus: tum quæ nonnihil auxilij ferũt. Omnia autem in promptu, & ad manum habere artificem oportet, propter urgentem sæpenumero necessitatem. Siquidem pauca è Venenis & Virulentis animantibus, tarda & grassantia sensim pericula cient, ita ut dilationẽ admittant: pleraq; uerò, præsentaneam perniciem afferunt. Hominum autem partim malè alijs cogitantes, ingenita prauitate maleficiũ ita temperant, ut spacium curanti liberum non relinquant: partim sceleris admißi conscientia, aut tristi aliquo euentu oppreßi, hausto sponte ueneno, mortẽ sibi consciscere conantur, qui postea deprehensi: aut resipientes, & uitæ cupidi, præsentaneam opem poscũt. Non desunt qui hostiles sagittas illinentes fontes aquasq; puteanas hac labe polluentes, certam & ineuitabilem aduersarijs perniciem moliuntur: in quibus ipsis etsi maleficiũ non subitò, sed aliquanto pòst grassari natura sua comparatum est, tamen nisi primo quoque tempore coerceatur, & remedijs subinde excipiatur, frustra tandem succurritur, occupatis iam corporibus exitiali ui Veneni. Proinde non uulgari industria diligentiaq; in ea re utendum est, ut quod in alijs incommodis ars consueuit, in his quoque salutem mortalibus præbeat. Quin & apud priscos genus hoc unum existimabatur esse eius partis, quæ medicamentis pugnat: sed recentiores ad ipsum discreuerunt, nominantes, præcautionem, & modum præcauentem, salubris sanantisq; medium statuentes, parua & leui supramodum persuasione decepti. Siquidem treis in humanis corporibus constitutiones esse contendunt. Vnam, qua sani degimus: Alteram, qua sinistra ualetudine corpora laborant: Tertiã, quæ mediũ inter utrasque locũ sibi uendicat in qua positi, sanitatẽ specie mentiũtur, facileq; in morbos & pericula cõcidũt, ob uim corruptricẽ, quæ corporibus nostris incũbit. Quẽadmodũ in ijs uidere licet, quos excandescens rabie canis momorderit, necdũ tamen

aquam horrent: in iis quoque, qui Cantharidas hauserunt, sed nondum urinæ tormento cruciantur. Tripartitò igitur artem digeri, triplicíque corporis constitutioni, meritò respondere tradunt. Salubrem partem esse uolunt, quæ sanitatem tuetur. Præcauentem, eandémque Prohibentem, quæ obstat quo minus in morbos incidant: & Sanantem, qua uitia discutiuntur. Quibus ita respon deri potest, Quod primum, ex ista ratiocinatione, non treis corporis tantùm, sed quatuor haberi constitutiones fatendum esset. Quippe ut aliqui, sunt, qui necdũ morbo laborãt morbo tamen maximè ob impẽdentẽ causam sunt obnoxii: ita sunt qui iã prio re morbo defuncti, nondũ tamẽ secũdæ ualetudini restituti sunt: id quod in iis, qui à morbo proximè sese recolligunt, cernere licet, qui uirium recreationem & robur desiderant. Sed quemmodum Curandi ratio ad partem medicamentariam pertinet, ita Præcautionem eidem subiici par est. Ad arcendas enim ualetudines uehemẽtibus utimur auxiliis, altiore scarificatu, ustionibus, amputatione, derodẽtibus epithematis, potionibus pernitiei occurrentibus, & plerisque aliis. Verumenimuerò sunt usque eò rudes nonnulli, ut ne remedia quidem appellent, quæ morbos arceant. Cuius sententiæ inire rationem haud promptum est: etenim cum uerbum ipsum, Præcauere, tum agẽdi modus, omnino auxiliarẽ remediariamque uim præ se ferunt. Mirum uerò nisi etiam sua illa distributione partium, eos complectuntur, qui in pestilenti cœli statu morbo nondum correpti sunt, pesti tamen, propter obuersantis aeris occasionem, opportuni, & in morbũ proni redduntur. Dicere forsitan quis posset, salubris institutionis præcepta non aliud esse, quàm arcendorum morborũ rationem: Quippe cùm firma reddere corpora, & minus uitiis obnoxio nitamur, ut inoffensa ualetudine degant, nec morbis conflictentur. Neque id silentio prætereundũ, quod maximè præcipuũ, & tanquã caput rei est, non oportere medicinæ partium distri

bution

butionem, totidem corporis constitutionibus respondere, sed naturas singulorum suis notis seorsum scrutari ac explorare, ut suis locis ostendimus. Cum ijs igitur non pluribus agendũ. Illud magis adnotare conuenit, affectus qui à uirulentis animalibus uenenisq; contrahuntur, uocari cæcos, id est, quorum ratio minimè iniri potest. Quin & ea quæ eisdem auxiliantur, nulli pariter sunt addicta causæ. Quapropter quæstionibus obseruatoriæ artis, & eius quæ ratione fulciatur, annumerari solent. Neque prorsus uerũ deprehenditur, affectus huiusmodi cæcos esse. Nam quod semper se protrahit, & nullũ in quibusdã necessarijs usum exhibet, haud facili coniectura colligi potest: Etsi naturæ proprietate prorsus cæcos eos affectus cõcedimus, qui ab exitialibus Venenis, & animantibus quæ Virulento morsu sæuiunt, contrahuntur. Nam quod ad opus nonnullum usum præbet, datq; medendi occasionem, neq; imperceptibile, neque cæcum, nullius causæ obnoxium reputatur: Sed magis ab ipso quis impulsus, demonstrationẽ se habere, & opinionem, de abditorum cognitione, cõfirmare poterit. Nam etsi sæpe minora sunt, quàm ut sensibus percipiantur, euidenter tamen ex ipsi inter se collatis deprehenduntur. Diocles autem in eo commentario, quem Plistarcho dicauit satis modos perstrinxit, ad uerbũ ita scribẽs: Nosse quis hoc potest cùm in alijs non paucis, tum in Viperis & Scorpionibus, & reliquis id genus, secum animo reputans, ut quãuis exiguo sint corpore, uixq; conspectui subijciantur, magnorum tamẽ discriminum ac dolorum causas inferunt: quorum nihil præter quandam corporis exiguitatem, uimq; præ cæteris animantibus datam illis, facilè fuerit spectare. Quanta enim ea moles corporis est, quæ à Scorpij ictu, & aliorũ id genus Venenatorũ quæ nos morsu conficiunt, attingitur? quorum aliqua uehemẽtes cruciatus excitant, alia erodũt, & putredines cient, nec desunt quæ præsentaneã perniciẽ moliantur. Aut quantulũ est quod à Pha

lang

langij morsu ingeritur, & uniuersum corpus excruciat? Neque enim quis magnitudinẽ ipsorum deprehẽdere posset, cũ prorsus exigua mole constent. Ergo quòd hæc ad affectus referantur, constitit inter omnes: Verum quod exactè deprehensum sit, uim quandam ipsis inesse, mortiferam, quæ insinuata corporibus, molestiarum quæ exoriuntur, nobis causa sit, in confesso est, & omniũ consensu persuasum. Nec quisquã inuenietur usqueadeo contentionis studio flagrans, qui aliunde exoriri molestias assereret, quàm à materia mortifera, partem corporis attingente. Porrò id erat, quod inter utilia artis opera in omni opere dicere oportuit, Quænam res opus hoc efficiat, ut nihil prorsus nos lædat, in comprehensa communis causæ, quæ proprijs inest, ratio: Quandoquidem tum euidenter indicari poßit, cùm deprehensa est. Ideo Esistratus Empiricorum pertinaciam graui cauillatione incessens, cæcis affectibus causas aßignauit, inficiatus his, cõmunem & supremam morborum causam, incomprehensibilẽ esse: & hanc in eo, quem de causis scripsit, commentario, aptißimè prodidit, candido signatam lapillo. Nec ferendos eos esse censuit, qui se dicant in quibusdam, ut in Venenis, Serpentium ictibus, & cæteris id genus, trita medendi ratione cõtentos esse: Neque satisfacturam sibi obseruationem eam, quæ, à causarum comprehensione separata est. Primum enim genere comprehendi facilè possunt. Quòd autem sit letifera uis, corporaq; permutans, ita ut perimat, ex ijs quæ per genus non per speciem uagantur, curationem indicat, qua hæc hebetare, & prorsus expugnare liceat. Cùm uerò subiungit. Ad aquam dulcẽ & potui idoneam uenit quis, & ante obseruationem, ad uomitum, ad uulneris dilationẽ, ad demorsæ partis suctum, cucurbitulas adfixit, partem incidit, urentia medicamenta, aut ea quæ uim eandem adipiscuntur admouit, postremo partem amputauit: secum reputauit medicamina, quæ per summã cutim ferre & applicari solita,

lita, immissæ ad intima perniciei repugnaret. Hæc itaq; quæ disseruit Erasistratus, ueritati cõsentanea sunt, nec arti refragãtur. Sed methodicos demirari licet, qui mortiferam uim, corporibus illapsam, negociorum, quæ ipsa facessit, esse causam diffiteantur. Verùm rudiusculè nomini attendunt. Nam apud ipsos palàm immissa uis φθοροποιὸς, id est, mortifera nominatur: φθοροποιὸν autẽ nullius officij alius esse potest, quã causæ. Aiunt hæc nomina, μάρσιππος et ἀνακαλύπτειν, esse reliquis omnibus similia, in quibus partes quædã dictionũ, nõ pro uirtute, sed nuda enũciatione cõprehenduntur. Enimuerò quemadmòdum in his uocibus μάρσιππος et ἀναλύπτειν, partes neq; certos neq; principes retinẽt significatus: sic in ho uerbo, φθοροποιεῖν partes productionis gratia, non pro uirtute coaluerũt. Hinc ad causarũ differentias transeũt, affirmãtq; causarũ aliquas Euidẽtes esse, quæ dum aduersam ualetudinẽ crearunt, separãtur. Cuiusmodi sunt frigus, labor, æstus, & similia: quasdã Cõtinẽtes, quæ permanẽt postquàm morbũ excitarũt, hoc est, quibus præsentibus, & effectibus eorũ adsunt: increscẽtibus, affectus augẽtur: decrescentibus, minuũtur: & cùm desinũt, ijdẽ finiuntur: quibus solis ac per se manẽtibus, effectus quoq; ipsi manent. Talia quidẽ receptissima sunt causarũ discrimina, quorũ nulli Phthoropæõ subijci potest. Euidẽs enim causa nõ est, quoniam morbus ipse permanet, nec ipsa à corpore separatur. Nec cõtinẽs causa dici potest, cùm magna ex parte hic adsit. Quẽadmodũ accidit ijs, qui à rabioso cane sunt demorsi. Quod si neq; Euidẽs causa, neq; Cõtinẽs fuerit, neq; per se, neq; alterius cõsortio causa erit qđ si à nulla causarũ differẽtia Phthoropæon deducere possumus, cõsequitur, ut neq; causam esse fateamur. Quod autẽ asserũt, uocabula quædã in se nõ habere parteis rerũ significatrices, sed nuda & simplici pronunciatione ficta esse, fateri necesse est. Verùm non omnia, sed perpauca talem nancisci conditionem existimandũ est. Neque

enim

enim ποιεῖν, in hoc nomine, φθοροποιὸν, perinde atq; assumptitia profertur, sed longè principem obtinet significationem. Quemadmodum enim φθορᾶς, id est, corruptionis, nomen, mutationem in peius significat, sic hoc uerbum ποιεῖν sumi debet, ut nihil amplius ex eo, quod hanc dictionem, φθορα, secum habeat declaret, neque prorsus id significat, quod omnes palàm audiũt & huic simile redditur, ποιεῖν ἔχειν διάθεσιν. Si dant, à corruptione, sanis, fieri morbum, concedunt utiq; uim in huiusmodi uerbo ποιεῖν subesse, siquidem aliquid est, quod corruptionem efficiat. Omne autem quod aliquid efficit, ostenditur per singulas causas quæ corporibus subijciuntur, idque tam in letalibus Venenis, quà in ijs quæ corporibus ingerũtur. Verùm nõnihil subiacere causarum differentijs produnt. Quinetiam aberrarunt non exactam diuisionem assumentes. Qui uerò se Dogmaticos profitentur, causam esse partim Præparantem, partim Continentem asserunt: ut inguinum ulcus, & inguinariam febrim & quæ effectui tum assistat, tum etiã separetur, ut à fractis præcipitatio. In summa quoties quippiam suapte natura causa fuerit nec ulla diuisione comprehẽditur, uitiosum est, neque causæ adscribitur, eorum quæ idem genus sortiuntur. Sed quod Phthoropœon, causa sit, nomen ipsum argumẽto est, & in ijs quæ contingunt apertius ostenditur. Quid aliud causæ arbitrantur esse post impressum à serpentibus ictum, quàm ex animante uim & illapsum in corpora uirus? Neque enim frigus, neq; æstum neq; sectionem corporis, neque cruditatẽ, neque aliud quicquam simile causari possunt. Verùm quoniam causarum differentijs gaudent, & aliquas Continentes, alias, Euidentes appellant ipsis dicendum, utroque istorum modorum Euidentem quidem causam esse, quod affectum præcedit, & quod corporis substantiam præoccupat: Continentem uerò, quod morbis præsentibus adest, qua separata, recedunt, quæ cum ipsa euenerant. Sed de ijs hacten

hactenus. Statuendum itaque mortiferam uim intrisecus manifestißimam esse causam, ipsamq; principem facere scopum oportet. Et antequam ad ima decumbant morbi, uarijs modis est certandum donec uis tota corporibus excutiatur. Modò enim reuocari debet ea parte, qua pestis intrauerit, modò aliqua alia, præsertim principatum non obtinente, antè coërceatur, quàm altius irrepens uiscera tangat. Aut eius pernicies eluatur, retūdaturq;. cùm iam membratim peruagatura est. Itaque Venena si hausta sunt, crebris uomitionibus: si morsu impressa, scarificatione, affixis cucurbitulis, exuctu, carnis circumscriptione, nonnūquàm amputatione extremæ partis euocantur. Retinentur uerò infusione: & impositu mendicamentorum acrium, cohibentur. Hæc simul utique arcere uirus, & eluere possunt. Restinguūtur & euincuntur meraciore potu, aut passo nulla aqua diluto, uel contrariorum esu, quæ acrimonia sint prædita. Postremò deiectio alui, euocatus sudor, & alia quædam in commune, quæ membratim demonstrabimus, auxiliantur. Verumenimuerò non letiferam modò materiam, sed & magnitudinem, & tempus, pro scopo considerare oportet: Etenim ab ijs remedia quàmplurimum discrimen capessunt. A magnitudine quidem, Cum nōnulla ex Venenis, & Virosis animalibus pericula minātur. Alia, putredines altas, aut exteriores excitant. Alia, uehementissimos dolores, aut cæcos cient: Alia uix medicamentis cedunt, & magis minúsue molestias excitant. Oportet autem ea, quæ pericula ferunt, peruicacioribus auxilijs expugnari: & minus infesta, mitioribus. Quippe absurdum fuerit in grauioribus, segnioribus medicamentis homines in discrimen adducere: in minoribus uerò, uehementium auxiliorum iniuria corpus lacessere. Finitio à temporibus in promptu est: Hoc enim, subitò in pericula & præsentes molestias adducit: Illud uerò, sensim, & dilatas in diem, longam aut breuiorem, producit. Itaque in acu-

tis quidem confestim, multa simul auxilio repræsentari oportet: reliquis, paulatim. Hæc quadam artis formula breuiter definita sint. Iam membratim rem prosequamur.

Signa rabiosi canis, & demorsorum ab eo. CAP. XXXV.

NOMENCLATVRA.

Græ. σημεῖα λυσσοδήκτων Lat. Signa rabiosi canis, & demorsorum ab eo. Ita. Segni del cane rabioso, & di coloro, che sono stati morsi da quello.

De rabiosi Canis morsu sermonem alijs præposuimus, quòd id animal domesticum ac frequens esse consueuit, & in rabiem sæpius agitur, ac perit, ab eoq; caueri difficile. Inde periculum ineuitabile hominem manet, nisi multis utatur auxilijs. Canis plerunque flagrantissimis æstibus, in rabiem efferatur: interdum, quoties frigora incesserunt. Rabiosus autem, potum & escam auersatur. Largam, spumantemq; pituitam, naribus & ore proijcit. Torue & solito tristius intuetur. In omnes passim sine latratu irruit. Aequè feras hominesq;, tam familiares quàm ignotos mordet. Nec protinus infestum quidquam infligit, nisi, ut uulnus, dolorem. Exinde morbus ille, qui ab aquæ metu, Hydrophobicus, graia est uoce appellatus, contrahitur. Euenit autem cum distentione neruorum, totiusq; corporis rubore, præsertim faciei, cum sudore & languore quodam

Aliqui auræ splendorem fugiunt, alij sine ulla doloris intercapedine uexantur. Sunt etiam qui canum more latratus ædant, & obuiam factos, morsu adoriuntur, ac mordendo simili uitio labefactant. Proinde ex ijs, qui hoc uitium senserint, neminem seruatum uidimus, nisi forsitan ex historia, unum aut alterum, euasisse audiamus. Siquidem Eudemus superasse quendam affirmat. Themisonem aliqui, demorsum in hunc furorem incidisse, & euasisse fatentur. Alij ipsum, cùm amico aquam expauescenti morem gereret, & officium exhiberet, quadam naturarum concordia, similem contraxisse affectum: sed post multos tandem cruciatus, seruatum extitisse. Molestissimum itaque genus morbi, à quo multos, antequàm ipsam experirentur, uindicauimus, & complures, ab alijs medicis seruatos, nouimus.

Remedia demorsorum à cane rabioso. CAP. XXXVI.

NOMENCLATVRA.

Græ. θεραπεία τῶν λυσσοδήκτων. *La. Remedia demorsorum à cane rabioso. Ita. Rimedi con cui si curano i morsi del cane rabbioso.*

Ratio medendi duplex. Vna communis, qua utendum in omnes morsus, quos Virulentæ animantes impresserunt. Alia peculiaris priuataq́, eorum duntaxat, quos rabiosi Canes momorderint: quæ nonnullis quidem, summam opem ferre cōsueuit: alijs uerò inutilis, maximè, qui ex multo iā tēpore, ictū acceperūt. Quæ ad hāc pertinēt, primū exponemus: deinde cursim perstringemus, quæ ad cōmunē medēdi rationē pertinēt. Cancros itaq́, fluuiatiles, in sarmētis albæ uitis, cremare oportet & cinerē

eorum, quàm minutissimè tritum, habere reconditum. Itidem Gentianæ radicem tusam cibratamq; reponere. Quoties autem Canis rabiosus morsum intulerit, in quaternos cyathos meraci uini bina cineris cancrorum cochlearia, unumq; Gentianæ conijciantur. Hæc in polentæ dilutioris modum subacta, quatriduo bibantur. Inter principia, medicamentum hoc modo detur. Atqui si ab illato morsu, bini terniue dies fluxerint, curationem auspicabimur à triplicato pondere, supra id quod ab initio retulimus. Optimum hoc aduersus rabiosorum morsus auxilium, quod & plerisque, unum satisfecit, eoq; cum fiducia uti licet. Sed ut alijs etiamnum auxilijs, contra ineuitabile periculum muniamur, nihil cæteris uti prohibet. Satius autem multò fuerit, etiam si in unum recidat, medicamentorum inhumanos tolerare cruciatus, quàm per inertiam ac desidiam in discrimen adduci. Nec ita in demorsis à rabioso animali maiora uulnera uereri oportet, uti minora, & ulcusculis cutis similia. Quippe maiori uulnere confertim copiosus sanguis emanans, potest nonnihil uirulenti liquoris exhaurire: quod in minoribus non accidit: quin à minoribus abscedentes carnes hinc auferre, & labia acie scalpelli circunscribere, & prehensam hamulo, aut uulsella, carnē amputare oportet. In utrisque cicunstantia loca, altioribus ulcusculis sacrificanda, ut copiosior sanguinis uacuatio arceat, ne uenenum membratim insinuetur. Cucurbitulæ cum multa flamma agglutinatæ, id iuuamenti præstant, ut ueneni uis extrahatur. Contra uirulentos ictus, ustio expeditissimum est auxilium, utpote cùm ignis cætera uiribus præstet, simul quòd uirus domet, & ferri penitius non patiatur: simul quòd pars ignem experta, postea non uulgare fundamentum curationi futuræ præbeat, manente diutius exulceratione. Animaduertendum ex eo tempore cùm crustæ decident, ne ulceris oræ coalescant, & cicatrice induantur, sed si fieri potest ad multum, idq; præstitutum tēpus,

ulcerationes & sordidas adhuc & inflammationem minãtes, prorogari conuenit. Quod inditum ijs salsamentum optimè præstabit, & syluestre Alliũ detritum, item Cæpe, succusq́; præsertim Cyrenaicus, aut qui Medicus, aut Parthicus appellatur. Tritici grana tam mansa, quàm non mansa imponantur Siquidem subacta pistáue à perfusione uulnera dilatãt. Sunt qui à mãdentium ieiunio, sibi aliquid asciscere arbitrentur, quòd suapte natura resistat. Verùm id certum non est: cæterùm tempestiuus eorũ usus, minimè est contemnendus: Si uerò, quod per sæpe accidit, ante dies præfinitos cicatrices coirent, committerenturq́; manum postulabunt: nanque eas diducere, carnemq́; scalpello circinare, aut iterum inurere, expediet. Vbi uerò propositum tẽpus præterijt, ulcus ad cicatricem ducendum, & emplastro, quòd è salibus conficitur, locus comprehendendus, nec multò pòst Sinapismo utendum.

Ratio victus in morsu rabiosi canis.

CAP. XXXVII.

NOMENCLATVRA.

Græ. διαίτη τῶν λυσσοδήκτων

Lat. Rario uictus in mosu rabiosi canis. Ita. Reggimento del uiuere di coloro, che sono stati morsi del cane rabbioso.

QVæ ad partem istam pertinent præsidia, ita se habent. Cæterùm uictus rationem ex ijs quæ Veneno aduersantur, coniectura quadam colligere oportet, simul ut Veneni uires hebetet restinguatq́;, simul ut arceat, quo minus ad intima pernicies illabatur. Etenim assumpta, perniciosarum uirium penetrationi resistunt. Quorum utrunque præstare potest uini meracioris, passi, & lactis potus. Quippe qui hæc omnia capiũt ad

curam, nonnihil u[illegible]no obijciunt, quod omnem eius acrimoniã obtundat. Simili modo Alliorũ, Porrorum, Cæparumq́ cibus, quòd ea difficulter conficiantur, uixq́ aboleantur. Nam multos dies huius cibi qualitates remanent, quo tempore, nec euincuntur, nec permutantur à mortifera ui, sed contrarijs illa uis expugnatur. Cui rei antidotorum usus accommodatur, & Theriaces, Mithridatij, & eius quod Euparatorio tẽperatur, denique omnium quæ magnam aromatum partem sibi uendicant. Quippe Aromata omnia uiribus & substantijs ægrè permutantur: Quare in corporibus euincunt. Victus ratio hoc modo habet: Nosse conuenit, pauorem aquæ non stato definitoq́ tempore exoriri, plurimum tamen ad quadragesimum usque diem neglectis differri consueuit. Post semestre etiam nonnullos inuadit. Quendam post annum aquam horruisse constat, quæ nobis uisu comperta fuere. Narrant & aliquos post septennium aquæ metu fuisse tentatos. Inter principia, demorsorum à cane rabioso, curandi ratio talis est. Verumenimuerò si ea quæ retulimus auxilia, primis diebus prætermissa fuerint, nec scalpro carnem circinare, nec ustionem experiri operæ precium est. Non enim quod iam pertransijt, satis euocare possent. Nulla utique istius rei occasio aut utilitas, sed incassum corpora doloribus sternentur. Alter uerò curationis modus accedat. Deiectio magnum præbet iuuamentum, ut potè cùm mouendo, corporis habitum transmutet. Et quæ Colocynthidem recipit Hiera, item lac Schistum, quod simul deiectionem moueat, & Venenum domare possit, cibi acres, & meraculi potus, quibus uis Veneni uehementer retunditur, quotidie sumi debent, Cæterum sodores ante cibos, & pòst etiam ciendi. Dropacismi Sinapismiq́ alternatim per corpus totum adijciendi. Sed longè omnium efficacissimum auxiliũ Helleborismus cognoscitur, quo cum fiducia non semel atque iterum, sed frequentius ante quadragesimum diem, uel post hoc tẽpus, utis

pus uti licet. Tantam enim uehementiam hoc auxilium habere fertur, ut quidam qui iam aquæ metum ſentirent, ſumpto Helleboro ſimul ac primum morbi impetum experirentur, fuerint ſeruati. Nam & iam uitio tentatos, nemo unquam ſeruare poteſt. Itaque primum, curam contra rabioſi canis morſus breui ſermone expoſuimus. Iam ad alia, quæ Venenatis morſibus ſæuire conſueuerunt, tranſeundum. notas uno contextu, deinde communem medendi modum, qui omnibus conuenire poſsit, explicabimus. curſim deinceps ſubiungemus ea, q[illegible] te nonnullis auxilium præſtare poſſunt. Poſtr[illegible] etiam uenenata, quæ nullis cedunt remedijs.

CAnes calidiſsima æſtate, aut frigidiſsimo ver[illegible] aguntur, nempè quòd tum tẽporis æſtus aut frigus intenſum, ſupramodũ exuſto, quo abundant, melancholico humore, eum etiam obiter condenſat & inſpiſſat, qui fit vt melancholici & rabioſi euadant. Rabidi canes demiſsis auribus & lento paſſu incendunt, ea capitis forma vt ſtupidi videri poſsint, obuios quoſque nullo delectu, non homines tantum, ſed etiam animalia demordent. Atenim non ob eam tãtum cauſam in rabiem aguntur, ſed etiam à putidarum eſu carnium, à venenatis belluis aut fulgure confectarum, quin & iuſculorum exſorbilatione, queis acria aromata Piper Gingiber incocta ſint. Porro in canis rabioſi demorſus effert Galenus, Cancrorum fluuiatilium cinerem cum Thure, vel Gentiana inſpiſſatam, & illitam, quãuis Gẽtiana efficatior ſit. Prodeſt & Aliſsi puluis, continuis quadraginta diebus cum hidromelite epotus. Prodeſt & lapathi acuti decocto plagam eluere, illita poſtea herba huiuſque puluere inſparſo. Iuuat & Potamogeton cum ſale morſui impoſitum. Fici ſylueſtris cortex tritus, & in aqua epotus. Atenim hac in re laxare venam, ſolutiuis ve medicinis vti non bonum. Proficiet plagã diducere, laniatamque per ambitum carnem auferre, ſcalpello ſu[illegible]ndè profundius immiſſo, vnde poſteà ſanguis humorque, cucurbitulis validis & hirudinibus detrahantur. Quinetiam ſummè ſalutiferum remedium eſt, cauterium actuale, ignitum, ferreum, argenteũ, vel aureum, ea effecta plaga, quæ breui comitti non queat. Quod ſi timidus quiſpiã id actuale cauteriũ recuſet, cauſtico mortuo vtendum: quo in negocio nõ

*aliud præstantius Sublimato, cum vnguento quopiam frigido, inspis-
sato, siquidem ab hoc prodiens crusta in biduum decidit, modò aßiduè
butyrum supra teneatur. Quod nullum aliud cauteriũ efficiat. Quod
si cum actuali aut potentiali cauterio obv[illegible] si non poßit, diligenter pro-
uidendum, vt plaga diducta perduret [illegible] plicatis suprà emplastris &
cerotis validè attractorijs, è resina gummi, & similibus materialibus cõ-
positis. Item ne crusta citò obducatur, quo & via fiat educendo veneno
& ne obducta plagæ crusta, detrimentum non mediocre producat. Por-
rò cauterij actualis crusta decidet, illita cum Vernice liquida, cum oui
vitello, & butyro: aut si glomus integrum diem in butyro liquefacto
temperetur. ab hoc salutifero remedio, plagæ quotidiè superindendus
Præcipitat[illegible] [illegible]luis in[illegible]ati [illegible] præparati cũ Sẽperuiui succo, stillaticia
Rosacea [illegible] mum ad lentum ignem desiccati. Siquidẽ eximiũ id
remediu[illegible] [illegible]uod plagam diu ne occludatur cohibet, etiam è pro-
fundo ad [illegible] [illegible]ci[illegible]m [illegible]otente[illegible] attrahit. Quod si vini suam in puluere
exercere non pote[illegible] vnguento indatur aut emplastro attractorio su-
pràq; plagam conti[illegible]atur. Siquidem nihil æquè de profundo extrahit
& quamuis diducendæ plagæ tempus in quadregesimum (ex vsu) nec
amplius diem producatur, non aberrabit tamen qui diutius reliquerit
quo cõsummatè quicquid inest malignitatis id omne foras prosiliat.
Quod ad victus rationem attinet fluuiatiles Cancri peculiari natura
vi prãdia & coenas in id veneni parabunt Gammari & Hericij mari-
ni reliquique carnis tener[illegible] iusculæ pisces. Extremitates animalium vi-
num aromatite ex Melle vel Saccharo Auiculæ montanæ que facilè di-
geruntur & corpori laudabile alimentum subministrant. Vinum dul-
ce in quo ferrum aut chalibs extincta sint. Præfixum tempus non habet
aquæ timor. Oritur quandoque primo alias septimo aliquando qua-
dragesimo in alijs etiam ab anno & in quibusdam non ante septem-
nium se prodidit. Id mali non à canis tantum morsu contagiosum est
sed ab hominis etiam rabidi consuetudine si ve canis spuma nudam car-
[illegible]erit. In ægris salutis signum est sua in speculo effigies noscita
ta aut [illegible]rina redditæ carnis portiunculæ catulorum adformatione.
Cornus re & Sanguinea manibus donec incalescant attrectata in rabiẽ
agũt à cane demorsos. Quod superest remedij è practicis patet. Nã sim-
plicia in Dioscoride perquisita & ingenium & sedulitatem exacuent.*

Notæ eorum, qui à venatis demorsi sunt. CAP. XXXVIII.

NOMEN

